
ENDURE FORT

# CODEX JURIS
# DECRETALIS
# ECCLESIAE HUNGARICAE

QUEM
AD SUA CAPITA REVOCATUM, ET IN
ORDINEM SYSTEMATICUM REDUCTUM,
SUB SUIS RUBRICIS,
IPSO TEXTU DECRETORUM COMITIALIUM
FIDELITER EXPRESSIT,
FONTES RITE CITAVIT,

ET

VENERABILI CLERO
S. ECCLESIAE HUNGARICAE
REVERENTER DICAVIT

*MARTINUS GEORGIUS KOVACHICH*
SENQUICIENSIS.

*TOMUS PRIMUS.*

*PESTINI,*
TYPIS JOANNIS THOMAE TRATTNER.

1815.

*Ac per hoc, Fili mi! ferventi studio debes invigilare in sancta Ecclesia de die in diem, ut potius capiat augmentum, quam detrimentum patiatur.*

S. Stephanus
Decr. Lib. I. cap. 2. §. 4.

# Venerabili Clero Sanctae Ecclesiae Hungaricae utriusqve vitae felicitatem et meam devotam venerationem!

Qvi florentiori aetate Lucubrationes literarias Dissertatione de Religione, ut ea Reipublicae curae esse debet, anno 1788. edita, auspicatus sum, atqve jam antea gravi Paraenesi, Mercurio meo Hungarico inserta, causam ejus contra petulantes obtrectatores, pro virili tuitus sum, idem nunc, jam Septuagenarius, easdem Codice isto Juris Decretalis Ecclesiae Hungaricae, si deinceps non aliud praestare possem, concludere volui, ratus, me a recti ordinis ratione minime desciscere, si studium a Religione coeptum, in Ecclesia terminarem.

Qva fiducia ductus, opus hoc elucubrandum susceperim, qvid industriam, et debiliores jam vires acuerit, qvid ad idem Venerabili Clero consecrandum impulerit, et qvas in eo compilando rationes secutus sim, eadem fidelia, sincere, uti circa Sacra oportet, ideo depromendum esse duxi, ut, dum opus publico judicio sisto, propria confessio esset, ex qva justa censura aestimari possit.

In Sacra qvidem disciplina me olim aliqvanto tempore praestantissimorum Magistrorum discipulum fuisse, scriptis eorum testimoniis, qvin erubescam, docere possem, ea tamen hac solummodo mensura hausi, qvae laico et conveniat, et sufficiat, reliqva, qvae ad uberiorem, non tam scientiam, qvam eruditionem, et depellendam ignorantiae ignominiam necessaria esse videbantur, ex multiplicibus libris, eo pertinentibus, qvibuscum ex officii obligamine impigre versatus sum, ad sobriam satietatem hausi. Existimo me itaqve, non eqvidem ad ipsa Sacra tractanda, sed ad iisdem ministrandum, non prorsus illotis manibus accessisse.

Ut autem Venerabili Clero, non solum auderem, sed etiam deberem, opera qvapiam non prorsus profana, sed qvam proprius circa Sacra locarem, seu reverentem, seu etiam gratum animum contestari, multae jam rationes svadebant, qvae mihi necessitatis cujuspiam loco haberi debebant. Illis certe debemus aliqvid, qvibus nos necessitudo qvaedam arctius conjunxit, plus adhuc, si benevolentia eorum frui licuit, qvod mihi singulariter plena mensura obtigisse, licet non expediat, si oporteret, etiam gloriari possem, qvi, uti secularis ordinis omnes illustriores patriae Proceres, ita plerosqve omnium graduum Hierarchiae Ecclesiasticae Viros, qvibus cum eadem aetate vixi, vicissim eisdem minime ignotus, proprius novi, uti id qvod mox referam, sincerum esse, recognoscent illi, qvi adhuc nobiscum vivunt, cetera remotiora, in scriptis meis reperientur.

Ut enim a summo, eoqve sanctissimo Ecclesiae Capite ordiar, juvenis adhuc anno 1765. mense Augusto, Sacra Apostolorum limina Ro-

mae veneratus. Protectore Alexandro Cardinale Albani, ad mensam summi Pontificis Clementis XIII. duodenario Apostolorum numero symbolice assidere merui; inde redux, ne plures alios recenseam, Marcellum Cardinalem Crescentium, sanctae conversationis Virum, iterum Ferrariae invisi, a qvo summa cum benevolentiae significatione susceptus, habitusqve, et ad propria dimissus, triennio post, jam in patria constitutus, literis, vere Apostolico spiritu scriptis, condecoratus sum; ne deinde doctissimum Garampium, cui propius constituto Nuncio Pontificio, et Cardinalem Migazzium, cui Viennae itidem innotueram, ambitiose collaudare videar, pauci in Hungaria Episcopales Sedes ab his qvinqvaginta annis tenuerunt, qvibuscum mihi, cum debita utiqve reverentia, mutua, et personalis non intercessisset notitia. Primates Strigonienses: Barkoczius, Princeps Cardinalis Batthyanius, filii mei Patrinus, et Archidux Ambrosius. Colocenses: Patatichius, et Kollonichius. Agrienses: Eszterházius, Fuchsius, et placidissimus Fischerus. Alba-Regalenses: Nagyius, Milassinius. Bosnenses: Kertizza, et Mandichius. Cassoviensis: Szabó. Jaurinenses: Zichius, Fenglerus, Viltius. Munkachiensis: Bachinszkius. Nitrienses: Gusztinius Révayus, Fuschsius, et Kluchius. Neosolienses: Bertholdius, et Zerdahelyius meus in itinere Romano Castor. Qvinqve Ecclesienses: Klimo, Eszterházius, Királyius. Rosnavienses: Andrásius, Szányius, Eszterházius. Sabarienses: Szilius, Cardinalis Herzanius, et Somogyius. Scepusienses: Révayus, mecum olim in Studiis Sodalis, et Brigido. Szathmarienses: Fischerus et Klobusiczkius. Transylvanienses: C. Igna-

tius Batthyanius, et Josephus Martonfius. Vacienses: Splényius et Kamánházius. Varadinenses: Kalatayus, Kondeus, Miklóssius; item: Darabanthius, et Vulkanius. Vesprimienses: Bajzáthius, Rososius, et Kurbélyius. Zagrabiensis deniqve Verhovaczius. Praelati, qvorum vivida menti obversatur imago, et qvorum nomina hoc loco sine veneratione commemorare non poteram, qvorum nonnulli adhuc ante Sacerdotium mihi noti; alii me commercio literario dignati sunt, plurium hospitalitate, beneficiis, aut alio benevolentiae genere fruitus sum. Sed nec inter Electos, aut etiam Consecratos Episcopos, Abbates, Praepositos, et in Capitulis multi erunt, qvibuscum mihi mutua non intercessisset notitia, qvibus multos e Sacris Curionibus, et plerorumqve Ordinum Regularium Superiores, ac Fratres dignissimos, et si liceat, Graecae qvoqve Ecclesiae plures Praesules, et potiores aliarum Religionum, qvas patria nostra sinu suo complectitur, Antistites, ac Ministros, intimiore notitia mihi conjunctos, qvos certe qvovis loco cum honore nominare auderem, accensere, et praelongo ordine, grata memoria recensere possem. Atqve in hac tanta multitudine illustrium Virorum Deo jugiter famulantium, et mihi cognitorum, qvos sola memoria nominatim adhuc suppeditare potest, etiamsi censura uti liceret, aegre aliqvem reperirem, in qvo non encomio potius, qvam vituperio locus esset, corruptelae certe nihil unqvam reperi, ut adeo mirari satis non possim, unde leves qvidam, ne temerarios appellem, qvi vix paucos talium, videndo solum, aut audiendo eminus norunt, in hunc Statum, apud omnes gentes venerabilem, generatim suas obtrectationes desumere,

et qvod inter homines cuiqve indecorum est, in eum sine rubore illiberaliter invehi possint, cujus tamen et doctrinae, et precum suffragii participes sumus, et fide nostra, post fata qvoqve uberes fructus speramus, qvae omnia tanti sunt, ut erga eos omnem non solum grati animi nostri affectum, sed etiam venerationem merito excitent, ad eamqve contestandam, etiam externa argumenta postulent, qvae ego qvidem pro modulo meo praesenti industriae literariae opere exhibere studebam.

Ipsa occasio, qva ad suscipiendum hunc laborem inductus sum, non procul ab isto fonte orta est. Cum nimirum anno 1807. tempore Comitiorum, Budae actorum, *Lineamenta Apparatuum diplomatico historico literariorum circa Corpus Juris Hungarici* ad Maximilianum Verhovacz Episcopum Zagrabiensem scripta, ac deinde typis edita, et in consessu diaetali viritim distributa, vulgassem, Capite V. ejusdem opusculi, cum primis pagina 34. qva de classificatione legum Decretalium agitur, promisi post novam editionem Corporis Juris Hungarici qvosdam Codices, pro diversitate materiarum verbis Decretorum Comitialium methodice compilandos, sed cum haec, utiqve, si incitamenta adessent, promiserim, sive jam obligatum, sive qvod Corpus Juris nondum editum sit, nulli mortalium cordi esse videbam, qvi me ad suscipiendos ejusmodi labores adhortaretur, unde concludere oportebat, similem industriam nec utilem, neqve necessariam videri; et cum Phaedro existimandum erat: nisi utile sit, qvod agimus, stultam esse gloriam, qvam adeo improbo labore qvaerere, nullus profecto operae pretium esse putabit. Ausus tamen sum, citra omnem publi-

cae existimationis contemtum suspicari, me paucis illis verbis id non clare exposuisse, qvod omnino volebam, sed imprimis necessarium esse specimen, ex qvo ad reliqva concludi possit. Itaqve maturescente vere anni 1813. brevi scripto Josepho Bélik Canonico Strigoniensi, et generalis Seminarii Cleri Junioris Pestiensis Rectori, veteri amico meo, et acris judicii Viro exhibito, proposui, qvam optandum sit, ut qvispiam ea, qvae Religionem, Ecclesiam, Sacerdotium, et qvae cum his connexa sunt, in Decrectis Regni Hungariae comitialibus, uti successivae legislationi proprium est, sparsim constituta, et qvovis postulante casu diuturno labore vix reperibilia, seligeret, et ordinata qvapiam methodo disposita, lectorum conspectui proponeret, qva de re, dum deinde cum eodem praesens dissererem, ejusdem mecum sententiae illum reperi, sed cum id non facile a cujuspiam alterius industria sperari posse videretur, me ipsum ad id hortari coepit, et jure amicitiae a me postulabat; qvod cum illi nec prorsus negare, sed neqve temere polliceri possem, utpote cui multa alia incumberent, et magnitudo laboris perspecta esset, recepi in me, initium facere, qvo alter incitatus, tanto facilius eadem semita progredi, et opus perficere possit. Interim semel coeptum, tanto ferventius ursi, qvo gravius esse animadverti. Itaqve die prima Maji coepi Decreta comitialia attentissime evolvere, et qvidqvid ad propositum pertinens reperi, praefixa Rubrica singula ad singulas Schedas fide integra descripsi, atqve textui accuratissimas citationes subjeci. Ita progressus, die ultima Junii, bimestri nimirum tempore, omnia, in pluribus Schedularum millibus conscripta habui. Has Schedulas die pri-

ma Julii coepi in eas classes dispescere, qvas Capita hujus Codicis exhibent, ac tunc demum Caput I. De Religione subdividere, qvod intra paucos dies ad purum descriptum, subjeci judicio Josephi Vurum Electi Episcopi Sardicensis, ad Excelsum Consilium Locumtenentiale Consiliarii Regii, qvem in summa aestimatione habebam, et ad id suo pretio aestimandum imprimis maturo judicio pollere, probe noveram. Videbatur is Opus non prorsus nulla attentione dignum habuisse, cum et reliqva successive evolvere cupiverit, qvod et fecit attentissime. Auctus igitur voluntate, ejusdem desiderio satisfaciendi, Bélikio porro etiam incitante, usqve medium Augusti, poene dimidium Operis, in ordinem redactum, descripsi. Sed cum ea, qvae ad continuandam in qvartum jam annum expeditionem meam diplomatico literariam, altiore loco mihi benigne demandatam praeparanda erant, succederent, et res domestica in ordinem redigi postularet, laborem hunc tantillum seponere oportuit, et Septembri mense iter in Transylvaniam tanto alacrius suscepi, qvanto hic meliores, et mihi faventiores homines me adhuc reperturum esse, fide indubia sperabam, qvorum multos, jam anno 1794. primum in hoc Magno Principatu versatus noveram, et majorem partem hodiedum incolumem, incredibili cum voluptate reperi, et apud qvos uberem messem literariam, cum insigni humanitate, meo arbitrio concessam, nactus sum. Coepti etiam Operis continuationem mecum accepi, et peracto notabili itineris mei circulo, Kolosvárini in Conventu Fratrum Minorum Conventualium Ordinis S. P. Francisci pacatam sedem hiemalem defixi, postqve modicam qvietem, ac respirium, circa

diem 20. Novembris Codicem meum sub calamum revocavi, et die ultima Januarii A. 1814. ultimum Caput absolvi. Interea id, qvod ejus mecum tuleram, postulanti Stephano Fangh, Praeposito Majori Infulato Cathedralis Capituli Ecclesiae S. Michaelis Albae Transylvaniae, veterano, et ob eximias dotes mihi dilecto, et aestimatissimo Amico, post initium Octobris, legendum Carolinae lubens reliqvi, et qvidqvid deinde scripsi, arbitrio ejus, velut competentis itidem Judicis submisi. Atqve ita, tres jam Illustres Ecclesiae Hungaricae Patres habebam, laboris mei congruos testes, qvi eo delectari videbantur, qvem sane volupe fuit, auspiciis ipsius Provinciae Episcopi, Josephi Mártonfi, cujus benevola propensione multis jam annis perfruebar, et cujus svavis consvetudo peregre absenti diuturnius otium literarium pacatius, tolerabiliusqve reddidit, etiam intensiori diligentia ad finem urgere.

Coronidem igitur, qvae una adhuc deerat, Operi meo impositurus, propero ad exponendas rationes, qvibus in eo compilando usus sum. Et imprimis qvidem res ipsa loqvitur, me viam inivisse, qvam adhuc nullus apud nos trivit. Probe mihi qvidem constat, Riegerum tum e Decretis Comitialibus leges, tum e Conciliis Nationalibus, canones selegisse, secundum Libros Decretalium disposuisse, et edidisse, verum ea lucubratio nullam cum hac mea praeter materiae partem aliqvam, affinitatem habet; Extractus autem illi legum de Religionis negotio sonantium, qvos nonnulli proletarie compilatos, minutis Opusculis ediderunt, hoc loco ne commemorandi qvidem alio fine essent, nisi ut indicarem, eos mihi minime ignotos fuisse. Nec ignoro, Articulos de

Re Montanistica et Monetaria primum qvidem per Baranyium, deinde novo studio per Colinaszium, amicum meum, e Decretis Comitialibus diligentissime selectos esse, qvi tamen magis ordinis Chronologici, qvam Systematici materiarum rationem habuerunt, laude suae diligentiae minime indigni. Dum tamen profiteor, me novum, et adhuc incultum campum ingressum esse, non id ago, ut operi meo pretium aliqvod undecunqve conciliem, sed ut tanto aeqvior sit excusatio in illis, in qvibus a recta methodo aberrassem. Supputavi jam hoc fine paulo superius ea tempora, qvae conscribendo huic Codici, certe non ita beatus, ut ab aliis negotiis et curis domesticis, tum etiam penitus liber essem, impendi, et insuper propius ad partes officii mei pertinentia tanta sub calamo habeo, ut Codex iste non nisi parergon reputari debuerit, cui plus temporis impendere minime poteram, contentus, si materiam, crudo ut minimum ordine, redigerem, qvin ultro etiam naevos excusare oporteat, qvi ex illis legibus aestimari poterunt, qvas mihi in conscribendo Codice observandas praefixeram, et seqventes sunt.

I. Nihil e Decretis decerpere, nisi qvod ad Religionem Ecclesiam, Ecclesiasticos, et Sacerdotium, sive universim Clerum Hungariae secularem, et regularem, templa, et pias causas, atqve ea, qvae cum his connexa sunt, diserto textu refertur, restringitur, aut extenditur, qvodqve his proprium est.

Norunt enim omnes, qvibus Status Regni Hungariae qvadamtenus perspectus est, Venerabili Clero Ecclesiae Hungaricae, tamqvam primum Statum constituenti, et singilatim personalis nobilitatis praerogativa gaudenti, adeo-

qve Civium Reipublicae numero reputato, omnia ea jura competere, qvae nobilibus Regnicolis communia sunt, plerasqve etiam obligationes incumbere, qvibus reliqvi Cives, per constitutionem obstricti sunt, iisdem proinde legibus uti; sed haec partim ad Jus publicum, partim ad privatum pertinent, neqve commode, vel ad praesens propositum vel ad hunc Codicem referri poterant. Oportebat itaqve fixis limitibus Opus circumscribere, ne omnia conglomerentur, qvae et a proposito, et a themate suscepto longius recedunt; secus enim maxima pars Juris Hungarici tam publici, qvam communis pertractanda fuisset, qvin lectores suapte viderent, qvis princeps scopus suscepti laboris fuerit. Hos autem limites alia ratione definire non poteram, qvam, si disertam in textu eorum objectorum, qvae adoptanda esse judicavi, mentionem, pro cynosura observarem. Paulo majori meditatione opus erat circa illa loca, in qvibus manifeste, licet non expresse, objecta huc pertinentia, et arctum nexum habentia, comprehenduntur; ita omnes Articuli, in qvibus *Domini*, aut *Status et Ordines* nominantur, Praelatos utiqve etiam ita concernunt, qvasi isti diserte nominarentur; ita ex Articulis suo loco relatis, probe qvidem constat, qvae causae forum Ecclesiasticum concernant, an tamen reliqvi Articuli de dote, parapherno, sponsalibus, juramentis et aliis hujusmodi fori Spiritualis objectis, nulla ejus mentione facta, sonantes, subjungendi fuerint, deliberandum erat. Interim stabili regulae insistere malui, qvam praefixos limites ulla in parte transgredi, praesertim cum observarem, exceptiones ejusmodi satis indefinitas esse; ut enim penes causas fori Spiritualis subsistam,

harum complures sensim ad forum seculare traductae sunt, uti Decimarum, Qvartalitiorum, utiqve de bonis possessionariis exsolvendorum, et aliae, de qvibus sonantes Articulos, si fori spiritualis nulla sit mentio, tanto tutius praetermittendos esse duxi, qvod mihi princeps propositum non fuerit, causarum Advocatis compendium legum dare, sed statum politicum Ecclesiae Hungaricae hac ex parte exponere. Alioqvin, si qvis olim id, qvod ego non praestitissem, suo judicio ad Codicem hunc referendum fuisse existimaverit, supplere omnino liberum erit. Interim vel illis praetermissis, ex isto Codice ubertas legislationis Hungaricae circa Sacra luculentissime patebit.

II. Nihil omnino Codici huic inserere ex aliis fontibus, qvam id, qvod in Decretis Comitialibus sancitum est.

Istud iterum ad evitandas ambages, in qvas aberrare necesse est, nisi certi limites praefigantur. Qvanta mihi monumenta ad manus fuissent, qvae oportune inserere potuissem, qvibus adoptatis, nulla ratio suppetiisset, cur alia eodem jure inter ea locum non haberent, et excludenda essent; qvo casu limites non nossem, intra qvos me cum ratione contineam. Pauca qvaedam, qvae, ut ipsum hoc principium exemplo firmarem, delibavi, aut minus nota sunt, aut talia, qvae originem posteriorum legum indicant, uti est Sigismundi Regis Decretum contra Bullatos, aut certe, qvae Decretis Comitialibus aeqviparari debere creduntur, uti Assecuratoriae Regum, etiam a diplomate Inaugurali distinctae, Regnicolis, in Comitiis constitutis, datae. Si praefixae Regulae hac in parte rigidius insistendum fuisset, e Decretis Sigismundi Regis nonnisi A. 1405.

et 1435. utrobiqve secundum, qvae unice Comitialia sunt, pro fonte adhibenda, ejusdem autem gratia de possessionibus infidelium, statuta Civitatum, sive Decretum Minus, Circulares ad dicatores et decimatores anni 1411. Regestum exercituationis A. 1433. et super exercituatione 1435. I. uti et Ladislai Posthumi itidem Edictum Circulare de exercituatione 1454. Monumenta Pacificationis Viennensis A. 1606. et qvaedam alia, excludenda fuissent, qvae tamen multi, qvod Corpori Juris Hungarici jam semel illata sint, pro legibus habent, qvorum opinionem meo solius facto offendere animus non erat.

Atqve hic locus, ut opinor, est, qvo posteros, mei similes, si qvi jus Ecclesiae Hungaricae aliqvando ex aliis etiam genuinis fontibus, et omnibus partibus, hac eadem ratione illustrare voluerint, oportune moneri posse credebam, me qvidem illud hocce Codice, ex unico solum fonte, Decretis nimirum Comitialibus, et ea solum parte, qvae Statum Ecclesiae politicum, totius Corporis legislativi autoritate definitum, respicit, deducere conatum esse, hanc tamen non maximam haberi debere, ac ita me aliorum industriae, non spicilegium, sed uberem messem reliqvisse. Supersunt adhuc priscorum Hungariae Regum, ad continendum externum Ecclesiae Statum edita successive monumenta, et recentiores Apostolicorum Hungariae Regum in negotio Religionis, et circa sacra editae ita dictae Normales Resolutiones, qvae omnia externum, et politicum Ecclesiae Hungaricae Statum concernunt. Habemus insuper canones synodales, Constitutiones Episcoporum Hungariae Dioecesanas, Epistolas Pastorales, Statuta Capitulo-

rum, Regulas Cleri junioris, et plura similia, disciplinam Ecclesiae Hungaricae interiorem etiam regulantia, qvorum singula seorsim colligenda in ordinem redigenda, et sub suis Rubricis methodo Systematica disposita, lectorum oculis exponenda essent. Collectiones enim, qvales sunt Péterfii Concilia Ecclesiae Hungaricae, Batthyanii Leges Ecclesiasticae, multis Heterogeneis interpolatae, et ipsa collectio Normalium Resolutionum, nec ad certa Capita revocatae, neqve completis Judicibus provisae, lectoribus, qvi fontes hos non memoriae mandare, sed casu poscente, consulere volunt, minime commodo usui deserviunt. Cur dubitem in tanta doctorum Virorum Ecclesiasticorum copia, qvos sancta mater Ecclesia Hungarica, non prorsus avare suo sinu fovet, et alit. Si sola Capitula, qvorum prope viginti sex veneramur, respiciam, et si qvisqve illorum emensa sibi officia habeant, reperiri tales, qvi et possent, et vellent, labores hujusmodi literarios in se suscipere, et exeqvi, non solum pro decore domus Dei, sed etiam pro utilitate, et aedificatione, tum ipsius Cleri, cum primis junioris, et Parochorum provincialium, qvibus otium legendi sufficiens, libraria vero supellex plerumqve tenuis ad manus est, tum etiam secularium, imo et illorum, qvi Sacra nostra non freqventant, et tamen avent internum, ac externum Statum Ecclesiae nostrae sincere perspectum habere, qvod e solis Theologicis operibus conseqvi non possunt, qvibus Religio potius, qvam Ecclesiae constitutio pertractatur. Ego ipse, qvi exemplis parce utendum esse puto, inter plures, qvos nossem, duos, qvos memoria suppeditat, alterum Georgium Palkovics Archidioecesis Strigoniensis, Tyrnaviae,

alterum Joannem Bajzik, Colocensem Canonicum, utrumqve in Theologia Professorem, viros, uti diligentissimos, ita in rebus Ecclesiae Hungaricae versatissimos, et secus etiam multiplici eruditione praeditos nominare, et si negotia Capituli admitterent, e Cathedrali Vesprimiensi Kopátsium, e Collegiato Capitulo Posoniensi Jordánszkium, et Melczerum, pluresqve alios indicare possem, congerendis hujusmodi thesauris, aut etiam illustrandae Historiae Ecclesiae Hungaricae omnino pares, qvibus ad id occasio forte, aut tempestiva destinatio deesse videri posset; reliqvi enim animarum cura occupati, et ruri degentes, et si forte nec otio, nec eruditione, aut etiam animo non destituerentur, a fontibus tamen remotiores sunt, qvam ut completi aliqvid in qvocunqve genere colligere, ac digerere possint; secularibus autem ea qvae disciplinae Ecclesiasticae sunt, pertractare minus convenit.

Regeret forte aliqvis: adesse jam sufficientia subsidia, unde hujusmodi notitiae peti possint, qvin nova industria libros multiplicare oporteat; sed ego generatim repono: nihil completum, et ita, uti oportet, elaboratum haberi. Collectiones, veluti fontes, aliam methodum postulant, aliam faciem systemata, in qvibus affines et connexae materiae in uno conspectu sistuntur, et singula, praesertim qvae juris sunt, per omnes gradus determinata ita exponuntur, ut nihil desit, aut redundet. Universim illi, qvi sibi sparsim editis ejusmodi rebus jam satisfactum esse putant, aut discernere non norunt, qvid completum, et ordinatum sit, aut de solida, atqve comprehensiva rerum, ad statum suum pertinentium cognitione parum solliciti sunt, aut deniqve auditu

aliqvid

aliqvid percepisse contenti, existimant, reliqva tuto ignorari posse, dummodo plures sint, qvi citra jacturam existimationis eadem ignorant, qvam, qvi penitius didicissent.

Oportet me insuper et id monere, qvod Decreta, ex qvibus Articuli hic referuntur, non omnia vulgato Corpore Juris Hungarici comprehendantur, sed qvaedam in meis Vestigiis Comitiorum, alia in supplemento primo ad eadem Vestigia edita, gemina vero, nimirum anni 1291. et 1444. cum qvibusdam minutioribus, nonnisi in Supplemento secundo primum in lucem proditura sint, non existimo tamen operae pretium esse, illorum commodo velificari, qvos si volent eadem inspicere, pigeret paucis minutis in iis operibus qvaerere, qvae ordine chronologico conscripta ultro offerunt, nisi et paginas indicatas haberent.

Sed qraeret hic aliqvis: qvo jure ad Codicem istum retulerim eorum Decretorum Articulos, qvae hactenus in Corpore Juris Hungarici nunqvam locum habebant, adeoqve invigorosa sunt? De postremo hoc, qvod supponitur, non vacat hoc loco frustra disceptare, qvod alibi jam evictum est; ajo nihilominus: eodem argumento omnes illos Constitutionum Articulos expungendos fuisse, qvi aut inveterati, aut mutati, aut pro tempore illo duntaxat conditi fuerunt; qvo facto totius antiqvitatis notitia oblivioni tradi posset, et omnis Historia eorum, qvae acciderunt qvidem, sed praeterierunt, et amplius non sunt, inanis et superflua videri deberet, qvod profecto nullus, qvi sanae rationis compos videri vult, assere re auderet, et tamen nullo eorum damno valere posset, qvi notitiae monumentorum antiqvitatis, et Historiarum usum capere ignorant.

Ita Causae Decimarum nunc in foro Comitatus discutiuntur; licet igitur ignorare, eas olim ad forum Ecclesiasticum pertinuisse? licet ignorare, cur olim eo pertinuerint, aut cur ad forum seculare traductae sint? minime omnium, ille genuine legem intelligit, qvi originem et rationem ejus latae novit. Advertent autem attenti lectores, vel ex isto Codice, ea, qvae longe tardius in Decretis Corpore Juris Hungarici comprehensis sancita reperiuntur, longe antea iis Decretis constituta fuisse, qvae in eodem Corpore desiderantur, qvod illi duntaxat aestimare scient, qvi Origines legum nosse, inter inutilia studia non reputant, et inde argumenta petere norunt. Atqvi ne tam sublimi qvidem ratiocinio hac in re opus est, qvando praetermissis omnibus legibus, qvae jam non tenent, palpari possunt tenebrae, qvibus notitia Status publici, qvalis olim, et successive fuit, obnubilatur.

III. Textum Decretorum, qvatenus ad rem pertinet, fide integerrima iisdem verbis exprimere.

Qvam fideliter huic regulae inhaeserim, tam ambiguae aliorum, qvam mea ipsius fuit, erunt opiniones. Nihil ex Articulis exmittere, qvod ad plenum sensum pertinet, nihil ultro addere, qvod ad aliud objectum refertur, dicere facilius est, qvam ita exeqvi, ut cujusvis opinioni satisfiat, praesertim ubi non continuus textus exscribendus, sed voces, aliis intersertae, seligendae sunt. Ego malui plus adferre, qvam aliqvid exmittere, qvod alter ad integritatem desiderare posset, sed id rarius factum est, et meum unice judicium secutus sum, cum alienum non potuerim.

Huc pertinebat: ne qvidqvam, vel unica voce, de meo adderem; ubi tamen, sive nexus desiderabat, sive, qva de re sermo sit, exponendum erat, ibi additas meas voces parenthesis instar inclusi.

IV. Ab omnibus adnotationibus, reflexionibus et Commentariis abstinere.

Nihil igitur in toto Codice de meo adjeci, praeter praefixas Rubricas, et subjectas citationes, sed totum reliqvum textus legum sunt. Oportebat me in toto opere praecise compilationis descriptorem, et prorsus mutum esse, idqve primum ideo, cum vel ita Codex nudi textus nimium jam prolixus evaserit, qvod omnino praevideram, onerandus proinde non erat; tum etiam temporis compendio consulendum erat, cum operam meam alia, ad officia mea propius pertinentia provocaverint. Qvam id mihi difficile observatu fuerit, verbis exprimere vix possum; habuissem enim in promtu et notitias multiplices, et monumenta diplomatum, Actorum, et Historiarum, qvae singulis Positionibus subjungenda fuissent, et qvibus commentariorum instar, non solum Codex ipse, verum etiam totus Status politicus Ecclesiae Huugaricae luculentissime illustrari potuisset, qvae certe nulli alteri adeo ubertim affluent; nec defuisset occasio, loca parallella legum earum, qvae in Decretis eadem qvidem objecta tangunt, sed cum expresse non nominentur, contra Regulam I. Codici inseri non poterant, provocandi, et lectoribus in multis majorem lucem affundendi, in qva meum in compilatione procedendi modum clarius perspexissent, et de opere ipso tutius judicium ferre potuissent. Verum istud qvanticunqve meriti futurum fuerat, ita praestare

optassem, ut non sparsim hinc inde, qvasi ad ostentationem facerem, sed plena, eaqve aeqvabili mensura ubiqve depromerem, atqve adeo penum totam exhaurirem; atqvi hoc agendo, et totum forte qvod reliqvum est, si suffecisset, vitae tempus, hoc uno opere consumsissem, et tot volumina implevissem, qvae nec typis exprimi, nec a qvolibet pretio comparari, neqve relegi commode potuissent, et insuper periculum erat, ne si operi immorerer, nec textum Codicis, neqve etiam Commentarios perfectos relinqvam, et dum multum vellem, nihil praestitissem. Si cui tamen animus esset, id qvoqve supplendi, qvamdiu qvidem viribus, et memoria polleo, offero me ad omnia eatenus indicanda, et suppeditanda, qvatenus otium aliis officiis meis, citra eorum jacturam, subtrahere potero.

V. Nihil praetermittere, qvod in Decretis ad rem pertinere deprehenderem.

Ut istud exeqvar, omnem qvidem, et modum, et attentionem adhibui, evqlvi enim ex ordine chronologico Decretorum omnium et monumentorum, qvae hunc fontem constituere videbantur, textum diligentissime, et qvidqvid advertissem, e vestigio descripsi, ut praemissum est, ad singulares Schedulas, neqve huic sagacitati satisfidus, consului deinde provocationes Editorum, ad calcem paginarum positas, et, ita dictam, Cynosuram Corporis Juris Hungarici, qvaliacunqve demum haec indicia esse scirem, neqve memoriae dictamine praetermisso, cui, diuturna Decretorum retractatione permulta adhaeserant. Securos igitur lectores reddere possum, siqvae sunt, pauca omnino fore, qvae meam attentionem effugissent, et ita in Codice isto desiderarentur, et si

forte non omnia suis locis reperienda, qvod humanae debilitati indulgendum esse confido, dum pleraqve pro modulo suarum virium praestitit.

VI. Singula in suas Classes redigere, dividere, ac subdividere, adeoqve ad Capita, Titulos, Sectiones, Articulos, Paragraphos, ac demum Numeros revocare.

Istud est, qvod proprie Systema, et animam Codicis efficere deberet, ut eaedem materiae et Articuli de eisdem sonantes sub iisdem, tam generalibus, qvam particularibus Rubricis simul conveniant, nexum aliqvem habeant, facile reperiantur, et mutuo sese illustrent, in qvo, seu naturalem, sive rationabilem ordinem statuere, omni qvidem studio conabar, sed uti in ea materiarum diversitate evenire debet, ubi Analysis secundum methodum mathematicam applicari neqvit, ita hoc loco facilius mihi, qvam ulli alteri satisfacere poteram. Secundum Ordinem Rubricarum Librorum Decretalium leges politicas disponere non poteram, divisionem earum in Personas, Res, et Actiones retinere neqve volui, neqve potui; exemplum, qvod seqverer, nullum habui, proprio itaqve marte ordo aliqvis, ab ipsa materiarum diversitate abstractus, constituendus erat, in qvo defigendo, si centeni studerent, ne duo qvidem eorum convenirent, omnes invicem discreparent. Mihi suffecit, qvamcunqve rationem habuisse, cur has, et non alias Classes et Capita stabilirem, cur in hos Titulos, Sectiones, Articulos subdividerem, cur haec sibi proxime conjungerem, cur hoc aut illud praeponerem, postponerem, vel omnia invicem hoc situ collocarem, qvae utiqve alteri non ita patebit. Ita, ut Caput I. statim de Religione po-

nerem, svasit illud, qvod ea sit Ecclesiae fundamentum, et basis; Ecclesiam rursus Praelatis, et aliis ejus ministris, hos vero reliqvis Hierarchiae Ecclesiasticae ordinibus, et generalia particularibus praeponere debui. Ipsa subdivisio singulorum Capitum, cogente materiae indole, inaeqvalis evasit, neqve ullus a me cum ratione postulare poterat, ut ubi res ipsa secum non ferebat, Titulos in Sectiones immediate, et non in Articulos dividam, aut hos, defectu diversitatis materiae in Paragraphos subdividam, id autem res ipsa postulabat, ut easdem leges de eodem objecto successive conditas, ubi plures erant, nec qvidqvam novi coutinent sub eadem Rubrica ordine chronologico collocem, et si iisdem verbis conceptae, ac repetitae essent, non facile nuda provocatione: sed ipsis verbis seqventium Decretorum exprimerem, qvo legislationis concordia tanto clarius elucesceret.

Cum saepe uno, eodemqve Articulo, etiam de eodem objecto plura constituta comperiantur, qvorum singula sub aliis diversis Rubricis referenda erant, oportebat utiqve Articulos dismembrare, et singula seorsim sub Rubrica materiam designante, ponere, et ideo singula Articuli membra, ad singulas separatas Schedulas conscribenda erant, ut istae pro arbitrio, aut potius, ubi res postulabat, transferri et collocari possint; omnia igitur membra, et singula segmenta, sive particulae hujus Codicis seorsim mobilia esse debebant, usqve dum in hanc compagem redigerentur. Sunt nihilominus permulta, ita qvoqve jam separata, qvae ultro dividi non poterant, et tamen, diverso respectu, sub diversis Rubricis referri, proinde saepius iisdem verbis repeti debebant.

Ita Articuli de Decimis cum, aut sine Censuris Ecclesiasticis, exigendis, et sub titulo de Censuris Ecclesiasticis, et sub Capite de Decimis, ita rursus Articuli de exercituatione Cleri, ratione Decimarum sonantes, eo Capite repetendi erant, qvo Exercituatio Cleri et Praelatorum pertractatur, cujusmodi exempla plurima lectores in hocce Codice reperient, ut adeo non vane metuendum fuerit, ne freqventis hujusmodi repetitionis taedio afficiantur, et tamen eam declinare integrum non erat, si omnia, qvae reperissem, sub sua Rubrica collocare debui, ne lector plura in Decretis non occurrere existimet, praesertim cum juxta praefixam Regulam IV. ab omnibus reinviationibus abstinere voluerim, ne qvis me Codicem hunc ad formam Breviarii Romani conscripsisse cavillari possit, qva in re lectorum imprimis commodo consulendum fuit, ne saepe alio loco, qvod in conspectu habere vellent, qvaerere cogantur, alioqvin multum laboris lucrari poteram. Magno sane hic studio opus erat, ne vel ea, qvae Indice suppleri poterant, ipso Codice omnia compraehenderem, neqve etiam in Indicem rejicerem, qvae ad textum Codicis pertinebant, priore casu nulla ratione Indicem superfluum reddidissem, posteriore Codicem imperfectum reliqvissem, et ita deniqve, qvidcunqve agamus, omnibus numeris absolutum vix edere, ac omnem etiam justam censuram evitare possumus.

Sed vel ita me confido non contemnendum, imo unum e praecipuis Juris publici Hungariae Capitibus, de juribus nimirum, ac obligationibus primi Status in Republica Hungarica, Regis item circa sacra, qvatenus illi aut natura sua competunt, aut mutuis, inter eum

et populum tractatibus in Comitiis definita et per eum sancita, usuqve firmata sunt, congestis omnibus locis legalibus, ordine suo, sub individualibus suis Rubricis dispositis, ex uno utiqve fonte, eoqve principe petitis, ita illustrasse, ut si per otium ea liceret addere, qvae mihi in promtu sunt, et propriis verbis connectere, sane omnia in tanta luce ponerentur, qvantam adhuc pauca notitiae Status Hungariae publici Capita, a qvapiam alia lucubratione literaria obtinuerunt. Confido me inqvam Opus, et si non omnibus numeris in origine sua absolutum, brevi tamen sane tempore compilasse, qvod non prorsus indignum videri posset, ut Venerabili Clero Sanctae Ecclesiae Hungaricae, contestandae reverentiae gratia consecraretur.

Kolosvárini in Aula Excellentissimi
Domini Josephi Mártonfi,
Episcopi Transylvaniensis, die 6.
Februarii 1814.

*Martinus Georgius*
*K o v a c h i c h m. p.*
*Senqviciensis.*

CAPUT

# CAPUT I.

## *De Religione.*

## TITULUS I.

### *De Religione generatim.*

### ARTICULUS I.

#### *Fides, sive Religio quae observanda.*

Fides, de qva loqvor, haec est: ut Patrem Deum omnipotentem, factorem totius creaturae, et unigenitum ejus Filium Dominum nostrum Jesum de Maria Virgine, Angelo annunciante natum, et pro totius mundi salute in crucis patibulo passum; et Spiritum Sanctum, qvi per Prophetas et Apostolos, et Evangelistas locutus est: unam Deitatem perfectam, indissolubilem, incontaminatam esse, firmiter credas, et sine omni ambiguitate teneas. Haec est fides Catholica, qvam (sicut Athanasius dicit) nisi qvis fideliter, firmiterqve crediderit, salvus esse non poterit. *S. Steph, Decret. L. I. Cap.* 1. §. 4.

### ARTICULUS II.

#### *Rex Hungariae Catholicae Religionis sit.*

1. Qvoniam ad regalis dignitatis ordinem non oportet, nisi fideles, et catholica fide im-

butos accedere, idcirco sanctae fidei in nostris Mandatis primum damus locum. Imprimis praecipio, consulo, svadeo fili charissime! si regalem cupis honestare coronam, ut fidem catholicam et apostolicam tali diligentia, et custodia conserves, ut omnibus, tibi a Deo subjectis, exemplum praebeas, cunctiqve ecclesiastici viri merito te verum christianae professionis nominent virum, sine qua, pro certo scias, christianus non diceris, vel Ecclesiae filius; qvi enim false credunt; vel fidem in bonis non implent, et ornant operibus (qvia fides sine opere moritur) nec hic honeste regnant, nec in aeterno regno, vel corona participant, si vero scutum retines fidei, habes etiam galeam salutis. His qvidem ornamentis contra invisibiles, et visibiles legitime dimicare poteris inimicos; nam ait Apostolus: non coronabitur, nisi qvi legitime certaverit. *S. Steph. Decr. L. I. C.* 1. §. 1. 2. 3.

2. Hungari, inspirante Spiritus Sancti gratia, ad agnitionem veritatis, catholicaeqve fidei professionem, opera ipsius S. Regis nostri venere. *P. I. T.* 3. §. 6.

3. Hungari non per praedicationem Apostolicam, vel Apostolorum, qvorum principis vicem et personam in terris Papa gerit, sed per institutionem proprii Regis eorum sanctissimi videlicet Stephani, conversi sunt ad catholicam fidem. *P. I. T.* 11. §. 2.

4. Majestas Regia, velut Catholicus Princeps. 1523. *Art.* 53.

5. Cum Sua Sacratissima Caesarea, Regiaqve Majestas, Sacro Sanctam Catholicam Romanam fidem, et religionem sincere profiteatur. 1604. *Art.* 22.

6. In defectu sexus masculini Sacratissimae Caesareae, et Regiae Majestatis jus hereditarium succedendi in Hungariae Regnum et Coronam, etiam in sexum Augustae domus suae Austriacae femineum, primo loco ab altefata modo regnante Sacratissima Caesarea, et Regia Majestate, dein in hujus defectu, a divo olim Josepho; his qvoqve deficientibus, ex lumbis divi olim Leopoldi Impp. et Regum Hungariae Descendentes, eorumdemque legitimos Romano-Catholicos successores utriusqve sexus Austriae Archiduces transferunt. 1723. *Art.* 2. §. 5—7.

7. Per Suam Sacratissimam Caesareo Regiam, actu gloriosissime regnantem, Catholicam, et Apostolicam Majestatem. 1723. *Art.* 86.

## ARTICULUS III.

*Religio ad pristinam normam redigatur, et hereses tollantur.*

Qvoad negotium Religionis, omnes Status et Ordines Regni una voce sentiunt, cultum divinum, et religionem ad pristinam normam esse redigendam, et hereses undiqve tollendas juxta admonitionem Suae Regiae Majestatis. 1548. *Art.* 5.

## ARTICULUS IV.

*Religio qua ratione possit ad pristinam normam redigi.*

1. Id autem ita recte fieri posse existimant: si omnibus Ecclesiis Praelati, sive sint Episcopi, sive Praepositi, sive Abbates, viri ecclesiastici, et doctrina praediti, qvam primum praeficiantur: qvi et ipsi doceant verbo, et exem-

plo gregem sibi commissum, et Vicarios suos, ministrosqve sibi subjectos, eorum officium exercere faciant; mittantqve sine mora in omnes partes Archidiaconos, Vice Archidiaconos, et alios, qvorum interest, ad docendam plebem; qvibus, si forte pro se sufficientes non sunt, Praedicatores boni adjungantur, ut ubiqve vetus Religio, pristinusqve Dei cultus restituatur. Parochos etiam in omnibus Oppidis et villis tales constituant, qui veram doctrinam sapiant, et eandem doceant, sacraqve administrent juxta ritum sanctae Ecclesiae Catholicae.

2. Iidem etiam Praelati, pro facultatibus ipsorum, Scholas erigant, in qvibus bonae literae, et vera Religio doceatur, ut sic in dies magis prava dogmata tollantur, et vetus Religio repullulet, Praedicatoresque boni per Regnum dispergantur.

3. Sacerdotes autem non creentur, nisi probatae vitae et doctrinae viri, his sacerdotia Ecclesiastica, beneficiaqve conferantur.

4. Ipsi autem Praelati penes Ecclesias ipsorum jugiter resideant.

5. Et unus qvisqve, sive Praelatus, sive alius vir Ecclesiasticus, unum tantum beneficium possideat, et non plura.

6. Si quis Praelatus, publicis muneribus occupatus, penes Ecclesiam residere non posset, Vicarium, virum sufficientem, et Ecclesiasticum loco sui continue teneat penes Ecclesiam. 1548. *Art.* 6.

## ARTICULUS V.

### *Religio Catholica restituatur.*

Qvod Majestas sua, diserte simul, et pie fideles suos hortari dignata est ad unionem fidei,

et religionis, agnoscunt in hoc qvoqve Ordines et Status Regni Singularem in Deum optimum maximum Regiae Majestatis pietatem, et in subditos clementiam: arbitranturqve secundum benignam, et paternam admonitionem Suae Majestatis enitendum esse omnibus modis, ut Sancta et Catholica fides, ac Religio, Deiqve optimi maximi cultus, juxta veterem SS. Patrum doctrinam, longo tempore, per universum orbem christianum recepta, atqve approbata; ubiqve in Regno restituatur: evulsisqve undiqve heresibus, et impiis doctrinis, Sanctae Romanae, et Catholicae Ecclesiae, quae unica est, et, sibi perpetuo constans, errare non potest, omnes ex omnibus Ordinibus et Statibus Regni perpetuo adhaereant, ac, velut membra, in unum corpus conglutinentur, ut sic vera, et solida animorum conjunctio, unioqve in Regno, et exinde Dei optimi maximi misericordia in dies magis augeatur, 1550. *Art.* 12.

## ARTICULUS VI.

*Episcopi exemplo et doctrina Religionem promoveant.*

1. Ut autem id citius et facilius fiat, videtur, secundum eandem Regiae Majestatis piam adhortationem, ut Episcopi et Praelati, qvi vel solo etiam titulo, ut nunc sunt tempora, eandem dignitatem possident, primum moribus et exemplis, deinde vero doctrina et Praedicatione, muneri ipsorum, quantum fieri poterit, insistere, atqve invigilare debeant, idqve vel imprimis curare, ut Religionem, cultumque divinum sub eorum Dioecesibus disseminent ubique secundum pristinam Catholicae

Ecclesiae normam, gregemqve sibi commissum, ab erroribus, et malesanis doctrinis avocare, ac tamqvam e tenebris ad lucem educere conentur, piis eorum concionibus, doctrinaqve a SS. Patribus deprompta.

2. Iidem etiam Vicarios, Archidiaconos Parochos, Concionatores tales ubiqve curent constituere, et omni studio undiqve conqvirere, a qvibus hoc idem eorum pastorale officium, ipsis Episcopis vel absentibus, vel legitimis aliis inpedimentis praepeditis, rite peragatur, neqve qvicqvam praetermittatur, ex qvo divini cultus, pristinaeqve, et verae Religionis detrimentum, atqve inde animarum jactura seqvatur. 1550. *Art.* 13.

3. Sacratissima Sua Majestas ad ampliandum divini numinis cultum, incrementumqve orthodoxae Catholicae Religionis, Ecclesiasticis non secus, ac Religiosis, qvi de abalienatis bonis Ecclesiasticis sese apud Suam Majestatem Sacratissimam gravatos esse repraesentaverint, et edocuerint, jus, et justitiam competenti juris via administrari facere clementissime resolvit. Benigne confisa, DD. etiam Praelatos obligationi et muneri suo, pro exigentia sacrorum Canonum, ac legum etiam Regni, signanter S. Ladislai Regis Libri I. Cap. 8. nec non Articuli 13. Anni 1550. nuspiam, et neutiqvam defuturos. 1715. *Art.* 60.

## ARTICULUS VII.

*Seculares in doctrina fidei obediant Episcopis.*

Cum nulla ratione possent Episcopi munus rite exercere, nisi patienter audiantur ab iis, ad qvos docendos missi sunt, tum ipsi, tum ipsorum ad id delecti ministri, ac nisi

plebs subdita pareat eorum doctrinae, praeceptisqve, et desinant hi, qvi plus ceteris videantur posse, moliri aliqvid contra ipsorum pios conatus; neqve solum Concionatores ad docendum missos, libere admittant, verum etiam teneantur pro viribus defendere, videtur idcirco is modus adhibendus esse, ut seculares omnes sine ulla controversia, aut disputatione contentioneqve, obedientes, ut par est, sese praebeant eorum Episcopis, et ad id per eos delectis ministris, in his videlicet, qvae ad Deum, ejusqve cultum spectant, neqve contra eorum doctrinam qvovis modo, aut qvavis ratione sese audeant efferre, sed si qvid deliberatione egere, aut in disputationem venire posse, ipsis, vel eorum forte alicui videretur, relinqvat id totum generali concilio dirimendum, in qvo, si qvae in fide, et Religione reformanda esse videbuntur, divina inspiratione informandum iri, sperandum est: interim autem veteribus Sanctae Ecclesiae Catholicae institutis insistendum, nec cuiqvam qvovis, praetextu, ab illis qvoqvo modo videtur esse discedendum. 1550. *Art.* 16.

## ARTICULUS VIII.

*Articuli de Religione conclusi ab omnibus observentur.*

Qvod ad negotium Religionis attinet, ad qvam Sacra Majestas Regia Fideles suos clementer hortata est, Status et Ordines breviter respondent: fuisse in duobus proximis Conventibus, ex admonitione similiter Suae Majestatis, satis in ea re tractatum, et conclusum, tum pro rite exercendo Officio Praelatorum, et aliorum Ecclesiasticorum hominum, tum etiam

pro obedientia, qvae ipsis Ecclesiasticis ab hominibus secularibus debetur; super qva ejusmodi conclusione exstare Articulos confectos, in qvibus Articulis Ordines et Status Regni, sine augmento, vel diminutione ulla, nunc qvoqve persistunt. Restare igitur tantummodo, ut Sua Majestas Articulos ipsos ab utroqve Ordine, tam Ecclesiastico, qvam seculari observari curet, et si altera pars obediens non esset, vel aliqvis hos Articulos non observaret, Majestas Sua secundum praefatos Articulos in hos procedat. 1552. *Art.* 7.

## ARTICULUS IX.

*Religionis negotium maneat penes conditos Articulos.*

1. Quod ad Religionem attinet, Status et Ordines Regni paucis respondent: sese in his, qvae ad Religionem spectant, nihil dissentire ab iis, qvae proximis Conventibus super ea re tractata et conclusa, ac per Sacram Regiam Majestatem approbata, et confirmata fuerant, qvemadmodum super his plura in Articulis eorundem Conventuum exstant conscripta.

2. Quando qvidem, si qvid etiam in his ipsi vellent innovare, nullam Comitatuum Nuncii ea de re authoritatem, sibi a suis fratribus, a qvibus huc sunt delecti, concessam habent.

3. Arbitrari autem aeqvum esse, ut Praelati, secundum contenta Articulorum praedictorum Conventuum, maxime autem anni 1548. et seculares qvoqve in omnibus officio eorum satisfaciant.

4. Si qvi autem contra ipsos Praelatos, et Concionatores, ab eis delectos, ausu temerario, palam insurgere, et ipsos vituperiis,

contumeliis, verberibus, aut nece afficere, vel Ecclesias Dei in contemptum divinae Majestatis, destruere, diripere, profanare, et spoliare, imaginesqve in Ecclesiis frangere, aut incendere praesumerent, tales, comperta rei veritate, pro delicti merito, jure mediante, per ejus Majestatem puniantur, modo et ordine, super his, in Articulis praedicti Conventus anni 1548. expresso. 1553. *Art.* 7.

## ARTICULUS X.

*Quoad Religionem observentur Constitutiones.*

1. Quantum ad Religionem attinet, Statutum est: ut tam DD. Praelati, et aliae personae Ecclesiasticae, qvam alii Status seculares, juxta priorum Conventuum Constitutiones, superinde confectas, sese gerant, et officio utriqve eorum satisfaciant. 1554. *Art.* 7.

2. In negotio Religionis Statutum est, ut juxta Constitutiones proximorum Conventuum, tam DD. spirituales, qvam etiam laici studeant officio utriqve eorum facere satis.

3. Neqve alterutra pars in alterius officium se ingerat, qvemadmodum pietas in Deum optimum maximum sane reqvirit. 1556. 25.

## ARTICULUS XI.

*Quod Religioni congruit, lex est.*

Lex erit omne duntaxat, qvod Religioni congruet. *Prolog. Tit.* 10.

## ARTICULUS XII.

*Religio, et verus Dei cultus servetur.*

Quod vero Sacra Caesarea, et Regia Majestas fideles suos Status et Ordines Regni,

non minus benigne, qvam summa cum diligentia monet, atqve hortatur; ut exortis nostra aetate diversis, et impiis pariter, et absurdis heresibus, atqve sectis, in Religione, veroqve Dei cultu unionem Christianam, Charitatemqve, et doctrinam, per Apostolos, et Sanctos Ecclesiae Patres traditam, ac totius orbis consensu approbatam, seqvantur: Status et Ordines Regni Sacrae Suae Majestati, pro hac illius clementia, et pietate, qvae non minorem de aeterna, qvam temporali ista fidelium subditorum salute habet sollicitudinem, immortales agunt gratias. Et qvia etiam alias, simili modo per Sacram Majestatem Suam fuerunt admoniti, pro clementi ejusdem admonitione his in rebus decernere non omiserunt; statutum est: ut omnia, et singula, qvae in superiorum, signanter tamen 1548. 1552. et 1554. annorum Articulis, super negotio Religionis, publice, et unanimi consensu fuerunt decreta, imposterum quoque firmiter, et inviolabiliter observentur, nullusqve contra ea, sub poena ibidem statuta, qvidqvam attentare audeat. 1563. *Art.* 31.

## TITULUS II.

### *De Infidelibus.*

### ARTICULUS I.

#### *De Judaeis.*

#### §. 1.

*Judaei Christianos non teneant in mancipis.*

1. Nullus Judaeus Christianum mancipium emere, vel vendere audeat, aut in suo servitio

tenere sinatur; nunc vero qvi habet, si infra datis sibi induciis non vendat, amittat. *Colom. Decr. L. I. C. 74.*

2. Colomanns hanc legem dedit Judaeis in suo Regno commorantibus: ut nullus Judaeis deinceps praesumat Christianum mancipium, cujuscunqve lingvae, vel Nationis, emere, vel vendere, aut in servitio suo retinere; et si qvis hoc Decretum transgredietur, damnum Christiani mancipii, apud eum inventi, patiatur. *Colom. Decret. L. II. Cap. 1.*

§. 2.

*Judaei possessionati non nisi in Sedibus Episcoporum resideant.*

Possessiones qvidem Judaei, qvi possunt emere, habeant, sed ipsi nusqvam, nisi ubi Sedes Episcopalis est, remanere sinantur. *Colom. Decr. L. I. C. 75.*

§. 3.

*Conjugium, et Servitus Christianorum Judaeis prohibentur.*

Si Judaei uxores Christianas sibi associaverint, aut aliqvam personam Christianam in Servitio apud se detinuerint, ablata ab eis libertati reddatur, venditoribus ejus pretium tollatur, et in sumptum Episcoporum veniat. *S. Lad. Decr. L. I. Cap. 10.*

## ARTICULUS II.

### *De Ismaelitis.*

§. 1.

*Ismaelitis ritu suo vivere prohibetur.*

Si qvis Ismaelitas in jejunio, seu comestione, porcinaeqve Carnis abstinentia, vel in ab-

lutione, vel in qvolibet suae sectae facinore deprehenderit, Ismaelitae Regi deputentur (fors denuncientur) qvi vero eos accusabat, de substantia eorum partem accipiat. *Colom. Decr. L. I. C.* 46.

§. 2.

*Ismaelitae porcinis Carnibus vescantur.*

Si qvis Ismaelitarum hospites habuerit, vel aliqvem in convivium vocaverit, tam ipse, quam convivae ejus de porcina tantum Carne vescantur. *Colom. Decr. L. I. C.* 49.

§. 3.

*Ismaelitae, qvi apostatant, ad alias sedes transferantur.*

De negotiatoribus, quos appellant Ismaelitas, si post baptismnm ad legem suam antiqvam per circumcisionem rediisse, inventi fuerint, a sedibus suis separati, ad alias villas removeantur. *S. Ladisl. Decr. L. I. C.* 9.

§. 4.

*Ismaelitae aedificent, et dotent sibi Ecclesias.*

Unicuiqve villae Ismaelitarum Ecclesiam aedificare, de eademqve villa dotem dare praecipimus; qvae postqvam aedificata fuerit, media pars villae Ismaelitarum emigret, sicqve aut extrinsecus sedeant, aut qvasi unius moris in domo: mater autem nobiscum una, eademque Christi Ecclesia individua unanimiter consistat. *Colom. Decr. Lib. I. C.* 47.

§. 5.

*Ismaelitae non cum suis, sed cum Christianis matrimonio copulentur.*

Ismaelitarum nullus audeat filiam suam jungere matrimonio alicujus de gente sua, sed nostra. *Colom. Decr. L. I. C.* 48.

# TITULUS III.

*De Hereticis.*

## SECTIO I.

*De Hereticis generatim.*

### ARTICULUS I.

*Heretici non sunt fovendi per Regem.*

Si aliqvando infra tuam inveniantur potentiam, qvod absit, qvi hanc collationem Sanctae Trinitatis dividere, vel minuere, sive augere conabuntur, hos ipsos scito esse Heresiarchae servos, et non Sanctae Ecclesiae filios. Tales vero nec nutrías, nec defendas, ne tu etiam videaris amicus, et fautor. Hujusmodi enim viri sanctae fidei filios omnino reddunt morbosos, et istam novellam Sanctae Ecclesiae plebem miserabiliter destruunt, ac etiam dissipabunt. Hoc ne fiat, principaliter cura. *S. Steph. Decr. L. I. C.* 1. §. 5. 6.

### ARTICUUS II.

*Damnatae Heresi adhaerentes, pro Notoriis habentur.*

1. Publicae, et damnatae Heresi adhaerentes. 1462. *Art.* 2.

2. Publici Heretici, adhaerentes damnatae Heresi. 1495. *Art.* 4. §. 12.

3. Item: publici Heretici damnatae scilicet heresi adhaerentes. *P. I. T.* 14. Confer Art. 9. Ann. 1723. infra Art. 5.

## ARTICULUS III.

### *Hereticorum fautores puniantur.*

Quia ut plurimum Capitanei, et Praefecti, militesqve Suae Majestatis, Concionatores hereticos non legitime missos, ob pravam, et impiam eorum doctrinam, aliunde pulsos, ad se recipere, et in arcibus, bonisqve Regiis plerumqve fovere consveverunt, idqve non sine ingenti animarum Christianarum faciunt jactura, atqve dispendio; dignetur Sacra Majestas Sua Caesarea, pro officio suo imperiali pariter et Regio, qvo veram, et sanctam religionem tueri, et defendere tenetur, in tales animadvertere eadem poena, qvae Capitaneis, et Praefectis locorum finitimorum, qvi qvestum victualibus exercent, superius est constituta, id est: officiorum privatione. 1563. *Art.* 32.

## ARTICULUS. IV.

### *Hereses evellantur.*

Ut evulsis undiqve heresibus, et impiis doctrinis Sanctae Romanae, et Catholicae Ecclesiae, qvae unica est, et sibi perpetuo constans, errare non potest, omnes ex omnibus Ordinibus, et Statibus Regni perpetuo adhaereant, et, velut membra, in unum corpus conglutinentur, ut sic vera, et solida animorum conjunctio, unioqve in Regno, et exinde Dei opti-

mi maximi misericordia in dies magis augeatur. 1550. *Art.* 12.

## ARTICULUS V.

*Heretici, et turbatores ex Turcia, et secta confugientium, notam infidelitatis incurrant.*

1. Item: turbatores, detentores, et spoliatores illorum, qvi sectae eorum damnatae renunciantes, ex Turcia ad istud Regnum confugiunt moraturi. *P. I. T.* 14. §. 18.

2. Status, et OO. concluserunt, ut publici Heretici; damnatae scilicet heresi adhaerentes, turbatores item, detentores, ac spoliatores illorum, qvi sectae eorum damnatae renunciantes, ex Turcia, ad istud Regnum, et Partes eidem annexas, confugiunt moraturi, ulterius qvoqve nota infidelitatis, amissione nimirum Capitis, et bonorum mobilium, ac immobilium, ad portionem eorundem cedentium feriantur. 1723. *Art.* 9. §. 6. 9.

## ARTICULUS VI.

*De impressione librorum erroneorum.*

Quod porro de editione, impressioneqve erroneorum librorum per Majestatem Suam mentio facta est, Status, et Ordines super ea re pro parte ipsorum nihil statuere potuerunt, cum in eorum bonis nusqvam id fieri, sibi constare affirment. 1553. *Art.* 24.

# SECTIO II.

*De Anabaptistis et Sacramentariis.*

## ARTICULUS I.

*Anabaptistae et Sacramentarii e Regno expellantur.*

1. Anabaptistas et Sacramentarios, juxta admonitionem Regiae Majestatis, qvi adhuc in Regno supersunt, procul expellendos esse de omnium bonis Ordines, et Status Regni statuerunt, nec amplius illos, aut qvempiam illorum, intra fines Regni esse relinqvendos. 1548. *Art.* 11.

2. Statutum est, ut Anabaptistae omnes, de omnium Dominorum bonis, ac Nobilium, ceterorumqve possessionatorum, infra spatium qvatuor hebdomadarum, sub gravissimae Regiae Majestatis indignationis poena, e Regno penitus ejiciantur. 1556. *Art.* 26.

3. Perversissima illa Anabaptistarum secta eliminari debebit, juxta Constitutiones. 1557. *Art*: 10. §. 4.

## ARTICULUS II.

*Poena Anabaptistarum, Christianos rebaptisantium.*

1. De Anabaptistis, si qvidem ad tempus tolerandi fuerint, Status, et Ordines severe cautum esse volunt, ne ullum Christianum recipere, vel rebaptisare praesumant; contravenientes, rei veritate comperta, pro qvalibet persona recepta, vel rebaptisata, confestim in qvingentis Imperialibus convincantur, et convicti habeantur; medietate qvidem Domino terrestri

cedente,

cedente, altera vero medietate, ad Mandatum Suae Majestatis necessitatibus confiniorum applicanda. 1635. *Art.* 26.

## ARTICULUS III.

*Anabaptistae ad duplex onus adstringantur.*

Anabaptistae, proprias domos habentes, qvi in Hungaria paucissimi sunt, qvo citius emigrent, ad solvendam dicam, et alia onera subeunda in duplo cogantur. 1578. *Art.* 2. §. 3.

## ARTICULUS IV.

*Anabaptistae ad contribuendum cogantur.*

1. Anabaptistas ad contribuendum cogendos esse statuunt, et Anabaptistae per Capita censeantur, et Anabaptistae duodecim denarios de singulis Capitibus solvant. 1593. *Art.* 4.

2. Anabaptistae qvolibet mense per singulas personas et animas 25. denarios solvant. 1594. *Art.* 6.

3. Anabaptistae de qvalibet persona singulis mensibus singulos qvinqvaginta denarios solvant. 1595. *Art.* 10.

## ARTICULUS V.

*Anabaptistae taxentur.*

1. Anabaptistae in qvolibet Comitatu taxentur per Vicecomitem, Judlium, et alios potiores Nobiles juxta eorum juramentum, qvo se ad administrandam justitiam obstrinxerunt. 1596. *Art.* 10.

2. Ut Anabaptistae eo modo, qvo in Art. 10. 1596. continetur, taxentur. 1598. *Art.* 15.

3. In talibus Insurrectionibus et Anabaptistae, donec in Regno tolerati fuerint, in pecunia, per Comitatus, conscientiose taxentur, ac tale Subsidium ipsorum in militares Comitatuum necessitates convertatur. 1662. *Art.* 12. §. 1.

## SECTIO III.

### *De Evangelicis utriusqve Confessionis.*

### ARTICULUS I.

*De Lutheranis puniendis, et exstirpandis.*

1. Quod omnes Lutheranos, et eorum fautores, ac factioni ipsi adhaerentes, tamqvam publicos hereticos, hostesqve Sacratissimae Virginis Mariae poena Capitis, et ablatione omnium bonorum suorum Majestas Regia, velut Catholicus Princeps, punire dignetur. 1523. *Art.* 53.

2. Lutherani omnes de Regno exstirpentur, et ubicunqve reperti fuerint, non solum per Ecclesiasticas, verum etiam per seculares personas libere comburantur. 1525. *Art.* 4.

3. Lutherani omnes de Regno exstirpentur, et ubicunqve reperti fuerint, non solum per Ecclesiasticas, verum etiam per seculares personas libere comburantur, et bona eorum Fisco Regio, Dominisqve terrestribus, ubi reperti fuerint, applicentur. 1525. *Art.* 4. *Hatvan. Vide Vestigia Comit. p.* 594. *et C. Ignat. de Batthyan LL. Eccl. T. I. p.* 695.

### ARTICULUS II.

*Ut negotium Religionis in publicis tractatibus et Diaetis nemo temere moveat.*

1. Siqvidem Majestas Sua Caesarea atqve Regia, tum ex fide digna relatione tum vero

ex binis, per Serenissimum Principem D. Matthiam Archiducem Austriae ac fratrem suum Charissimum, Suae Majestati transmissis supplicationibus eorum, qvi se se potiorem Statuum, et Ordinum Regni Hungariae partem, indigitarunt, non sine admiratione, tamqvam rem hactenus inusitatam, et plane novam displicenter intellexit: qvidnam illi de turbatione ipsorum Religionis, ademptione suarum Ecclesiarum, et proventuum, ac submotione ministrorum verbi, sive Concionatorum suorum, tam scripto, quam oretenus, ejus Serenitati proposuerunt, et explicarunt, atqve insuper ab ejus Serenitate Intercessionem ad Sacram Majestatem Suam Caesaream, et Regiam, eum in finem demisse flagitarunt, ut omnibus, per Suam Majestatem eis restitutis, in libero suae Religionis exercitio permanere, illoqve frui, et gaudere qveant; qvi tamen ab ejus Serenitate reqvisiti, et admoniti, neqve scriptum suum, qui se illius participem facere cogitassent, proprio nomine subscribere, neqve, cujus Religionis sint, profiteri, qvasve Ecclesias, et proventus, sibi ademptos esse, qvesti sunt, explicare voluerunt; sed circa generalia solummodo persistentes, haud facile a concepta opinione se se dimoveri passi sunt: et per hoc publicos Diaetae hujus tractatus, non modicum retardarunt, ceterisque fidelibus Regni Statibus, et scandalum, et malum exemplum praebuerunt. Quod qvidem, sicuti Suae Majestati Caesareae, et Regiae gratum esse non potest, ita qvoqve Sua Majestas recordari neqvit, quod illis per Suam Majestatem, in praetensa eorüm religione, aliqua injuria irrogata, vel aliqvae Ecclesiae, aut earum proventus, in bonis praesertim eorum propriis et aviticis, eis ademptae

fuissent. Neqve Sua Majestas Caesarea super obnubilatis eorum praetensionibus se se ullo modo resolvere valet, praesertim, quod existimet, illos aliqvam cum liberis Civitatibus Regni, qvae Sacrae Coronae, et Suae Majestatis Caesareae, tamqvam Inclyti Regis Hungariae peculium sunt, collusionem in urgendo novae Religionis exercitio habere. Cum autem Sua Sacratissima Caesarea, Regiaqve Majestas, instar divorum qvondam Progenitorum, et Praedecessorum suorum, tam imperatorum Romanorum, qvam vero Regum etiam Hungariae, felicium recordationum, sacro sanctam Catholicam Romanam fidem, et religionem sincere profiteatur, illam qvoqve in Regnis et Provinciis suis, ac praesertim in hoc suo Hungariae Regno, ad laudem, et gloriam omnipotentis Dei, ex tot falsis opinionibus, et sectis erutam, ubiqve florere, et dilatare cupiat, ac, ex debito regiminis sui officio, pro virili etiam tueri, et defendere satagat; idcirco Majestas Sua Sacratissima motu proprio, deqve Regiae Suae potestatis plenitudine, tam S. Stephani, hujus gentis Hungaricae Apostoli, qvam vero omnium aliorum divorum qvondam Hungariae Regum Suae Majestatis Praedecessorum Decreta, Constitutiones, et Articulos, pro praefata Sancta Catholica Romana fide, et Religione, qvovis tempore praeclare, et pie editos, et evulgatos, non secus, ac si de verbo ad verbum praesentibus literis inserti, et inscripti essent, hoc speciali suo Articulo clementer ratificat, et confirmat: ac ne deinceps, in generalibus praesertim, et arduis Regni tractatibus, et Diaetis, alicui Religionis negotium, ad remorandos, et interrumpendos publicos tractatus, qvovis colore, et praetextu, impune mo-

vere liceat, benigne statuit, et serio decernit, ut contra tales inqvietos, rerumqve novarum cupidos, poena, a divis qvondam Hungariae Regibus, in eisdem Decretis, et Articulis Statuta, confestim procedatur, et ceteris in exemplum puniantur.

2. Nos itaqve praefatos Articulos, simul et ultimum, per nos benigne, et necessario additum Articulum, confirmamus. 1604. *Art.* 22. *Concl.*

# SECTIO IV.

## *De libero Religionis exercitio.*

### ARTICULUS I.

*Liberum exercitium Religionis stabilitur.*

1. Qvantum ad Religionis negotium attinet, non obstantibus pro tempore Constitutionibus publicis, sed neqve Articulo postremo anni 1604. cum is extra Diaetam, et sine Regnicolarum assensu adjectus fuerit; et propterea etiam tollitur, deliberatum est.

2. Ut juxta Sacrae, Caesareae, Regiaeqve Majestatis priorem Resolutionem, ad qvam se Regnicolae in sua replicatione referunt, nimirum: qvod omnes, et singuli Status, et Ordines, intra ambitum Regni Hungariae solum existentes, tam Magnates, Nobiles, qvam liberas Civitates et Oppida privilegiata, immediate ad Coronam spectantia; item: in Confiniis qvoqve Regni Hungariae, milites Hungaros in sua Religione, et Confessione, nusqvam, et unqvam turbabit, nec per alios turbari, aut impediri sinet.

3. Verum omnibus praedictis Statibus et Ordinibus liber Religionis ipsorum usus, et exercitium permittetur: absqve tamen praejudicio Catholicae Romanae Religionis, et ut Clerus, templa, et Ecclesiae Catholicorum Romanorum intacta, et libera permaneant: atqve ea, qvae hoc disturbiorum tempore utrinqve occupata fuere, rursum eisdem restituantur. 1606. *Pacif. Vien. ad primum.*

4. Quantum itaqve ad primum Constitutionis Viennensis Articulum attinet, deliberatum est per Status, et Ordines Regni Hungariae: ut Religionis exercitium, tam Baronibus, Magnatibus, et Nobilibus, qvam etiam liberis Civitatibus, ac universis Statibus, et Ordinibus Regni, in suis, ac Fisci bonis; item in Confiniis qvoqve Regni Hungariae, militibus Hungaris, sua cujusqve Religio, et Confessio; nec non Oppidis, et villis, eam sponte, ac libere acceptare volentibus, ubiqve liberum relinqvatur, nec qvisqvam omnium in libero ejusdem usu, ac exercitio a qvoqvam impediatur.

5. Qvin imo, ad praecavenda inter Status, et Ordines aliqva odia, et dissensiones, ut qvaelibet Religio suae professionis Superiores, seu Superintendentes habeat, Statutum est. 1608. *A. C. Art.* 1.

6. In negotio Religionis renovatur Articulus 1. anni 1608. ante Coronationem editus. 1618. *Art.* 77.

7. Qvod Religionis negotium inter universos Status et Ordines Regni, in suis, ac Fisci bonis; item in Confiniis qvoqve Regni Hungariae, militibus Hungaris, propter tranqvilliorem permansionem, juxta Constitutiones Viennenses, et Articulos ante Coronationem editos, maneat, liberum, illaesum, et illibatum;

ita videlicet: ut Religionis exercitium, tam Baronibus, Magnatibus, et Nobilibus, qvam liberis etiam Civitatibus, universisqve Statibus et Ordinibus Regni, in suis, ac Fisci bonis, item: in Confiniis Regni Hungariae, nec non Oppidis et villis, illud sponte, et libere acceptare volentibus, ubiqve liberum relinqvatur, nec qvisqvam, cujuscunqve Status, et Conditionis existens, in libero ejusdem usu, ac exercitio *Religionis*, a Majestate Sua Regia, et aliis *qvibusvis* dominis terrestribus, qvovis modo, aut qvovis sub praetextu, turbetur, aut impediatur. 1622. *Art.* 2. §. 12. *Condit.* 6.

8. In negotio Religionis, ut Articulus 1. A. 1608. ante Coronationem editus, et Conditio Sexta (1622. Art. 2. §. 12.) in suo vigore maneat, Statutum est. 1625. *Art.* 22.

9. In negotio Religionis Articulus 1. Anni 1608. ante Coronationem editus, et Conditio Sexta, in suo vigore maneat. 1630. *Art.* 33.

10. In negotio Religionis, ut Art. 1. anni 1608. ante Coronationem editus, et Conditio Sexta in suo vigore maneat, Statutum est. 1635. *Art.* 29.

11. Quod Religionis negotium inter universos Status, et Ordines Regni, in suis, ac Fisci bonis; item: in Confiniis qvoqve Regni Hungariae, Militibus Hungaris, propter Regni tranqvilliorem permansionem, juxta Constitutiones Viennenses, et Articulos ante Coronationem editos, maneat liberum, illaesum, et illibatum; ita videlicet: ut Religionis exercitium tam Baronibus, Magnatibus, et Nobilibus, qvam liberis etiam Civitatibus, universisqve Statibus, et Ordinibus Regni, in suis, ac Fisci bonis; item: in Confiniis Regni Hungariae, nec non Oppidis, et villis, illud spon-

te, et libere acceptare volentibus, ubiqve liberum relinqvatur; nec qvisqvam, cujuscunqve Status, et Conditionis existens, in libero ejusdem usu, ac exercitio Religionis, à Serenitate sua, et aliis qvibusvis dominis terrestribus qvovis modo, aut qvovis sub praetextu turbetur, aut impediatur. 1638. *Art.* 1. §. 7. *Sexta Cond.*

12. Qvod Religionis negotium inter universos Status, et Ordines Regni, in suis, ac Fisci bonis; item: in Confiniis qvoqve Regni Hungariae, militibus Hungaris, propter Regni tranqvilliorem permansionem, juxta Constitutiones Viennenses, et Articulos ante Coronationem editos, maneat liberum, illaesum et illibatum; ita videlicet: ut Religionis exercitium tam Baronibus, Magnatibus, et Nobilibus, qvam liberis etiam Civitatibus, universisqve Statibus, et Ordinibus Regni, in suis, ac Fisci bonis; item: in Confiniis Regni Hungariae, nec non Oppidis, et villis, illud sponte, et libere acceptare volentibus, ubiqve liberum relinqvatur, nec qvisqvam, cujuscunqve Status et Conditionis existens, in libero ejusdem usu, ac exercitio Religionis, a Majestate Sua, et aliis qvibusvis dominis terrestribus, qvovis modo, aut qvovis sub praetextu turbetur, aut impediatur. 1647. *Ferdinandi IV. Dipl. Inaug. Sexta Cond.*

13. Qvod Religionis negotium, inter universos Status, et Ordines Regni, in suis, ac Fisci bonis; item: in Confiniis qvoqve Regni Hungariae, militibus Hungaris, propter Regni tranqvilliorem permansionem, juxta Constitutiones Viennenses, et Articulos ante Coronationem editos, maneat liberum, illaesum, et illibatum; ita videlicet: ut Religionis exerci-

tium, tam Baronibus, Magnatibus, et Nobilibus, qvam liberis etiam Civitatibus, universisqve Statibus, et Ordinibus Regni, in suis, ac Fisci bonis; item: in Confiniis Regni Hungariae, nec non Oppidis, et villis, illud sponte, et libere acceptare volentibus, ubiqve liberum relinqvatur, nec qvispiam, cujuscunqve Status et Conditionis existens, in libero ejusdem usu, ac exercitio Religionis, a Serenitate sua, et aliis qvibusvis dominis terrestribus, qvovis modo, aut qvovis sub praetextu turbetur, aut impediatur. 1659. *Art.* 1. §. 7. *Sexta Cond.*

14. Et qvia propter bonum pacis, tranqvillitatemqve Regni publicam, in negotio Religionis Sua Majestas sese benigne resolvere dignata esset, ideo eandem etiam Resolutionem Articulis Regni Status, et Ordines inserunt: Ac imprimis qvidem: cum liberum Religionis exercitium jam antea, in anno 1606. vigore Pacificationis Viennensis concessum, his motibus, a parte nonnullorum, interturbatum fuisset, ideo, confirmato hoc loci Articulo 1. dictae Pacificationis, idem exercitium omnibus, et ubiqve per Regnum, salvo tamen jure Dominorum terrestrium, juxta Art. 1. A. 1608. ante Coronationem editum, liberum permittitur.

15. Ac Praedicantibus qvoqve, et Scholarum Magistris, alias, vel proscriptis, vel propter certas Reversales, munia suae professionis exercere non valentibus, liber in Regnum reditus, liberaqve Religionis suae professio, et exercitium, cassatis eatenus etiam ipsorum Reversalibus, conceditur. Et nullus Regnicolarum in libero Suae Religionis exercitio, a modo imposterum qvoqvo modo turbetur.

16. Sed neqve Augustanae, et Helveticae Confessioni addicti, ad Caeremonias, Confessioni suae contrarias, compellantur. 1681. *Art.* 25.

17. Cum Status, et Ordines, fine stabiliendae inter se perpetuae harmoniae, ac unionis, justum esse agnoverint, ut negotium Religionis intra ambitum Regni Hungariae solum, ad statum legum annorum 1608. et 1647. reponatur, ac ut per conseqvens pro basi, et fundamento, in perpetuum restabiliti liberi Religionis exercitii Regnicolarum Evangelicorum, tam Augustanae, qvam Helveticae Confessioni addictorum, assumantur, et renoventur tenore Pacificationis Viennensis Articulo 1. ante Coronationem anni 1608. citati, ac in legum tabulas relati; Pacificationis item Lincensis, Articulo 5. 1647. insertae, hinc clementer annuente Sua Majestate Sacratissima, contradictionibus DD: Cleri, et alicujus partis secularium Catholicorum non obstantibus, imo iisdem in perpetuum nullum vigorem habentibus, statuitur.

1.) Ut non attentis posterioribus Constitutionibus, et Articulis, uti et Privilegiis, Resolutionibus, et explanationibus, a modo imposterum Religionis exercitium, cum libero templorum, turrium, campanarum, Scholarum, caemeteriorum, et sepulturae usu, tam Baronibus, Magnatibus, et Nobilibus, qvam liberis etiam Civitatibus, universisqve Statibus, et Ordinibus, in suis, et Fisci bonis, Oppidis item, ac villis, ubiqve liberum relinqvatur, nec qvisqvam omnium, cujuscunqve Status, et Conditionis existat, in libero ejusdem usu, ac exercitio, qvovis sub praetextu, a Sua Majestaee, aut aliis qvibusvis dominis terrestribus,

qvovis modo turbetur, aut impediatur, rustici qvoqve, sive sint Oppidani, sive villani, in qvorumcunqve dominorum terrestrium, et Fisci bonis, propter bonum pacis, et tranqvillitatem Regni, in libero Religionis exercitio, usu, et modo simili a Sua Majestate Sacratissima, vel ejusdem Ministris, aut dominis terrestribus, qvovis modo, aut qvovis sub praetextu non turbentur aut impediantur.

2.) In uberiorem taliter declarati liberi Religionis exercitii corroborationem, ultro declaratur: nullibi jam privatum, sed ubiqve publicum esse, et hinc, distinctione inter privatum, et publicum exercitium, penitus cessante, liberum fore Evangelicis, modo infra notato, imposterum, ad illa etiam loca, qvae hactenus pro filialibus habita sunt, et cuncta illa, in qvibus Evangelici necessarium existimaverint, ministros introducere, templa cum, vel sine turribus, parochiasqve, et Scholas, prout indistinctim, in illis etiam locis, ubi exercitium habent, sine ullo ulteriori recursu, erigere, aut reparare, ea nihilominus sub cautela, ut, cum conservatio contribuentis plebis, praecipuam publicae providentiae partem constituat, in locis illis, ubi dehinc cum introductione liberi Religionis exercitii, novum qvodpiam templum, vel Oratorium exstruendum, aut Minister illocandus veniret, praevie, ope mixtae deputationis, per concernentem Comitatum exmittendae, absqve tamen influxu hominis Dioecesani, necessarii sumptus, et expensae, viresqve contribuentis plebis, numerus item, sive animarum, sive familiarum, ibidem sedem fixam habentium, intertenendo deinceps etiam publico Religionis exercitio, suppar, in concursu Dominii terrestralis, investi-

gentur, cognoscantur, et Comitatui referantur, ubi, obtentis super eo testimonialibus, qvod fundo sufficienti provisi sint, adsit item congruus, intertenendo Religionis exercitio numerus, Dominus terrestris, non nisi convenientem fundum intravillanum, vel Cespitalem, pro Ecclesia, ministro, et Schola assignare tenebitur, communitates autem Catholicae, ad erectionem, vel dotationem similium Ecclesiarum, vel Scholarum, sumtibus, seu operis currulibus, seu manualibus, concurrere nulla ratione obligabuntur, qvod ipsum etiam ex parte dominorum Terrestrium, ac communitatum Evangelicarum relate ad neo erigendas Ecclesias, aut Parochias Romano Catholicas observabitur, jure Nobilium, aut Dominorum terrestrium Evangelicorum, qvoad introductionem liberi Religionis exercitii, erectionem item, aut restaurationem templorum, et Parochiarum, semel pro semper pro irrestricto, et illimitato declarato.

3.) In seqvelam liberi Religionis exercitii, Evangelicis competentis, seu sint hi opifices, aut alterius, cujuscunqve Status, et Conditionis homines, non attentis etiam Privilegiis caehalibus, nec ad Missae Sacrificium, nec ad Processiones, neqve ad alias Ceremonias, et actus Religioni suae contrarios, ullo titulo, ullisqve mulctis adigantur, aut datias cujuscunqve nominis, hoc titulo praestandas, compellantur.

4.) Evangelici utriusqve Confessionis, in iis, qvae ad Religionem pertinent, unice a Religionis suae Superioribus dependeant: ut autem haec gradualis, in Re Religionis superioritas, suo certo ordine consistat, reservat sibi Sua Majestas Sacratissima, tam relate ad coordina-

tionem praedictae superioritatis, qvam et reliqvas disciplinae partes, intacta ceteroqvin Religionis libertate, eum stabilire ordinem, qvi communi virorum ejusdem Religionis, tam secularium, qvam Religionis Ministrorum, consensione, maxime congruus reputabitur.

Hinc Sua Majestas Caesareo Regia, pro suprema inspectionis, sibi competentis, potestate, Evangelicos, utriusqve Confessionis ulterius audiet, atqve una curabit, ut hac in re, certus, principiisqve ipsorum Religionis accommodus, ordo constabiliatur; interea vero statuitur, ut Canones circa Religionem, per Synodos suarum Confessionum, suo modo conditi, in qvorum nempe actuali usu consistunt, et deinceps, ratione per hanc legem definita, condendi, neqve per dicasterialia mandata, nec per Regias Resolutiones possint alterari; liberam proinde illis futuram, non modo Consistoriorum qvorumvis celebrationem, sed et Synodorum, praevie tamen, tam qvoad numerum personarum, ad illas concurrentium, qvam etiam objecta, ibidem pertractanda, per Suam Majestatem Regio Apostolicam, de casu ad casum, determinandam, ad locum, qvem ipsi, praevio altefatae Suae Majestatis adsensu, delegerint, convocationem; ita tamen, ut ad has Superintendentiarum Evangelicorum, unius, aut alterius Confessionis Synodos, praevie, ut dictum, Suae Majestati insinuandas, si altefatae Suae Majestati ita visum fuerit, Regium qvoqve hominem sine Religionis discrimine, non qvidem pro directione, aut praesidio, sed solum pro inspectione, admittere teneantur, Canonesqve, et statuta, taliter condita, nonnisi, postqvam superinspectionem Regiam transiverint, et approbationem obtinuerint, robur sor-

tiantur firmitatis, salva alioqvin in omnibus supremae Regiae inspectionis, via legalium Regni Dicasteriorum exercendae, potestate, salvis item reliqvis juribus Regiis, altefatae Suae Majestatis, circa Sacra Evangelicae Ecclesiae, utriusqve Confessionis, competentibus, qvibus summefata Sua Majestas praejudicium aliqvod inferri, nullo unqvam tempore patietur.

5.) Scholas qvoqve, tam triviales, qvam Grammaticas, non solum qvas habent, retinere, sed novas, ubicunqve iis necesse visum fuerit, prout et altiores, accedente tamen praevie, qvoad hasce, assensu Regio, erigere, ibiqve Ludimagistros, Professores, Rectores, Subrectores vocare, et dimittere, numerum eorum augere, vel minuere, nec non directores, seu Curatores Scholarum qvarumvis, tam locales, qvam superiores et supremos, e suae Confessionis hominibus eligere, rationem, normam, et ordinem docendi, atqve discendi: salva altefatae Suae Majestatis, quoad Scholas etiam hasce, Regiae supremae Inspectionis, uti praemissum est, via legalium Regni Dicasteriorum exercendae, potestate, ordinare, futuris semper temporibus liceat Evangelicis, utriusqve Confessionis; coordinatione tamen literariae institutionis, erga demissam Statuum, et Ordinum propositionem, per Suam Majestatem determinanda, ad has perinde Scholas; huc tamen haud intellectis Religionis objectis, qvae cuivis Religioni propria manere debent, extendenda. Studiosis praeterea ipsorum, non modo benefactores eorum, pro recipienda stipe, et adjuvando ministerio, tuto accedere, sed etiam, studiorum causa, peregre, ad Academias exterorum, sine ullo impedimento proficisci, eaqve, qvae sibi constituta habent, sti-

pendia percipere permittantur. Libros porro, tam Symbolicos, qvam Theologicos, et ad pietatis exercitium spectantes, sub inspectione peculiarium, per ipsos constituendorum, ac Consilio Regio nominetenus referendorum Censorum, suae Confessionis, libere typis excudi facere, ea tamen lege admittetur, ut nulla in Religionem Catholicam scommata, vel sarcasmi, libris his inserantur, onere responsionis, qvoad eadem scommata vel sarcasmos, imprimi admittentes mansuro. Ordinatione item Regia, ut librorum, novius excusorum, tria semper exemplaria, via Regii Locumtenentialis Consilii Suae Majestati submittantur, ad hos etiam libros extensa.

6.) Solutio Stolae, aut Lecticalis, hactenus per Evangelicos Parochis Catholicis, et Ludimagistris, aut aliis Ecclesiae Servitoribus, seu in aere parato, seu in naturalibus, seu in laboribus, praestita, imposterum ex integro cesset, et a trimestri publicationis Articulorum praesentis Diaetae computando, nuspiam amplius exigi valeat, nisi Evangelici, opera dictorum Parochorum, sponte usi fuerint, qvo casu, pro illis actibus Stolam, cum Catholicis aeqvalem, deponere tenebuntur. Quonam autem modo Catholicis Parochis, pro amissis hisce reditibus resarcitio praestanda sit? desuper Consilium Locumtenentiale audietur, una vero illis significabitur: nunqvam Suam Majestatem ad id accessuram, ut hujus indemnisationis titulo, aut contribuenti populo, aut aerario Regio Camerali, qvidpiam oneris adcrescat. Occasione autem erectionis, aut reparationis templorum, Parochiarum, aut Scholarum, nec Catholica plebs, Evangelicis, nec Evangelica plebs, Catholicis, manuales, aut currules ope-

ras dare obligetur, eatenusqve initi Contractus, pro cassatis habeantur.

7.) Ministri utriusqve Confessionis Evangelici, aegrotos, et Captivos suae Confessionis, adhibitis solitis politiae cautelis, libere semper, et ubiqve visitare, ad mortem praeparare, ac ad supplicium condemnatis, publice etiam in loco supplicii, qvin tamen ad concionem dicant, assistere poterunt; Sacerdotibus autem Romano Catholicis, dum per aegrotos, captivos, et condemnatos, advocati fuerint, accessus, adhibitis solitis politiae cautelis, nulla ratione denegetur.

8.) Qvoad officia publica, tam majora, qvam minora, statuitur: ut illa patriae filiis, de Republica Hungarica bene meritis, ac reqvisitas per legem qvalitates habentibus, nullo interposito Religionis discrimine, conferantur.

9.) Evangelici etiam a depositione juramenti decretalis, qvoad clausulam Beatam Virginem Mariam, omnes Sanctos, et electos Dei immunes declarantur.

10.) Fundationes Evangelicorum, pro Ecclesiis eorumqve Ministris, Scholis item, cujuscunqve nominis, Nosocomiis, Orphanotrophiis et qvibuscunqve pauperibus, et juventute Augustanae, et Helveticae Confessionis, constitutae, aut in posterum constituendae, prout etiam eleemosynae, ab iisdem nulla ratione adimantur, nec e manibus, aut administratione eorum, ullo sub praetextu eximantur. Directio praeterea harum fundationum iis, de ipsorum medio, qvibus de recto ordine competit, salva, et illibata relinqvatur; illae vero fnndationes, qvae Evangelicis utriusqve Confessionis sub ultimo regimine nefors, ademptae fuissent, iis illico restituantur, super inspectione

spectione Regia, ut hae fundationes, ad mentem fundatorum, administrentur ac dispensentur, ad easdem qvoqve extensa.

11.) Universae Causae matrimoniales Evangelicorum, utriusqve Confessionis, propriis ipsorum Consistoriis dijudicandae relinqvantur, Sua tamen Majestas Sacratissima, pro Regio suo munere, auditis ipsis Evangelicis, utriusqve Confessionis, congruam praevie initura est rationem, non modo, ut ad omnigenam litigantium Partium Securitatem, Consistoria haec debite organisentur, sed et ipsa principia, juxta qvae Consistoria haec, suo tempore, causas matrimoniales dijudicandas habebunt, fine inspectionis, et confirmationis, sibi exhibeantur; interea autem causae hae matrimoniales judicabuntur secundum principia, posterioribus his annis vigentia, per fora Secularia, qvippe in Comitatibus, et Districtibus, foro proprio judiciario provisis, per Sedes eorundem Judiciarias; in liberis autem, ac Regiis, et Montanis civitatibus, coram eorundem Magistratu, salva ad Tabulam Regiam, ac pro re nata, etiam ad Septemviralem Appellata, eo tamen per expressum subnexo, qvod divortii Sententiae, non nisi qvoad effectus Civiles ubiqve pro validis habeantur, Episcopos autem, ad agnoscendam talismodi vinculi nullitatem, illamqve ad Catholicos extendendam, obligare neqveant. Qvantum ad dispensationes, in gradibus lege patria prohibitis, secundum principia vero Evangelicorum permissis, eosdem Evangelicos, sua Majestas Sacratissima, necessitate hujusmodi dispensationum quippe in tertio, vel qvarto gradu, qvemadmodum jam antea, per piae memoriae Augustum Imperatorem, et Regem

Josephum II. fratrem suum desideratissimum, constitutum erat, apud se qvaerendarum, semel pro semper eximit.

12. Evangelicis utriusqve Confessionis, penes condita hac ratione, ac perpetuo duraturae, legis provisionem, circa liberum Religionis suae exercitium conservationem item templorum, Scholarum, et Parochiarum suarum, nec non fundationum, omni ratione securis redditis, pro amplius confirmanda inter illos, ac Romano-Catholicam Religionem profitentes Regnicolas pace, et concordia, statuitur; ut qvoad proprietatem dictorum templorum, Scholarum, Parochiarum, et fundationum, Salva tamen, qvoad fundationes Szirmayanam, et Hrabovszkyanam, uti et Apafianam, in qvantum illam probis fulcire possent, pro Evangelicis praetensione, Status possessionis actualis, utrinqve pro cynosura, ea ratione assumatur, ut fundationes Catholicorum pro Catholicis, Evangelicorum autem, pro Evangelicis, deinceps convertantur, adeoqve non modo ab ulteriori harum repetitione, pro futuro, ab utrinqve praescindatur, verum etiam nullae unqvam deinceps, qvocunqve sub praetextu, admitti possint, templorum, Scholarum, ac Parochiarum occupationes; in illos autem, qvi, talium violentarum occupationum, sese reos fecerint, poena 600 florenorum Hungaricalium Art. 14. 1647 Sancita maneat.

13.) Cum transitus, a Catholica Religione, ad alterutram ex Evangelicis, in Sensu Pacificationum receptis, Catholicae Religionis principiis adversetur, ne is temere fiat, occurrentes ejusmodi Casus ad Sacratissimam Suam Regiam Majestatem referendi venient. Injun-

gatur, praeterea sub severa poena, ne, qvis-cunqve demum, ullum Catholicum, ad amplectendam Religionis Evangelicae professionem, qvocunqve praesumat allicere medio.

14.) Jam superius declaratum est, jura haec Evangelicorum, solum intra ambitum Regni Hungariae suum habere vigorem; Regna proinde Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae, in ulteriori usu municipalium suarum legum relinqvantur, adeoqve Evangelici, intra eorundem Regnorum limites, nec bonorum, nec officiorum, sive publicorum, sive privatorum sint capaces; liberum tamen maneat Evangelicis Augustanae, et Helveticae Confessionis, avita sua jura possessionaria, in medio eorum etiam Regnorum, ordinaria juris via revindicare, in qvae, si possessionem aliqvam adepti fuerint, Sua Majestas sibi reservat, de eorum indemnisatione providere. Praeterea illae aliqvot in Inferiori Sclavonia Possessiones, partim Augustanae, partim Helveticae Confessioni addictae, ultro etiam non modo nulla ratione molestentur, sed et in libero Religionis exercitio, ea qva nunc perfruuntur, ratione ultro relinqvantur. Deniqve commercii, aut fabricarum causa, liberum maneat Evangelicis utriusqve Confessionis, domicilium jure locationis, adeoqve absqve ulla, seu nobilitaris, seu Civilis fundi proprietate, ibidem sumere.

15.) Proles e mixtis matrimoniis, qvae semper coram Parochis Catholicis ineunda erunt, qvibus tamen impedimenta qvaepiam, qvocunqve sub praetextu, in contrarium ponere cautum esto, susceptae, et suscipiendae, si pater Catholicus fuerit, illius Religionem seqvantur, si vero mater fuerit Catholica, tunc non nisi proles masculae, patris religionem seqvi possint.

16.) Causae matrimoniorum tam eorum, qvae jam tempore, qvo illa inita sunt, mixta erant, qvam et eorum, qvae per transitum alterutrius Partis a Sacris Evangelicis, ad Sacra Catholica, mixta effecta essent, cum utrobiqve de veri nominis Sacramento agatur, Sedibus Catholicorum Spiritualibus deferuntur.

17.) Festivitates Catholicorum, nunc usitatas, qvoad forum externum, non tamen in privato, ubi, praeter strepitosos, qvivis alii labores peragi poterunt, ad evitandas publicas offensiones, Augustanae, et Helveticae Confessioni addicti, observandas habebunt, eo addito, ut dominis terrestribus, cunctisqve patribusfamilias, sub actione fiscali, interdictum sit, Subditos, ac Servitores suos, seu Catholicos, seu Evangelicos, ab observatione festorum, suiqve ritus, ac devotionis impedire. 1791. *Art.* 26.

## ARTICULUS II.

*Gravamina circa Religionem in Diaeta complanentur.*

Quaestiones circa gravamina, negotium Religionis, et occupationes templorum concernentes, tam qvae in anno 1638. suae Majestati exhibita sunt, qvam qvae subsecuta, in primitus celebranda Regni Diaeta, propter Regni tranqvilliorem permansionem, unionemqve animorum, ut vel amicabili D. D. Regnicolarum compositione sopiantur, vel authoritate suae Majestatis complanentur, cum satisfactione Evangelicorum, ac pro qvibus usus templorum determinabitur, proventus qvoqve Parochiarum, ad eosdem pertineant, nec ultra occupationes templorum fiant. Ne-

autem templa, qvae hoc disturbiorum tempore, violenter, utrinqve, occupata fuerunt, statim post permutationem diplomatum, praedictis Evangelicis restituantur, prout etiam Catholicis. Gravamina autem, futuris temporibus, in eodem negotio Religionis emergentia, tam Catholicorum, qvam Evangelicae Confessionis hominum, qvam etiam alia gravamina Regnicolarum, tam Evangelicorum, qvam Catholicorum secundum XVII. Conditiones, sua Majestas singulis Diaetis plenarie complanabit, absqve injuria Evangelicorum, 1647. *Art.* 5. *§*. 8. *Dipl. Pacif.*

## ARTICULUS III.

*Poena contra transgressores Statutorum in negotio Religionis.*

Accordatum est, ut sua Majestas, contra transgressores Statutorum, etiam in negotio Religionis, in futura Diaeta, vel Articulum 8. Decreti VI. Wladislai Regis renovandum, et observandum curabit, vel etiam condignam poenam, cum certo executore, statuere dignabitur. 1647. *Art.* 5. §. 9.

## ARTICULUS IV.

*Statuta de Religione in Diaeta confirmentur.*

Praemissa omnia, pro uberiori declaratione statutorum, tollendisqve ulterioribus Regnicolarum dissensionibus, ut in primitus celebranda Diaeta confirmentur, publicisqve Regni Statutis inserantur, conclusum est. 1647. *Art.* 5. §. 10.

## ARTICULUS V.

*Varia Religionis negotia in futura Diaeta pertractentur.*

Cetera sub hac Pacificatione (Lincensi) utrinqve agitata, et tractata, utpote Sedis Spiritualis Status, Patrum Jesuitarum personalis a Regno abstinentia; de arendationibus decimarum, Articuli 68. Anni 1548. renovatio, et cum effectu observatio; de non abalienationibus bonorum aviticorum, per Ecclesiasticos factis, vel fiendis; de distributionibus honorum, et Officiorum Regni majorum vel minorum sine Religionis discretione, ut primis Statim Comitiis Regni aliqvid certi de iis statuatur, vel jam Statuta ibidem, de facto effectuentur, conclusum est. 1647. *Art.* 5. §. 11.

## ARTICULUS VI.

*Negotium Religionis subsistat in praeteritis Articulis.*

In negotio Religionis, si qvae injuriae, contra proxime praeteritae Diaetae Articulos, superinde conditos, emersissent, vel emergent, ratione illarum, juxta dictos ejusdem Diaetae Articulos utrinqve procedatur, Statutum est. 1649. *Art.* 10.

## ARTICULUS VII.

*In negotio Religionis renovantur Articuli 25. et 26. 1681. cum interjecta declaratione.*

Licet qvidem in negotio Religionis, Augustanae, et Helveticae Confessioni addicti, Articulis 25. et 26. novissime Diaetae Sopro-

niensis, oppositam iisdem per reclamationem suam, abutentes, ipso facto eorundem beneficii participes esse desiissent, propter bonum nihilominus domesticae unionis, et pacis, internamqve Regni tranqvillitatem, cum sua Mejestas Sacratissima, ex gratia, et clementia sua, praecitatos Articulos adhuc ratos fore, benignissime resolvisset, eosdem qvoque Status et Ordines, ad mentem paternae Resolutionis (Cleri et aliorum Secularium Catholicorum contradictione non obstante) pro renovatis, et priori firmitati restitutis censent; ac, si, et in qvantum hactenus ineffectuati, vel vero per aliqvos abusus, ab una, aut alia parte, medio tempore introductos, violati fuissent, suae debitae executioni, et tempore eorundem conditorum Articulorum, vel expost occupatorum, aut reoccupatorum impendendae restaurationi, ut primum demandandos esse statuerunt. 1687. *Art.* 21.

## ARTICULUS VIII.

*Iidem Articuli* 25. *et* 26. *A.* 1681. *et* 21. 1687. *ultro renovantur, et ad eorum effectuationem, Commissarii denominantur.*

1.) Post multifarias de negotio Religionis, ultro citroqve agitatas disceptationes, et sub ipsa qvoqve jam concinnatorum Articulorum communicatione humillimos ad Regiam Majestatem factos ab utrinqve recursus, tandem altefata Sua Majestas Caesareo-Regia, ex gratia, et clementia sua, praecitatos 1681. et 1687. annorum Articulos in genuino suo sensu hactenus declarato, adhuc censuit conservandos, adeoqve pro renovatis, et confirmatis habendos.

2.) Ac, si, et in qvantum medio tempore ineffectuati, vel per abusus, et contraventiones, ab utrinqve violati fuissent, talia per Regios, et Regni Commissarios, articulariter ordinatos, examinanda, praeviaqve ad suam Majestatem Sacratissimam eorundem relatione, ex benigna ejusdem ratificatione complananda, et executioni debitae demandanda, omniaqve ad articularem Statum, et genuinum eorundem Sensum, secundum explanationes Regias, reponenda, et manutenenda, non attenta qvorumvis contradictione, benignissime resolvit.

3.) Contra cujusmodi determinationem, si qvis privatorum, ex Augustana, vel Helvetica Confessione, in persona, vel causa Religionis, se gravatum existimaverit, occasione talis gravaminis, suo privato, et non communi nomine, pro remedio, ad Regiam duntaxat Majestatem, recurrere noverit.

4.) Qvem in finem, altefata Sua Majestas Sacratissima, ex parte sua, denominat Commissarios: Illustrtssimos D. D. Comites: Stephanum Koháry, Judicem Curiae Regiae, Sigismundum Csáky, Tavernicorum Regalium Magistrum, Alexandrum Erdödy Regiae Camerae Suae Hungaricae Praefectum, Intimos Consiliarios suos; et Magnificum Baronem D. Joannem Horváth Simonchich Personalis Praesentiae Regiae in Judiciis Locumtenentem et Consiliarium suum.

5.) Ex parte vero Statuum, deputantur D. D. Barones: Joannes Berényi Tabulae Regiae Judiciariae Baro, et Casparus Sandor Suae Majestatis Regiae Consiliarius, nec non Michael Revay, et Joannes Godefridus Hellenpach; item: Egregii Andreas Hunyady, Vice

Palatinus, Stephanus Barlok Vice Judex Curiae Regiae, alter Stephanns Nagy, Protonotarius Palatinalis, et Regiae Majestatis pariter Consiliarii; nec non Joannes Szentiványi Judicis Curiae Regiae, et Franciscus Szluha Personalis Praesentiae Regiae in Judicis Locumtenentis, et Consiliarii, Protonotarii; Praeterea Josephus Sigray, Gabriel Megyery, et Martinus Kossovich, Tabulae Regiae Assessores; nec non Egregii: Paulus Okolicsányi, Nicolaus Szirmay, et Stephanus Poor; item: Paulus Ráday, Ladislaus Vay, Stephanus Kenessey, Georgius Mikházy, et Stephanus Kántor.

6.) Salvo Articulo 23. Anni 1687. respectu Regnorum Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae permanente.

7.) Non secus Privilegiis etiam, per nonnullas Civitates, et Oppida, nec non communitates, in Hungaria qvoqve eatenus impetratis. 1715. *Art.* 30.

## SECTIO V.

### *Cautelae qvaedam contra turbationem liberi exercitii Religionis Evangelicae.*

### ARTICULUS I.

*Rustici in exercitio Religionis nuspiam turbentur.*

De non impediendis, seu turbandis rusticis, in sua Confessione, declaratum, et conclusum est: ut illi qvoqve, propter bonum pacis, et tranqvillitatem Regni, sive sint Confiniarii, sive Oppidani, sive villani, in qvorumcunqve dominorum terrestrium, et Fisci

bonis, juxta vigorem praescripti Articuli (1. 1608.) et Conditionis, in libero suae Religionis exercitio, ac usu, modoqve, ut supra, simili, a sua Majestate Regia, vel ejusdem Ministris, aut dominis suis terrestribus, qvovismodo, aut qvovis sub praetextu, non turbentur, aut impediantur; hactenus autem impediti, coacti et turbati, liberum Religionis ipsorum usum reassumere, exercere, et continuare permittantur, neqve ad alias, Religioni ipsorum contrarias Caeremonias peragendas compellantur. 1647. *Art.* 5. §. 6.

## ARTICULUS II.

*Evangelici ad Caeremonias suae Religioni contrarias non adigantur.*

1.) Neqve ad alias Religioni ipsorum contrarias Caeremonias peragendas (Rustici) compellantur. 1647. *Art.* 5. §. 6.

2.) Ne Opifices, seu Mechanici Evangelici, Tyrnaviae, et alibi commorantes, ac in Cehis constituti, ad Caeremonias Religioni ipsorum contrarias, compellantur; et si qvi, post acceptationem diplomatis, sub hac Diaeta mulctati fuissent, in integrum restituantur. 1647. *Art.* 8. §. 2.

3.) In seqvelam liberi Religionis exercitii, Evangelicis competentis, seu sint hi Opifices, aut alterius, cujuscunqve Status, et conditionis homines, non attentis etiam Privilegiis Caehalibus, nec ad Missae Sacrificium, nec ad Processiones, neqve ad alias Caeremonias, et actus Religioni suae contrarios, ullo titulo, ullisqve mulctis adigantur, aut datias cujuscunqve nominis, hoc titulo praestandas, compellantur. 1791. *Art.* 26. §. 3.

4.) Evangelici etiam a depositione juramenti decretalis, qvoad Clausulam: Beatam Virginem Mariam, Sanctos,' et Electos Dei; immunes declarantur. 1791. *Art.* 26. §. 9. Limitantur haec qvoad festa *Art.* 26. §. 17: 1791. *supra S. V. Art.* 1. *N.* 16.

## ARTICULUS III.

*Pastores a Parochiis non amoveantur.*

Concordatum est inter nos, ut imposterum, ab Oppidanorum, et Villanorum Parochiis Ecclesiae Pastores, sive Concionatores, per qvoscunqve amoveri, et exturbari, neutiqvam possint; qvi autem hactenus amoti fuissent, liceat ipsos reducere, vel alios, loco ipsorum, substituere. 1647. *Art.* 5. §. 7.

## ARTICULUS IV.

*Diversae Religionis Plebanis nihil contribuatur.*

1.) De solutionibus: prout Evangelici Status Catholicis Plebanis, ita et Status Catholici, Evangelicis Ministris, ad nullas solutiones pendendas sint obligati. Proventus porro Ecclesiae Unghvariensis pacifice ab Evangelicis ministris possideantur. 1647. *Art.* 11.

2.) Interea vero nec Catholici ministris Augustanae, et Helveticae Confessioni addictis, nec vero horum seqvaces, Plebanis Catholicis, admentem Articuli 11. anni 1647. solvere obligentur. 1681. *Art.* 26. §. 20. *Vide infra Sect. VII. Art.* 3. *N.* 6.

3.) Qvantum ad solutiones miserae plebis Ubicunqve aliqvi, Parochiarum, vel templorum proventus, qvos videlicet Plebani Catho-

lici, pro sustentatione ipsorum, perciperent, habentur; puta: Coloni, Inqvilini, Molendina, terra, vineae, prata, vel id genus alia; in talibus locis Evangelici ad nullam solutionem cogantur: verum Plebanus illius loci, contentus sit hujusmodi proventu Parochiali, et auditorum suorum Catholicorum solutione, sicuti et ministri Evangelici, in locis Parochiarum eorundem.

4.) Ubi vero Parochias non haberent, auditores Evangelici solutionem pendant suae Religionis ministris, qvorum videlicet ministerio, seu opera usi fuerint: sicut et Catholici, Parochis Catholicis.

5.) Ubi autem hactenus auditores Evangelici non solvissent Plebanis Catholicis, imposterum etiam ad nullas solutiones praestandas, ullo sub praetextu, cogantur: prouti nec Catholici Evangelicis.

6.) Qvibus vero in locis nulli plane proventus Parochiarum haberentur, verum Plebani ex solutionibus duntaxat personalibus, seu sessionalibus, sustentationes habuissent; ut in ejusmodi locis, pro bono pacis, deinceps tales, per Catholicos, et Evangelicos Incolas, praestandae solutiones, per Judices locorum talium exigendae, in duas rectas, et aeqvales partes dividantur, earumqve una, Parocho Catholico, altera autem Evangelico ministro, ejus, vel alterius loci, cujus videlicet ministerio usi fuerint, absqve defectu aliqvo assignetur.

7.) Stolares autem proventus, seu solutiones, in qvibusvis locis, Plebani Catholici, et ministri Evangelici a suae Religionis auditoribus totaliter percipiant. 1647. *Art.* 12.

## ARTICULUS V.

*Liberae Civitates ex odio Religionis nullum injurient.*

1.) Ut, qvi indigne, et absqve omni eorum demerito, ab officiis suis Senatoriis, vel qvibusvis dignitatibus, praesertim ob Religionis, et Nationis odium, amoti fuissent, uti sunt; nominatim in Civitate Cassoviensi: Joannes Aranyassy, alias Tribunus plebis, alter Joannes Gyarmathy, et alii, vel alioqvin etiam poenis indebitis mulctati, ut sunt in eadem Civitate: Paulus Várady, Michael Bodony, consors Blasii Kékedy, et alii, soluta hác Diaeta, statim, et ipso facto, comperta rei veritate, restituantnr in pristinam dignitatem, officia, et honorem. Sub fidejussione vero hactenus existentes, liberi pronuncientur, damnaqve, talibus illata, refundantur praemisso modo. 1647. *Art.* 78. §. 2.

2.) Non sine maxima admiratione simul, ac commiseratione, intellexerunt universi Status, et Ordines Regni, in publica XIII. Comitatuum Partium Regni Superiorum, qverela, excessum Civitatis Cassoviensis, qvem, tum qvoad internae, Religionis utpote, tum qvoad externae, libertatis nobilitaris scilicet oppressionem, in Concives pariter, ac Nobiles, intra, et extra commorantes, impune exerceret; ideo decernunt Status, et Ordines, ut authores, et Capita, qvorum instinctu Civitas actus specificatos patrasse perhiberetur, ad instantiam Fisci Regii peremptorie citentur. 1647. *Art.* 82. *Conditionate tollitur Art.* 95. *A.* 1649. *vide infra Sect. VII. Art. V.*

3.) Qvoad perturbatos, et laesos Status, ut Helveticae, et Augustanae Confessionis ho-

minibus in libera, et Regia Civitate Szakolczensi commorantibus, restitutis aedibus, pro exercitio Religionis eorundem ordinatis, liceat reassumere praescriptae Religionis ipsorum exercitium; non obstantibus literis executionalibus, D. D. Commissariorum Suae Majestatis, nuper Senatui praescriptae Civitatis Szakolcza, extradatis. 1647. *Art.* 8.

## ARTICULUS VI.

*Evangelici in matrimonialibus usui ipsorum insistunt.*

Evangelicis de vigore Articuli anni 1608. A. C. ad primum editi, in matrimonialibus in usu consveto permanentibus. 1647. *Art.* 15. §. 3. *Confer Art.* 26. *A.* 1791. §. 15. 16. *supra Sect. V. Art.* 1, *N.* 16.

## ARTICULUS VII.

*Conventiculum Rosenbergiense, sub nomine Synodi celebratum, cum suis actis, et factis cassatur.*

1.) Siqvidem durantibus praeteritis motibus, nonnulli, aeqve factiosi, Conventiculum qvoddam, praetensive Synodale, celebrare, ibidemqve Regnum in varias diaeceses partiri, varios honores, et dignitatum, sibi minime competentium, titulos adsciscere, non nulla contra Romano-Catholicos ritus sancire, et statuere, ac per Regnum passim divulgare, et exercere, non sint veriti; idcirco de benigna Suae Majestatis voluntate, et annuentia, decretum est: ut ejusmodi acta, facta, et conclusa, una cum Sigillo, occasione ejusdem Conventiculi, noviter fabricato, pro cassatis

anihilatis, et mortificatis, in totum, et in perpetuum teneantur, et habeantur.

2.) Ad evitandas porro omnium, semper vetitorum, Conuenticulorum occasiones, vel suspiciones, statuitur etiam: ut omnes hujusmodi particulares, frequentius numeri, Congregationes, sive sub nomine Synodi, sive alio qvovis praetextu, absqve praescitu, et anuentia Regiae Majestatis instituendae; non secus particulares qvoqve inter ipsos Collectae, et impositiones, iisdem Augustanae, et Helveticae Confessioni addictis, sub indignatione Regia, et paena legali, prohibitae sint, et interdictae. 1715. *Art.* 31.

## SECTIO VI.

### *De Templis.*

### ARTICULUS I.

*Nonaginta Templa Evangelicis restituta specificantur.*

Optime recordantur Status et Ordines Regni, qvantae hactenus fuerint inter Regincolas, ratione occupationis templorum, dissensiones: qvae, ut in posterum praecaveantur, discordiarumqve Civilium fomes exstingvatur, ac Regnicolae pace, et concordia mutua potius fruantur, post varias ultro, citroqve disputationes, et propositiones, inter Status, et Ordines Regni, tandem ad extremum, ratione occupationis templorum, ac aliorum accessoriorum, interveniente etiam Majestatis Suae Sacratissimae authoritate, ita, et hoc modo est conventum, ut Evangelicis ex Templis in gravaminibus anno 1638. exhibitis, ac post

etiam subsecutis, specificatis, haec nonaginta templa restituantur.

In Abaujvariensi, Somogy, Misle, Also-Meczenzeff.

In Zempliniensi: Varano, Garan, Kuchin.

In Saarossiensi: Szent Péter, Fel-Sebes.

In Scepusiensi: Káposztafalva, templum, una cum Sanctuario Dunavecz, Krompak. In Sacellum Csötörtökheliense, pro Catholicis fiat ingressus ab extra, et non ex templo Parochiali.

In Hontensi: Báth, Füzes-Gyarmath, Viszoka, Princzfalva.

In Barsiensi: Velikapolya, Marótt, Nagy-Berestyén, Keresztur, Fenyö-Kosztolyan, Kys-Keszy, Semlier.

In Nitriensi: Komjathi: unum templum, extra Oppidum adjacens, sancti Petri nuncupatum pro Evangelicis, et loca idonea, ac sufficientia, pro Structura Parochialis domus, et Scholae, in Oppido assignentur; Sopornii cum filialibus Negyed, Kass, Poruba, Hendlova, Kraszna cum filialibus; in Galgócz: templum Hospitale, una cum Schola, et domo Parochiali, in eodem fundo hospitali habita, cum proventibus, ad hospitale pertinentibus, et sepultura extra Oppidum, Szerdahel, prope Pöstyén; Udvarnok, Bajna, Ujlak, Pásztó, Deaky.

In Trenchiniensi: Also-Hricskó, Jeszenicze, Predmyr ad Kis-Szuchán.

In Turocziensi: Szent-András, Szent-Márton, Mosócz, Turány.

In Comaromiensi: Nagy-Megyer, Apácza-Szakállos, Bálvány Szakállos.

In Posoniensi: Nagy-Magyar, cum filialibus, Németh-Guráb, Limpak, Süll, Taxon,

Nagy-

Nagy-Machéd, Nagy-Szelli, Vizközi-Kürt, Tarlós, Nagy Szegh, Szent-Ábrahám, Ivány. In Szerdahely, siqvidem templum Parochiale pro Catholicis cessit, pro Structura templi, Parochiae, et Scholae Evangelicorum, assignantur Sessiones providorum Joannis Megyery, et Stephani Borbély, ac deserta qvaedam Sessio, prae manibus Georgii Enyedy in pignore existens, cum pertinentiis earundem, et exemptione, nec non particula fundi Mathaei Kalló. In Szempcz, locus Sufficiens circa turrim in medio Oppidi habitam, pro structura templi, Caemeterii vero extra Oppidum, si commode intra Oppidum fieri non potest; pro domus vero Parochialis, et Scholae structura, Sessio Joannis Verbói, cum universis ejusdem pertinentiis, et exemptione, per Oppidanos Evangelicos possessoribus de condigno ejus pretio contentatis; Pro Helveticae Confessionis Incolis assignantur: pro Augustanae vero hominibus, Sessio altera, ex jam demonstratis, pro templo, Schola, et Parochia, siqvidem ipsi ultro acceptassent, permaneant.

In Simighiensi: Kis Comár in Oppido.

In Castriferrei: Gyarmath, Neusild, Szent-Grót, Opár, Perenye, Puszta-Szent-Mihály, Kuken, Mereny, Kyczladen, Bolfau, Chém, Hornsdorff, alias Samfalva; in Oppido Vép restituitur Sessio illa, ex qva Concionator amotus fuisset, cum Sessione sibi vicina Pauli Sipos, per Oppidanos Evangelicos justo pretio deposito, adjacente, pro Structura templi, Parochiae, et Scholae, cum earundem pertinentiis et exemptione.

In Sopron iensi: Sándorff.

In Mosoniensi: in Óvár templum minus pro duabus nationibus Hungarica et Germani-

ca; pro Parochia vero, et Schola, loca idonea, et Sufficientia assignentur per Comissarios exmittendos; Miklósdorff, Level- Németh-Jagendorff, Kemlye, Kánok, Szolnok, Czundorff, in Lében minus templum extra Abbatiam; Mecher.

In Jaurinensi: Zámoly.

In Veszprimiensi: Vaszar Dobron.

In Strigoniensi: Farna, Eölved. 1647. *Art.* 6.

## ARTICULUS II.

*Praeter praescripta templa nulla alia filialia restituenda.*

1. Ad praescripta autem nonaginta templa, qvae hactenus prae manibus eorumdem Evangelicorum habebantur, et qvae sub disturbiis proxime praeteritis fuissent occupata, nulla alia filialia restituenda, qvam qvae possident, et qvae cum dictis nonaginta templis specifice iisdem Evangelicis cessa fuissent.

2. Hoc declarato: qvod si mater Ecclesia sit apud Catholícos, et filia apud Evangelicos, et e converso, mater apud Evangelicos, et filia apud Catholicos; una pars ab altera non molestetur; ita tamen, ut licitum sit, rusticis Evangelicis, si voluerint, Religionis ipsorum Ministrum eo inducere, et intertenere, aut, ad Conciones audiendas, alio ire. 1647. *Art.* 7.

## ARTICULUS III.

*De templorum et locorum pro iisdem aedificandis assignatione.*

Ad haec templa qvoqve per Augustanae, et Helveticae Confessioni addictos aedificata, et

ritu Catholico necdum reconciliata, per certos Comissarios eisdem assignanda; in aliis vero locis, juxta benignam Suae Majestatis Resolutionem; loca pro aedificandis templis, Scholis, et Parochiis erigendis, pro comoditate eorumdem Augustanae, et Helveticae Confessioni addictorum, per eosdem Comissarios designanda, ordine infrascripto decernuntur: qvemadmodum etiam in omnibus Regni Comitatibus, et qvidem signanter:

In Comitatu Castriferrei: pro illis, qvi Augustanam Confessionem seqvuntur, in Demök, et Nemes-Csó; pro Helveticae vero Confessionis Incolis in Felső-Eörs.

In Soproniensi: in Vádosfalva, et Nemes-Kér.

In Posoniensi: in Réthe, et Puszta: Födémes.

In Nitriensi: in Nitra Szerdahely, et Strázsa penes Vagum.

In Barsiensi: in Simonyi, et Szelezén.

In Zoliensi: in Osztroluka, et Garamszegh.

In Thuroczięnsi: in Neszpál, et Ivankafalva.

In Liptoviensi: in Hybe, et Nagy-Palugya.

In Arvensi: in Felső-Kubiny, et Sztebnye.

In Trinchiniensi: in Szulow, et Zay-Ugrocz.

In Scepusiensi: in Gerghö, et Toporcz, vel Batiszfalva, non obstante qvovumvis contradictione, sunt permissa.

2. In aliis vero Comitatibus, veluti, in Szaladiensi, Veszprimiensi, Jaurinensi, Comaromiensi, Abaujváriensi, Sárosiensi, Zempliniensi, Ugochensi, Bereghiensi, Thornensi, Gömöriensi, Borsodiensi, Hontensi, Neográdiensi, Zolnok, et Heves, nec non Pest, Pilis, et Solth, unitis; item Szabolchensi, Ungh,

et Szathmáriensi, siqvidem de praesenti essent in actuali usu omnium fere templorum ibidem habitorum, ideo eadem pro actualibus eorumdem possessoribus usuanda relicta sunt.

3. Praeterea in Confiniis Regni, et quidem:

In Generalatu contra Canisam: in Szent-Grot.

In Generalatu Jaurinensi: in Tihany, Vásony, Pápa, Veszprim, Jaurini, et Comaromii.

In Generalatu Ante Montano: Levae, Carponae, et Fülekini.

In Generalatu Superioris Hungariae: in Putnok, Onod, Szendrö, Tokay, Kálló, et Szathmar.

4. In liberis vero Civitatibus, utpote: Posoniensi, Augustanae Confessioni addictis liceat aedificare suis sumtibus Templum unum in suburbio, in loco, per eosdem Commissarios designando.

Civitas porro Sopronìensis maneat in possessione, et exercitio suae Religionis, qvam modo profitetur, nec in hoc turbetur.

Ac tandem, in liberis, et Montanis Civitatibus; utpote: Trenchiniensi, Modrensi, Cremniciensi, et Novizoliensi, ac in Superiori Hungaria, omnibus ibidem Civitatibus, similiter loca pro aedificandis templis, Scholis, et Parochiis assignanda conceduntur.

5. Templa demum, in qvorum actuali possessione iidem Augustanae, et Helveticae Confessioni addicti de facto sunt, modo praevio prae manibus eorumdem, una cum Parochiis, et Scholis, proventibusqve eorumdem, propter bonum pacis, ut nimirum qviete, et pacifice vivant, relinqvuntur, usu sepulturae, et campanarum, pro Catholicis ibidem degentibns; aeqve, ac ipsis libero relicto.

6. Interea vero nec Catholici, Ministris Augustanae, et Helveticae Confessioni addictis, nec vero horum seqvaces, Plebanis Catholicis, ad mentem Articuli 11. A. 1647. solvere obligentur.

7. Omnibus porro Magnatibus, et Nobilibus, in Regno degentibus, in Arcibus, et solitis Residentiis suis, pro ritu cujusqve professionis, Oratoria, et sacella aedificare, et dotare liberum sit.

8. Posthac vero nullae templorum, Scholarumqve, et Parochiarum occupationes, vel erercitii turbationes, ab utrinqve, sub poena in Articulo 8. Wladislai Decreti VI. expressa fiant.

9. Per hancqve articularem concessionem iisdem Augustanae, et Helveticae Confessioni addictis, ulterior praetensionum suarum via, in futuris Diaetis instantias suas promovendi, non obstantibus Cleri, et aliorum secularium Catholicorum contradictionibus, minime praecludatur.

10. Salvis semper eatenus legibus Regni, diplomate Regio firmatis. 1681. *Art.* 26.

## ARTICULUS. IV.

*De Structura Templorum Evangelicis admissa in specie.*

In Confinio Jaurinensi: permittitur Structura templi in nova Civitate, liberum exercitium vero, tam intra, qvam extra moenia ipsius Confinii; et ut Minister Confessionis Evangelicorum, intra moenia dicti Confinii habitare, atqve etiam in domo concionari possit.

In Léva qvoqve Structura admittitur, pro Evangelicis Augustanae Confessionis.

In Tihany propter angustiam loci, et Abbatiam, structura commode fieri non potest; permittitur autem liberum exercitium, restituiturqve domus, qvam antea Minister Evangelicus inhabitabat.

Oppidanis etiam Rév-Comaromiensibus, sicut et Holicsiensibus Evangelicis potestas aedificandi, et restaurandi templa, ac libere exercendae Religionis facultas salva permaneat. 1647. *Art.* 9.

## ARTICULUS V.

*De Templorum, Parochiarum, et Scholarum in iis locis, ubi Templa occupata, et in gravaminibus specificata pro Catholicis remansissent, aedificatione.*

1. Qvoad Structuram: Qvando qvidem ex occupatis, et in gravaminibus specificatis templis, multo plura, qvam, qvae Evangelicis restituta essent, prae manibus Catholicorum remansissent; liceat in talibus locis, Evangelicis, pro exercitio Religionis ipsorum, alia Templa, Parochias, et Scholas aedificare, sufficientibus, et ad id idoneis locis, pro talibus templis, Parochiis, et Scholis, per Dominos terrestres, coram Vice Comitibus Comitatuum, et potioribus Nobilium, pari numero ex Catholica, sicut et Evangelica Religione, iisdem per Universitates Comitatuum adjungendis, intra spatium trimestre, a publicatis Articulis, assignandis, et libertandis.

2. Sepultura tamen, et Campanarum usu, pro iisdem etiam Evangelicis, consimili cum Catholicis, et aeqvali taxa, communiter deservientibus.

3. Qvam qvidem Structuram Templorum, Parochiarum et Scholarum, qvandocunqve Evangelicis talium locorum continuare oportunum, et commodum visum fuerit, id ipsis, absqve qvorumvis impedimento facere liceat. 1647. *Art.* 10.

## ARTICULUS VI.

*De restitui promissis Templis, sicut et aliis, quae sub disturbiorum temporibus, aut post, occupata, et necdum restituta fuissent.*

Restitui promissa templa, sicut et alia, quae sub disturbiorum temporibus, aut post, occupata, et nec ad praesens, ad binariam etiam Suae Majestatis Commissionem, Evangelicis essent restituta, vel post restitutionem iterum occupata, una cum Scholis, Parochiis, bonis, et proventibus eorundem, sicut et illorum Templorum, qvae etiam hactenus praemanibus Evangelicorum haberentur, qvoqvo modo nuncupata, per Commissarios utriusqve Religionis, aeqvali numero, e medio Regnicolarum, ad id sub praesenti adhuc Diaeta, qvanto ocyus exmittendos, restituantur. 1647. *Art.* 13.

## ARTICULUS VII.

*De poena eorum, qui templa, Parochias, Scholas, et proventus occupaverint, et alia Statuta in negotio Religionis violaverint.*

1. Quoad poenam: Quicunqve, sive sint Ecclesiasticae, sive saecularis dignitatis, de cetero Templa, Parochias, Scholas, et proventus, bonaqve, ad easdem pertinentia, occupare; campanarum, et sepulturae usu Status,

vel plebem privare comperti fuerint, aut praescripta templa, una cum Parochiis, Scholis, bonisqve et proventibus eorundem non restituerint, locaqve, seu fundos idoneos, ac sufficientes pro extruendis Templis, Parochiis et Scholis, modo supra specificato, Evangelicis non assignaverint, vel structuras eorundem in praescriptis locis impediverint, Status, vel plebem in libero Religionis exercitio turbaverint, vel Statuta Regni, et Diploma Regium super Religione violaverint; tales primum, et ante omnia, ubi qverela ad Vice Comites delata fuerit, per eosdem admoneantur, ut occupata Templa, aliaqve restituant, ac transgressa complanent, qvod, si fecerint, nulli poenae subjacebunt.

2. Si vero nec ad ejusmodi qvidem admonitionem ea restituerint, aut complanaverint; ex tunc in Comitatibus per Vicecomites, Judices Nobilium, et aeqvali numero potiores Nobiles, per Universitates Comitatuum, utriusqve, Catholicae videlicet, et Evangelicae Religionis, deputandos, comperta prius rei veritate, toties, qvoties, in poena sexcentorum florenorum Hungaricalium in qvinqve ad Confinia Regni, in sexta vero partibus, ipsis executoribus cedentibus, una cum restitutione Templorum, et aliorum occupatorum, abscissis omnibus juridicis remediis, convincantur; admissa nihilominus extra dominium unica appellatione, per Status, et Ordines Regni in Generali Diaeta Regni revidenda.

3. Ad cujus qvidem revisionis tempus, praesripti qvingenti floreni, ab Confinia cedere debentes, pro tutiori Conservatione in liberis Civitatibus deponi, vel alias, ubi Universitatibus Comitatuum magis oportunum visum fuerit, conservari; si vero poena eadem in bonis

executa fuerit, tum praescripti Vice Comites, Rationes super proventibus bonorum executorum, ad terminum revisionis appellationis perceptis, Comitatibus reddere debebunt, iidemqve Vice Comites, Judices Nobilium, et Jurati Assessores, una cum sibi adjungendis, ex utraqve Religione, potioribus Nobilibus, qvibus videlicet, vi Statuti praesentis, ad praemissa inspicere, et invigilare incumbet, ad eadem exeqvenda, sub amissione officiorum, et bonorum eorumdem, Confiniis, per Supremos, et Vice Generales Regni applicandorum, et nonnisi communi aestimatione mediante redimendorum obligati esse intelligantur.

Hoc per expressum declarato; qvod, si qvi essent, qvi praescriptae executioni sese opponere praesumerent, ex tunc tales D. Comes Regni Palatinus, vel Comes Judex Curiae Regiae, aut Supremus illarum Partium Generalis, per Universitatem Comitatus, in qvo videlicet ejusmodi violenta oppositio, aut executionis turbatio facta fuerit, qvi nimirum in praemissis interessatus non extiterit reqvisitus: ex dictamine officiorum suorum, super admittenda executione admoneat, qvi, si paruerint, nulli propterea poenae subjacebunt: si autem ejusmodi admonitioni non optemperaverint, vel vero praefatus D. Comes Palatinus, vel Comes Judex Curiae Regiae, aut Supremus illarum Partium Generalis admonitionem facere recusaverint, ex tunc contra tales executionum oppositores Wladislai R. Decreti VI. Articulus 8. observandus, poenaqve in eodem declarata, exeqvenda erit. 1647. *Art.* 14.

### ARTICULUS VIII.

*Templa in Possessionibus Máskfalva, et Tepla habita nonaginta templis annumerentur.*

1. Templa in Possessionibus Máskfalva, in Neogradiensi, et Tepla' in Liptoviensi Comitatibus existentia, ex numero Nonaginta Templorum, et ex Articulo 6. anni 1647. per inadvertentiam exmissa iisdem annumerentur, et pro annumeratis habeantur.

2. Ac pro exercitio Religionis Helveticae Sessio Mathiae Farkas in Oppido Sellye, in platea Hetmin assignata, cum exemptione, Helveticae Confessionis ejusdem Oppidi Incolis maneat; neqve iidem in posterum in Religione ipsorum turbentur. 1649. *Art.* 11.

## SECTIO VII.

*De Exercitio Religionis in quibusdam Civitatibus particulariter.*

### ARTICULUS I.

*Fundi Religionis Evangelicorum exempti sint.*

Ut fundi Templorum, et domorum Parochialium cum Scholis Evangelicorum Tyrnaviensium et aliorum, a qvibuslibet Contributionibus, et Censibus Civilibus libertentur, et exempti habeantur. 1647. *Art.* 8. §. 1.

### ARTICULUS II.

*De reassumptione liberi exercitii Religionis Catholicae, cum assignatione loci pro Templo, et Parochia, ac Schola in Civitate Cassoviensi.*

Conqveritur Status Catholicus, qvod, etsi, tum vigore Constitutionum Regni, tum

etiam Diplomatum Regiorum in septem qvoqve Comitatibus, D. Principi Transilvaniae Conscessis, liberum Religionis Casholicae exercitium admissum fuisset, Civitas tamen Cassoviensis hujusmodi Catholicum exercitium non ita pridem interturbasset, omnimodeqve impedivisset, magno Catholicorum, ibidem commorantium, in Spiritualibus exercitiis defectu, et damno. Qvapropter statuitur, ut Catholicum Religionis exercitium in dicta Civitate Cassoviensi, cum assignatione loci pro templo, et Parochia, ac Schola sufficientis, et idonei, juxta Regni Constitutiones, et Dimplomatum Continentias, iterum reassummi, Sacerdotes interteneri, et more solito, cum omnibus Caeremoniis, continuari possit. 1647. *Art.* 18.

## ARTICULUS III.

*De libero Helveticae Confessionis exercitio in Civitate Cassoviensi, una cum Campanarum, et Sepulturae usu, et loco idoneo Parochialis Templi cum Domo Parochiali, et Schola assignando.*

1. Ad qverusolam Helveticae Confessionis Regnicolarum instantiam, Statutum est, ut Civitas Cassoviensis, Magistratusqve ejusdem, Helveticae qvoqve Religionis exercitium, una cum Campanarum, et Sepulturae usu, concivibus, et reliqvis, eandem Civitatem inhabitantibus, Helveticae Confessionis hominibus, absqve omni impedimento, liberum relinqvat.

2. Ac insuper pro Continuatione ejusdem liberi exercitii, et intertentione concionatorum, et ministrorum, loco majoris, seu Parochialis, unde non ita diu Concionatores Helveticae Confessionis amovissent, teneatur eadem Civitas

locum idoneum, commodum, et sufficientem, cum domo Parochiali, et Schola, ejusdem Helveticae Religionis concivibus, et reliqvis ibidem commorantibus, statim, et de facto, post publicationem Articulorum, realiter et effective assignare.

3. Neqve de cetero Civitas eadem praenotatos Catholicae, et Helveticae Religionis Incolas in libero Religionis ipsorum exercitio continuando, qvovis modo turbare, aut exqvisito sub praetextu impedire praesumat, sub poena in praedeclaratis punctis accordatis superinde sancita, toties, qvoties praemissis contraventum fuerit, incurrenda, et irremissibiliter exeqvenda. 1647. *Art.* 19.

## ARTICULUS IV.

*Pro exercitiis Religionis Catholicae, et Helveticae in Civitate Cassoviensi exstruendis Templis, Scholis et Parochiis Sufficientia loca assignanda, cum Campanarum, et Sepulturae usu, ac exemptione a Censibus.*

1. Qvamvis 18. et 19. proxime praeteritae Diaetae Anni 1647. Articulis satis lucide, et stricte Statutum fuisset, ut Civitas Cassoviensis idonea, commoda, et Sufficientia loca, pro templis, Scholis, et Parochiis, pro Catholicae, et Helveticae Confessionis exercitiis assignaret; qvia tamen excisio hujusmodi locorum, interveniente, jam publice cassata, contradictione, per eandem Civitatem omissa hactenus exstitisset; imo in contrarium, ibidem libertas Religionis multis modis interturbata esset, ob id statuitur; ut juxta Constitutiones Regni praecitatas, statim soluta hac Diaeta, intra unius mensis spatium inclusive, coram Vice Comi-

te, et uno, vel altero Judice Nobilium Comitatus Abaujváriensis ac aeqvali numero potioribus Nobilibus, utriusqve Religionis, Catholicae videlicet, et Evangelicae, per Comitatum Aba-Ujvariensem ad id deputandis, idonea, commoda, et sufficientia loca pro templis, Scholis, et Parochiis, tam pro Catholicae, qvam etiam Helveticae Religionis exercitiis, per eandem Civitatem Cassoviensem, ejusdemqve Magistratum, omnino in eadem Civitate Cassoviensi, sub poena in Articulo proxime praeteritae Diaetae anni praescripti 1647. specifiicata, toties qvoties, eo facto incurrenda, et irremissibiliter exeqvenda, absqve ullo pretio, realiter, et effective assignentur.

2. Eademque, hoc modo assignata loca a qvibuslibet contributionibus, et censibus civilibus libertata, et exempta habeantur.

3. Ac imposterum Religionis, tam Catholicae, qvam Helveticae exercitium una cum Campanarum, et Sepulturae usu, concivibus ac reliqvis Incolis, eandem Civitatem inhabitantibus, ibidem commorantibus, aut eo commeantibus, absqve omni impedimento, juxta praememoratos Articulos Regni, liberum semper relinqvatur;

Concivesqve Civitatis ejusdem, nec non aliarum qvoqve Civitatum, juxta Art. 13. anni 1608. ante Coronationem, absqve ullo Religionis discrimine, mixtim, et alternatim, in Judices primarios, et Senatores eligantur, et ad alias qvoqve dignitates assumantur. 1649. *Art.* 12.

## ARTICULUS V.

*Articulus anni 1647. contra Officiales Civitatis Cassoviensis conditus conditionaliter tollitur.*

1. Qvantum ad Articulum 82. Diaetae proxime praeteritae anni 1647. contra Officiales Civitatis Cassoviensis, ibidem nominatim specificatos, editum attinet; Status et Ordines Regni decernunt: qvod si eadem Civitas Cassoviensis ejusdemqve Magistratus, juxta modernae, et antelatae noviter evolutae Diaetae Articulos Regni, tam in negotio Religionis Catholicae, et Helveticae, qvam etiam libertatis nobilitaris superinde sancitos, sese per omnia accomodaverint, et dictos Articulos, juxta eorumdem continentias, effectuaverint, idem Articulus pro sublato habeatur.

2. Alioqvin Illustrissimus D. Comes Regni Hungariae Palatinus, ex authoritate sibi incumbente, etiam contra eosdem Officiales Dictae Civitatis, secundnm continentias praecitati Articuli judicialiter procedat, 1649. *Art.* 95. *Vide supra Sect: V. Art. V. N.* 2.

## ARTICULUS VI.

*De reassumptione exercitii Religionis in Civitate Szakolczensi, pro Helveticae, et Augustanae Confessionis hominibus.*

Qvoad perturbatos, et laesos Status: Ut Helveticae, et Augustanae Confessionis hominibus in libera, et Regia Civitate Szakolczensi commorantibus, restitutis aedibus, pro exercitio Religionis eorumdem ordinatis; liceat reassumere praescriptae Religionis ipsorum exercitium; non obstantibus litteris executionali-

bus DD. Commissariorum Suae Majestatis, nuper Senatui, praescriptae Civitatis Szakolcza, extradatis. 1647. *Art.* 8. *Vide supra Sect. V. Art.* 5. *N.* 3.

### ARTICULUS VII.

*Debrecinum cum conditione asssignandi loci pro Parochia Catholica, et Conventu Franciscanorum, inter liberas Regias Civitates, cum voto, et Sessione recipitur.*

Status et Ordines Regni Civitatem Debreczen, reliqvis Civitatibus Regni Hungariae, ita tamen, ut pro exstruenda Parochiali Ecclesia Catholica, et Conventu Patrum S. Patris Francisci locum assignent, denuo aggregandam statuunt. 1715. *Art.* 108. §. 1.

## SECTIO VIII.

*Ad Officia publica etiam Evangelici sine discrimine Religionis admittantur.*

### ARTICULUS I.

*Generales Constitutiones.*

1. De distributionibus honorum, et officiorum Regni majorum, vel minorum, sine Religionis discretione, ut primis statim Comitiis Regni aliqvid certi statuatur, vel jam Statuta ibidem defacto effectuentur, conclusum est. 1647. *Art.* 5. §. 11.

2. Qvoad officia publica, tam majora, qvam minora, statuitur, ut illa patriae filiis, de republica Hungarica bene meritis, ac reqvisitas per legem, qvalitates habentibus, nul-

lo interposito Religionis discrimine, conferantur. 1791. *Art.* 26. §. 8.

## ARTICULUS II.

*Pro Palatinatu duo Catholici, et duo Evangelici candidentur.*

Palatinum qvod attinet: deliberarunt Status, et Ordines, ut Sua Regia Majestas duos ex Statu Catholico Romano, et totidem Evangelicae Religionis personas, iis qvam primum nominet, et proponat, ex qvibus quemcunqve ad gerendum tale officium magis idoneum fore judicaverint, invocato numine divino, eligere non intermittent. 1608. *Art.* 3. *A. C.*

## ARTICULUS III.

*Coronae Conservatores absqve discrimine Religionis candidentur et eligantur.*

1. Qvod Coronam Regni per certas, de eorum medio unanimiter ad hoc delectas, et deputatas personas utriusque Religionis (*Catholicae, et Evangelicae*) Seculares in Regno conservabit 1622. *Art.* 1. §. 16. *Diplom. Inaug.*

2. Coronam Regni per certas, de eorum medio unanimiter ad hoc delectas, et deputatas personas utriusqve Religionis seculares in Regno conservabit. 1638. *Art.* 1. §. 11. *Dipl. Inaug. Idem habetur in Diplomate Inaugurali Ferdinandi IV. Anni* 1647.

3. Decima Conditio: qvod Coronam Regni per certas, de eorum (*Regnicolarum*) medio unanimiter ad hoc delectas personas, utriusqve Religionis, seculares, in Regno conservabit 1659. *Art.* 1. §. 11. *Dipl.*

4.

4. Sacram Regni Coronam per certas, de eorum medio unanimiter sine discrimine Religionis, ad hoc delectas personas seculares, in hoc Regno conservabimus. 1791. *Art.* 2. *Dipl. Inaug. secundo.*

5. Sacram Coronam per certas, de eorum medio unanimiter, sine discrimine Religionis ad hoc delectas personas seculares in Regno conservabimus. 1792. *Art.* 2. secundo *Dipl. Inaug.*

6. Erga praeviam Suae Majestatis Sacratissimae Candidationem, ex Individuis, tam Romano Catholicae, qvam et Evangelicae utriusqve Religionis benigne propositam 1791. *Art.* 8.

7. Erga praeviam Suae Majestatis Sacratissimae candidationem, ex Individuis, tam Romano Catholica, qvam et Evangelicae utriusqve confessionis, benigne propositam. 1802. *Art.* 5.

## ARTICULUS IV.

*Judices sine discrimine Religionis constituantur.*

1. Juxta Articulum (70. A. 1609) tam in Tabula Regia qvam apellationibus, sine discretione Religionis Judices fiant. 1622. *Art.* 2. §. 11.

2. Judicia per Judices absque discrimine Religionis deligendos, celebrabuntur. 1791. *Art.* 12.

## ARTICULUS V.

*Praefecturae militares indigenis absqve discretione Religionis conferantur.*

Praefecturas militares tam majores qvam minores, indigenis, sine discretione Reli-

gionis personis sua Majestas conferat. 1638. *Art.* 17.

## ARTICULUS VI.

*Officia Magistratualia in Civitatibus sine discrimine Religionis distribuantur.*

Statutum est, ut in omnibus liberis Civitatibus, absqve respectu Nationum, Judices Primarii, et Senatores eligantur, ac aliae etiam qvaevis dignitates sine ullo Religionis discrimine Hungaris, Germanis, et Bohemis seu Slavis, qvamcunqve Civitatem inhabitantibus, mixtim, et alternatim de cetero tribuantur. 1608. *A. C. Art.* 13.

2. Concives Civitatis Cassoviensis, nec non aliarum qvoqve Civitatum, juxta Articulum 13. anni 1608. ante Coronationem, absqve ullo Religionis discrimine, mixtim, et alternatim in Judices primarios, et Senatores eligantur, et ad alias qvoqve dignitates assumantur. 1649. *Art.* 12.

## ARTICULUS VII.

*Rex ad Synodos Evangelicas mittet suum Commissarium sine discrimine Religionis.*

Si Suae Majestati ita visum fuerit, Regium qvoqve hominem, sine Religionis discrimine, non qvidem pro directione, aut praesidio, sed solum pro inspectione, ad Synodos unius, aut alterius Confessionis admittere teneantur. 1791. *Art.* 26. §. 4.

## ARTICULUS VIII.

*Ad Academiam militarem Ludovicaeam assummantur sine discrimine Religionis.*

Assumantur ad Academiam hanc militarem, praecipue Nobiles, et Civilis Conditionis absque discrimine Religionis. 1808. *Art.* 7.

## ARTICULUS IX.

*Ab Insurrectione personali eximuntur cujuscunque Religionis Pastores.*

Ab hac obligatione personaliter insurgendi eximuntur omnes cujuscunqve Religionis animarum Curatores. 1808. *Art.* 2. §. 7.

# SECTIO IX.

## *Contradictio Cleri et Catholicorum Constitutionibus in negotio Religionis non obstat.*

1. Sua Majestas cum Illustrissimo Principe Transylvaniae, Domino Georgio Rákoczy, sub certis conditionibus pacem facere dignata, Diplomati super eadem pace emanato, ut Status et Ordines Regni assensum suum praeberent, ab eisdem benigne postulavit: iidem fideles universi Status et Ordines Regni Suae Majestatis reqvisitioni annuentes; idem Diploma Suae Majestatis Sacratissimae, praesentibus constitutionibus inserendo; Contradictionibus DD. Cleri et aliorum qvorumvis Secularium Catholicorum non obstantibus, imo iisdem in perpetuum nullum vigorem habentibus; acceptarunt, approbarunt, et confirmarunt. 1647. *Art.* 5. *Initio.*

2. Per hanc Articularem concessionem Augustanae, et Helveticae confessioni addictis ulterior praetensionum suarum via in futuris Diaetis instantias suas promovendi, non obstantibus cleri, et aliorum secularium Catholicorum contradictionibus, minime praecludatur. 1681. *Art.* 26. §. 23.

3. In negotio Religionis Articulos 25. et 26. novissimae Diaetae Soproniensis (Anni 1681, Cum sua Majestas Sacratissima, ex gratia, et Clementia sua adhuc ratos fore benignissime resolvisset, eosdem Status qvoqve et Ordines, ad mentem paternae Resolutionis, Cleri et aliorum Secularium Catholicorum contradictione non obstante, pro renovatis censendos esse statuerunt. 1687. *Art.* 21.

4. Sua Majestas Caesareo Regia omnia ad articularem Statum, et genuinum eorundem sensum, secundum explanationes Regias, reponenda, et manutenenda, non attenta qvorumvis contradictione, benignissime resolvit. 1715. *Art.* 30. §. 1.

De negotio Religionis, clementer annuente Sua Majestate Sacratissima, contradictionibus Dominorum Cleri, et alicujus partis Secularium, non obstantibus, imo iisdem in perpetuum nullum vigorem habentibus statuitur. 1791. *Art.* 26. *Initio.*

# SECTIO X.

## *Cautelae pro Religione Catholica.*

### ARTICULUS I.

*Catholicae Religionis exercitium in VII. Comitatibus Principibus Transylvaniae cessis liberum maneat.*

1. Qvod in Comitatibus, Domino Principi concessis, liberum etiam Catholicae Religionis exercitium, et jurisdictio Ecclesiastica pacifica admittatur, et perseveret. 1622. *Art*: 29. §. 1.

2. Qvod in Septem Comitatibus ipsi D. Principi concessis liberum etiam Catholicae Religionis exercitium, et jurisdictio Ecclesiastica pacifice admittatur, et perseveret. 1647. *Art.* 20. §. 1.

### ARTICULUS II.

*Qvod nemo praeter Romano Catholicos in Regnis Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae bonorum possessionis capax esse possit.*

1. Ad conservandam porro animorum concordiam, publicam Regni tranqvillitatem, qvae in unitate Religionis, potissimum consistere, ex eaqve in modo fatis Regnis stabilita fuisse dignoscitur; ex benigna Suae Majestatis anuentia conclusum est: ut in iisdem Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae Regnis, secundum municipales eorumdem leges, hoc loci confirmatas; tam in Partibus. sub jurisdictione eorumdem, ad praesens existentibus, qvam in futurum, juxta clementem suae Majestatis Sacratissimae Resolutionem, ad eadem legitime

reapplicandis, soli Romano Catholici possessionis bonorum, uti hactenus, ita imposterum, sint capaces. 1687. *Art.* 23.

2. Salvo Articulo 23. anni 1687. respectu Regnorum Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae, permanente. 1715. 30. §. 5.

3. Erga iteratas Cleri, et reliqvorum Statuum Regnorum Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae, sub decursu piaesentis Diaetae, repetitim factas, Sacrae Caesareae, et Regiae Majestatis benigna Resolutione, sic et unanimi Statuum, et Ordinum consensu, atqve voto, Articulus 23. anni 1687. renovatur, et confirmatur. 1715. *Art.* 125.

4. Qvantumvis in universali libertatum, et praerogativarum, juriumqve ac immunitatum, nec non legum, tam communium, qvam municipalium, Inclyti Regni Hungariae, aliorumqve, eidem annexorum, et Sacrae ejusdem Coronae subjectorum, per suam Sacratissimam Caesareo Regiam, actu gloriosissime regnantem, Catholicam et Apostolicam Majestatem, hac etiam Diaeta articulariter clementissime declarata confirmatione, praecitati qvoqve 23. et 125. attactorum annorum (1687. et 1715.) Articuli indubie confirmati sint, et habeantur; nihilominus tamen, pium et salutare ejusmodi petitum, altetitulata sua Sacratissima Majestate clementissime applacidante, et mox praecitatos suprascriptorum annorum Articulos peculiariter etiam confirmante; statuitur: ne in praefatis Croatiae, et Sclavoniae Regnis ullius alterius fidei, aut professionis cujuspiam, praeter solos Romano Catholicos, possessionis bonorum sint capaces. 1723. *Art.* 86.

5. Singularem suae Sacrae Regiae Majestatis in Deum optimum maximum pietatem, et in perpetuo fideles suos subditos ex unius, et solius verae, in praefatis Dalmatiae et Sclavoniae Regnis diplomatice, et articulariter stabilitae, et nulla penitus alia admissa, aut tolerata, servatae ipsoqve Christi Domini sangvine irrigatae, et fundatae, atqve per Apostolos, et Sanctos Ecclesiae Patres traditae Romano-Catholicae fidei, et Religionis unione, principalem, et summam conjunctionis animorum, atqve adeo intrinsecae, non tantum suae, sed et vicinarum suae Sacrae Regiae Majestatis Provinciarum conservationem, et felicitatem, et hactenus expertos, et in futurum qvoqve indubie experturos, vere maternam clementiam, venerabundi agnoscunt Status et Ordines, dum erga unanimem Statuum, et Ordinum Regni Hungariae, Partiumqve eidem annexarum supplicationem, et augendum verum Dei cultum, et promovendam uberiorem in dies ejusdem misericordiam, et benedictionem clementissime, atqve sanctissime annuere dignata est: ut statuta eorumdem Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae Regnorum, in favorem et conservationem Orthodoxae Religionis condita, occasione hujus Diaetae confirmentur. Ex hac proinde Sacrae Regiae Mejestatis benignissima aeqve, ac pientissima Resolutione, sic, et unanimi Statuum, et Ordinum consensu, et voto, statuta eadem confirmantur. Et veluti juxta Articulum 86. anni 1723. in eodemqve citatos, et hicce etiam confirmatos, dispositum jam esset, ut in Districtu eorumdem Regnorum non alii, qvam Romano-Catholicam Religionem profitentes, possessionis bonorum sint capaces, ita officiales oeconomici dominorum terrestrium,

a fide orthodoxa alieni, in antelatis Regnis administrationis qvoqve bonorum incapaces esse declarantur.

Qvo vero ad Varasdinensem, et Carlostadiensem Generalatus semet facturam benignissime sua Sacra Regia Majestas declaravit: ne inde qvoqve dictae orthodoxae Religioni qvodpiam eveniat praejudicium.

Metropolitae porro Graeci Ritus non unitorum, in Districtu praefatorum Regnorum, nulla utiqve in antelati Ritus Clerum, et populum admittetur jurisdictio.

Qvod autem concernit Episcopi Szvidnicensis, cum Ecclesia Catholica uniti, ex Monasterio Marchensi exclusionem, aliosqva contra Simeonem Philipovich insinuatos excessus; fundate indagari curabit, superindeqve condignam animadversionem, et praeterea damnificatis competentem reparationem decerni faciet altefata sua Regia Majestas.

Id etiam curatura, ut, qvoad usqve alii etiam Episcopi, Graeci Ritus non uniti, ibidem perstiterint, ab omni excessu, et confusione sese continere debeant. 1741. *Art.* 46.

6. Ut negotium Religionis, intra ambitum Regni Hungariae solum, ad Statum legum annorum 1608. et 1647. reponatur, statuitur etc.

Jam superius declaratum est; jura haec Evangelicorum solum intra ambitum Regni Hungariae suum habere vigorem, Regna proinde Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae in ulteriori usu municipalium suarum legum relinqvantur, adeoqve Evangelici, intra eorundem Regnorum limites, nec bonorum, nec officiorum, sive publicorum, sive privatorum sint capaces, liberum tamen maneat Evangelicis Augustanae, et Helveticae Confessionis, avita

sua jura possessionaria in medio eorum etiam Regnorum, ordinaria juris via revindicare, in qvae, si possessionem aliqvam adepti fuerint, sua Majestas sibi reservat, de eorum indemnisatione providere. Praeterea illae aliqvot in Inferiori Sclavonia Possessiones, partim Augustanae, partim Helveticae Confessioni addictae, ultro etiam, non modo nulla ratione molestentur, sed et in libero Religionis exercitio ea, qva nunc perfruuntur, ratione relinqvantur. Deniqve commercii, aut fabricarum causa liberum maneat Evangelicis utriusqve Confessionis domicilium jure locationis, adeoqve absqve ulla, seu Nobilitaris, seu Civilis fundi proprietate ibidem sumere. 1791. *Art.* 26. *Init. et* §. 14.

# TITULUS IV.

## *De Graeci Ritus non Unitis.*

### ARTICULUS. I.

*De Graeci Ritus non uniti Episcoporum in Regnis Croatiae etc. activitate.*

1. Metropolitae Graeci Ritus non unitorum, in Districtu praefatorum Regnorum nulla utiqve in antelati Ritus clerum, et populum admittetur Jurisdictio.

2. Id etiam curatura est (*Sua Majestas*) ut, qvoadusqve alii etiam Episcopi, Graeci Ritus non uniti ibidem perstiterint, ab omni excessu, et Confusione sese continere debeant. 1741. *Art.* 46. §. 6.

## ARTICULUS II.

*Graeci Ritus non uniti Civitate donantur.*

Sua Regia Apostolica Majestas Sacratissima Clementer annuere dignatur, ut Graeci Ritus non uniti Regni Incolae, in hoc Regno jure Civitatis Donati, sublatis in contrarium sancitis legibus, in qvantum hae ad Graeci Ritus non unitos se referunt, ad instar aliorum Regnicolarum, acqvirendorum, et possidendorum bonorum, ac gerendorum omnium officiorum capaces, in Regno Hungariae, Partibusqve adnexis sint, juribus ceteroqvin Regiae Majestatis ad negotia Cleri, Ecclesiae, Religionis, cujus exercitium ipsis plene liberum erit, fundationum, studiorum, ac juventutis educationis, non minus Privilegiorum ipsorum, qvae fundamentali Regni Constitutioni non adversantur, prout Majestas a gloriosae memoriae majoribus suis accepit, ita eidem altefatae Regiae Majestati porro qvoqve in salvo relictis. 1791. *Art.* 27.

## ARTICULUS III.

*Graeci Ritus non uniti Metropolitae, et Episcopis Sessio, et votum in Comitiis conceditur.*

Status et Ordines, ne parte ex sua qvidpiam desiderari sinerent, in conformitate factae humillimae Repraesentationis suae, non uniti Graeci Ritus Metropolitae, et Episcopis, votum in Comitiis jam nunc competere declarant, ac una, cum benigno Suae Majestatis consensu, decernunt, ut de ipsa qvalitate voti, et Sessionis, per deputationem Regnicolarem, in coordinatione Comitiorum operaturam, prae-

stetur opinio, in affuturis Regni Comitiis praescripto modo referenda, et terminanda. 1792. *Art.* 10.

## ARTICULUS IV.

*Loca impopulata monasteriorum GraeciRitus contributioni ad Cassam domesticam subjiciantur.*

Ex benignissimo Suae Majestatis sacratissimae consensu, et annuentia conclusum est: ut impopulata illa monasteriorum Graeci Ritus non unitorum loca, utpote: Kraszedol, Remete, Gergetek, Vernyak, Beszenano, Sziszatovacz, Kövesdin, Gibsa, Ratovacz, et Pribina Glava, Comitatui Szirmiensi adjacentia, contributionem interim cassae domesticae applicandam solvant. 1751. *Art.* 38.

## ARTICULUS V.

*Graeci Ritus non uniti qvatenus a Decimis immunes sunt.*

1. Qvod Rasciani, et ceteri hujusmodi Schismatici ad solutionem Decimae non adstringantur, et neqve per Comites Parochiales instar aliorum, ad hujusmodi Decimarum solutionem compellantur; qvodqve ad Christianos, in qvorum medio tales Schismatici morantur, aut e contra, ratione ipsorum Schismaticorum, ob non solutionem Decimarum, Interdictum Ecclesiasticum non imponatur. 1481. *Art.* 3.

Qvod si qvando Christiani cum praefatis talibus Rascianis, et Schismaticis societatem, sive contractum habuerint, et araturas, sive alias agriculturas pari auxilio fecerint, de parte fructuum Christianis cedenda, Decimae sol-

vantur, de reliqva vero parte, talibus scilicet Schismaticis cedenda, tales Decimae non exigantur. Hoc tamen adjecto, et per expressum declarato: qvod tales, Rasciani, sive Schismatici, non censeantur, neqve sint in perpetuum ab hujusmodi Decimarum solutione exempti, sed tantummodo per aliqvot annos, et interim, qvousqve scilicet, bono modo se tales alienigenae, et transfugae in Regno Hungariae, et dominiis Sacrae Coronae subjectis firmabunt, et ut talium transfugarum exemplo, etiam alii, ditioni Turcorum subjecti, ad veniendum tanto promptiores efficiantur, qvanto tales, qvi jam venerunt, tanta praerogativa conspexerint esse donatos. 1481. *Art.* 4.

3. Sunt plurima loca, in Confiniis Regni sita, in qvibus Rasciani, Rutheni, Valachi, et alii Schismatici in terris Christianorum habitant, et de eisdem terris hactenus juxta eorum ritum viventes, nullas penitus Decimas solvere consveverunt, qvos tamen ipsi DD. Praelati ad Decimas solvendas cogere niterentur. Et qvia ipsae decimae in patrimonium Christi dedicatae, a Christi fidelibus, et non Schismaticis hominibus praesertim vero illis, ad vocationem, et assecurationem Regiae Majestatis, ac Vajvodarum, Baronum, et ceterorum officialium, ipsa confinia Regni tenentium, dicta loca incolentibus, exigi solent, ob hoc ordinatum est, et conclusum: qvod a modo de cetero ab ipsis Rascianis, Ruthenis, et Valachis, et aliis Schismaticis, in qvibuscunqve terris Christianorum residentibus, nullae penitus Decimae exigantur 1495. *Art.* 45.

4. Rutheni qvoqve Regiae Majestatis in Nagy-Oroszfalu residentes, etiam de cetero

ad solutionem Decimarum non compellantur. 1500. *Art*: 29. §. 4.

5. Hoc tamen declarato: qvod si ipsi Rutheni Regiae Majestatis, aliqva Praedia, aut pecuniaria emptione, aut alio qvovis qvaesito, colore, pro se usurpassent, de qvibus videlicet prius Decimae solutae fuissent, ipsi qvoqve de illis Decimas solvere teneantur. 1500. *Art*. 29. §. 5.

6. Decretum est: qvod neqve Rutheni, et Valachi decimentur. 1569. *Art*. 28. §. 1.

7. Rutheni et Valachi a reddendis Decimis videntur exempti esse debere, postqvam eas ipsi suae Religionis Episcopis et Sacerdotibus dare soleant. 1574. *Art*. 4.

8. Statuitur: ut ab his omnibus Decimae exigantur; inter alia autem a dictis Valachis in Sclavonia, et Croatia idem praestetur. 1604. *Art*. 14. §. 2. 3.

9. Controversiam inter Episcopatum Varadinensem, et in Districtibus Berettyő, Beszttercze, et Lakság residentes Valachos, Decimam dare recusantes, suae Majestati Sacratissimae humillime repraesentatam, altefata sua Majestas Regia pro juris, et justitiae exigentia clementer determinabit. 1723. *Art*. 85.

## ARTICULUS VI.

*Graeci Ritus Ecclesiasticorum, et Monachorum pro Academia Ludovicaea factae oblationes.*

1. Stephanus Statimirovich Actualis Intimus Status Consiliarius, et Archiepiscopus Graeci Ritus non uniti Carlovicensis obtulit 3000. florenos. 1808. *Art*. 7.

2. Stephanus Avakumovich Episcopus Temesváriensis 500. florenos.

3. Petrus Vidák Episcopus Verscheczensis 500. florenos.

4. Venerabile Consistorium Graeci Ritus non uniti Temesváriense 100. fl.

5. Basilius Heorgievics Parochus Graeci Ritus non uniti 100. fl.

6. Monasterium Graeci Ritus non uniti Bezdin 150. fl.

7. Monasterium Graeci Ritus non uniti Szent-György 100. fl. 1811. *Art.* 2.

# CAPUT II.

## *De disciplina Ecclesiae Catholicae.*

## SECTIO I.

### *Disciplina Christiana observetur.*

Si qvis, observatione Christianitatis neglecta, et negligentiae stoliditate elatus, qvid in eam comiserit, juxta qvalitatem offensionis ab Episcopo per disciplinas Canonum judicetur. Si vero rebellitate instinctus, renuerit sibi impositam poenam sufferre, iterum eo judicio restringatur, etiam usque Septies; tandem, si per omnia resistens, et abnuens invenietur, Regali Judicio, scilicet defensori Christianitatis tradatur. *S. Stephani Decr. Libr. II. Cap.* 12.

## SECTIO II.

### *Rex devotionem oratione contestetur.*

Observatio orationis maxima acqvisitio est Regalis salutis et ideo nonum, et nonaria

Regiae dignitatis canit Regula. Continua Oratio est peccatorum ablutio, et remissio. Tu autem fili mi! quotiescunque ad templum Dei curris, ut Deum adores, cum Salamone filio Regis, et ipse Rex semper dicas: emitte Domine! Sapientiam de sede magnitudinis tuae, ut mecum sit, et mecum laboret, ut sciam, qvid acceptum sit coram te omni tempore. Et iterum: Domine Pater, et Deus vitae meae! ne derelinqvas me in cogitatu maligno, extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, et desiderium malignum averte a me Domine! aufer a me concupiscentiam, et animo irreverenti, et infrunito ne tradas me Domine! Hac itaqve Oratione antiqvi utebantur Reges; tu qvoqve hac eadem utere, ut Deus cuncta vitia a te auferre dignetur, ut invictissimus Rex a cunctis nomineris. Ora etiam, ut desidiam, et hebetudinem a te depellat, et supplementum omnium tibi tribuat virtutum, qvibus visibiles, et invisibiles vincas inimicos, ut securus, et expeditus ab omni incursione adversariorum, cum omnibus tibi subjectis, cursum aetatis vitae cum pace possis finire. *S. Steph. Decr. L. I. Cap. 9.*

## SECTIO III.

### *De iis, quae Religio excludit.*

### ARTICULUS I.

*Ritu gentili non licet sacrificare.*

Qvicunque ritu gentium juxta puteos sacrificaverint, vel ad arbores et fontes, et lapides obtulerint, reatum suum bove luant *S. Ladisl. Decr. L. 1. C. 22.*

## ARTICULUS II.

*Sortilegi ab Episcopis puniantur.*

Si Sortilegio utentes invenirentur, ut faciunt in cinere et his similibus, ab Episcopis flagellis emendentur. *S. Steph. Decr. L. II. C.* 32. §. 2.

## ARTICULUS III.

*De maleficis, et Veneficis.*

1. Ut Creatura Dei ab omnium laesione malignorum remota, et a nullo detrimentum sui passura maneat, nisi a Deo, a qvo augmentatur, secundum Decretum statuimus ad magni cautionem terroris, veneficis et maleficis; ut nulla persona veneficio aut maleficio qvemqvam hominum subvertere a statu mentis, aut interficere audeat; ast, si qvis, vel qvae posthac haec praesumpserit, tradatur in manus maleficio laesi; aut in manus parentum ejus, secundum eorum velle ad judicandum. *S. Steph. Decret. L. II. C.* 32.

2. Malefici per nuncium Archidiaconi et Comitis inventi, judicentur. *Coloman. Decr. L. I. C.* 60.

## ARTICULUS IV.

*De Strigibus.*

1. Si qvae Striga inventa fuerit, secundum judicialem legem, deducatur ad Ecclesiam, et commendetur Sacerdoti ad jejunandum, fidemqve discendum, post jejunium vero domum redeat. Si secundo in eodem crimine invenietur, simili jejunio subjaceat, post jejunium vero, in modum crucis in pectore, et in fronte, at-

qve

qve inter scapulas, incensa clavi Ecclesiastica domum redeat: Si vero tertio, judicibus tradatur. *S. Steph. Decr. L. II. C.* 31.

2. Meretrices et Strigae secundum qvod Episcopo justum visum fuerit, tali modo dijudicentur. *S. Lad. Decr. L. I. Cap.* 34.

3. De Strigis vero, qvae non sunt, nulla quaestio fiat. *Colom. Decr. L. I. C.* 57.

## ARTICULUS V.

### *De blasphemis.*

1. Qvoniam his proximis annis exortae sunt horrendae in Deum, et Sacro Sancta ejus Sacramenta blasphemiae, qvibus pleriqve maledicendo uti consveverunt, certumqve est, vel his solum, justam in nos Dei iram provocari; statutum est, ut tales, qvi scilicet in Creatorem Deum, in baptismum et animam, ac aliis similibus modis maledixerint, ab audientibus blasphemiam coram suis judicibus accusentur, et habita probatione, prima vice publice caedantur, si vero blasphemiam altera et tertia vice repetierint: altera qvidem baculis pulsentur, tertia vero non minus, qvam homicidae ipsi, vel alii malefactores puniantur; audientes vero blasphemari, et non accusantes puniantur exactione trium marcarum. 1563. *Art.* 42.

2. Contra blasphemantes Articulum 42. Anni 1563. renovandum et observandum decernunt. 1659. *Art.* 42.

3. Contra blasphemos positivae Patriae leges districtim observentur. 1723 *Art.* 110.

4. Crimen blasphemiae juxta Sensum legum, et observatam Praxim Judiciariam vindicabitur. 1808. *Art.* 11

## SECTIO IV.

### *De dierum Dominicorum, festorum, Vigiliarum, qvatuor temporum, et jejunalium observatione.*

### ARTICULUS I.

*De Dominicis et festis diebus observandis*

§. I.

*Quae sint festa observanda.*

1. Officium de Sancta Trinitate post octavas Pentecostes celebretur, *Colom. Decr. L. I. C.* 72.

2. Istae vero festivitates observandae sunt per annum: nativitas Domini, S. Stephani Protomartyris, S. Joannis Evangelistae, SS. Innocentum, Circumcisio Domini, Epiphania cum Vigilia, Purificatio S. Mariae, in Pascha qvatuor dies, S. Georgii Martyris, Philippi et Jacobi cum Vigilia, Inventio S. Crucis, Ascensio Domini; in Pentecoste qvatuor dies, S. Joannis Baptistae, Petri et Pauli Apostolorum una die, S. Jacobi, S. Laurentii, Assumptio S. Mariae, S. Regis Stephani, S. Bartholomaei, Nativitatis S. Mariae, Exaltatio S. Crucis, S. Mathaei Apostoli et Evangelistae, S. Gerhardi Episcopi, S. Mihaelis Archangeli, SS. Simonis et Judae Omnium Sanctorum, S. Emerici ducis, S. Martini, S Andreae, S. Nicolai, S. Thomae Apostoli, et unaqvaeqve Pa-

rochia suum Patronum, et dedicationem Ecclesiae celebret. *S. Ladisl. Decr. L. I. C.* 38.

3. Si qvis descriptas festivitates non celebraverit, sic judicetur in eum, ut si liber est, tribus diebus poeniteat, si servus, septem plagis mulctetur. *Colom. Decr. L. II.* C. 14.

## §. II.

*Dominici et festi dies observentur.*

Si qvis Dominicum Diem non observaverit, et dies festos non servaverit, duodecim diebus poeniteat pane et aqva in Cippo. *S. Ladisl. Decr. L. I. C.* 25.

## §. III.

*Festa Catholicorum etiam Evangelici observent.*

Festivitates Catholicorum nunc usitatas, qvoad forum externum, non tamen in privato, ubi praeter Strepitosos, qvivis alii labores peragi poterunt, ad evitandas publicas offensiones, Augustanae, et Helveticae Confessioni addicti observandas habebunt; eo addito, ut dominis terrestribus, cunctisqve Patribus familias, sub actione fiscali, interdictum sit, subditos, ac servitores suos, seu Catholicos, seu Evangelicos, ab observatione festorum, suiqve ritus ac devotionis impedire. 1791. *Art.* 26. §. 17.

## §. IV.

*Dominica dies in qviete observetur.*

Si qvis Presbyter vel Comes, sive aliqva aila persona fidelis die Dominica invenerit qvem-

libet laborantem, abigatur. Si vero cum bobus, tollatur sibi bos, et Civibus ad manducandum detur; si autem cum eqvis, tollatur sibi eqvus, qvem dominus bove redimat, si velit, et idem bos manducetur, ut dictum est, si qvis aliis instrumentis, tollantur instrumenta, et vestimenta, qvae, si velit, cum cute redimat. *S. Steph. Decr.* L. *II. C.* 7.

## §. V.

*Diebus Dominicis et festis Villani ad Ecclesiam veniant.*

1.) Si qvis in Dominicis diebus, aut in majoribus festivitatibus ad Ecclesiam non venerit parochialem, verberibus corripiatur; si vero Villae remotae fuerint, et ad Ecclesiam suam parochialem Villani venire non potuerint, unus tamen ex eis nomine omnium, cum baculo ad Ecclesiam veniat, et tres panes et candelam ad Altare afferat. S. *Lad. Decr. L. I. C.* 11.

2.) A Sacerdotibus vero, et Comitibus commendetur omnibus villicis ita, ut ipsorum jussu omnes concurrant die Dominica ad Ecclesiam, majores et minores, viri, et mulieres exceptis illis qvi ignes cnstodiunt; si qvis vero obstinatus remanebit, vapulet, et depiletur. *S. Steph. Decr. L. II. C.* 8.

## §. VI.

*Judaei diebus Dominicis, et festis non laborent.*

Si in die Dominico, aut aliis majoribus festivitatibus Judaeum laborantem aliqvis inve-

nerit, ne Scandalizetur Christianitas, cum qvibus instrumentis laboraverit, illa amittat. *S. Lad. Decret. L. I. C.* 26.

## §. VII.

*Dominicis et festis diebus, neglectis Sacris, negotiari non licet.*

Si qvis Dominicis diebus, vel in majoribus festivitatibus, Ecclesiam negligens, mercatum freqventaverit, eqvo careat. *S. Lad. Decret. L. I. C.* 15.

## §. VIII.

*Diebus Dominicis mercatum instituere prohibetur.*

Si qvis die Dominica mercatum constituerit, praecipit Sancta Synodus, ut, sicut constituit, ita destruat; si autem renuit, qvinqvaginta qvinqve pensas solvat. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 16.

## §. IX.

*Diebus festis mercatum exercere non licet.*

Si qvis in die festo vendiderit, pretium acceptum qvadruplo restituat, ipse vero paenitentiae subjaceat. *Colom. Decret.* L. *II. C.* 13.

## §. X.

*Dominicis, et festis B. V. diebus nundinae non celebrentur.*

Diebus Dominicis, et in festivitate B. V. M. in hoc Regno, et ejus Partibus nullum fo-

rum, exceptis duntaxat foris Dominorum Archiepiscopi Colocensis, et Episcopi Varadinensis, qvae in bonis eorum celebrantur. 1464. *Art.* 25.

## §. XI.

*Diebus festis Venatio prohibetur.*

Si qvis in his diebus venatus fuerit, Canibus et eqvo careat, sed eqvum bove redimat. *S. Lad. Decr. L. I. Cap.* 12.

## §. XII.

*Festis diebus Ecclesiasticis venatio prohibetur.*

Si Presbyter, aut Clericus fuerit venatus, ab ordine descendat usqve ad satisfactionem. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 12.

## §. XIII.

*Dominicis et festis diebus judicia non celebrentur.*

1.) Celebratio judiciorum fiat exceptis diebus festis. 1557. *Art.* 8. §. 1.

2.) Judicia durare debeant exceptis diebus festis. 1559. *Art.* 37. §. 2.

3.) Celebratio judiciorum absqve aliqva intermissione continuetur, festis diebus exceptis. 1563. Art. 24. §. 5.

4.) Durare autem debebit haec judiciorum celebratio in uno qvoqve terminorum, festis diebus exceptis. 1566. Art. 21. §. 2.

5.) Duret uterqve terminus exceptis festis diebus. 1567. Art. 24. §. 5.

6.) Judicia durabunt exceptis festis diebus. 1572. Art. 5.

7.) Singulorum Judiciorum termini durent diebus qvadraginta, exceptis festis. 1574. Art. 16. §. 5.

8.) Statuitur, ut omnes dies dominici, juxtaqve S. Lad. Cap. 38. L. I. a S. Romana Ecclesia in foro fori celebrari soliti festorum et Rogationum dies pro universalibus Juristitiis, antiqva Regni Consvetudine exigente, imposterum qvoqve tenendi, et in omnibus Sedibus Regni judiciariis observandi veniant. 1723. Art. 29. §. 8. 9. 10. 12.

## §. XIV.

*Poena festivitates non observantium.*

Si qvis descriptas festivitates non celebraverit, sic judicetur in eum, ut si liber est, tribus diebus poeniteat, si servus, septem plagis mulctetur. *Colom. Decr. L. II. C.* 14.

## ARTICULUS II.

*Vigiliae quorum festorum celebrandae sint.*

In hac Saneta Synodo a Venerabili Rege Ladislao Statutum est, et ab universis Episcopis collaudatum et Canonisatum, ut vigiliae celebrentur beati Stephani Regis, et Gerhardi Martyris, qvo die passus est, et tres dies ad festivitatem S. Martini; et qvod patruus suus Andreas Rex cum omnibus, qvi tunc erant, Episcopis vovit et statuit, iste Rex Christianissimus destruere noluit, sed firmius corro-

boravit, trium dierum vigiliam ad festivitatem S. Petri *S. Lad. Decr. L. I. C.* 37. *Adde*: Epiphania cum vigilia, Philippi et Jacobi cum vigilia. *S. Lad. Decr. L. I. Cap.* 38. *supra Art. I. §. I. N.* 2.

## ARTICULUS III.

*Qvatuor tempora observentur.*

1.) Qvatuor tempora in suis, ut hactenus mos fuit, locis observentur. *Colom. Decr. L. I. C.* 71.

2.) Si qvis qvatuor tempora, et vigilias non jejunaverit, duodecim diebus pane, et aqva paeniteat in Cippo, S. *Lad. Decr. L. I. C.* 25.

3.) Si qvis qvatuor temporum jejunia cunctis cognita, carnem manducans, violaverit, per spatium unius hebdomadae inclusus jejunet. S. *Steph. Decr. L. II. C.* 9.

## ARTICULUS IV.

*Feria secunda, tertia et Sexta a Carnibus abstineatur.*

1.) Latini, qvi Hungarorum consvetudini legitimae consentire noluerint, scilicet, postqvam Hungari carnes dimiserint, ipsi iterum in secunda, et tertia feria comederint, si se nostrae consvetudini meliori non consentire dixerint, qvocunqve volunt, eo vadant, pecuniam vero, qvam hic acqvisiverunt, hic relinqvant, nisi forte resipuerint, et Carnes nobiscum dimiserint. S. *Lad. Decr. L. I. C.* 31.

2.) Si qvis in Sexta feria, ab omni Christianitate observata, carnem manducaverit,

per unam hebdomadam inclusus jejunet. *S. Steph. Decr. L. II. C. 10.*

# SECTIO V.

## *De Calendario.*

### ARTICULUS I.

*Vetus Calendarium cum novo comparatum.*

1.) In generali Conventu, per nos eis, juxta reformatum Calendarium ad 1. diem mensis Nov. veteris vero Calendarii ad 22. diem mensis Octobris A. 1587. indicto. 1588. *Exord. Dipl. Conf.* §. 1.

2.) Articuli DD. Praelatorum etc. in generali eorum Conventu, juxta reformatum Calendarium ad 1. diem mensis Nov. veteris vero Calendarii ad 22. diem mensis Octobris anni 1587. indicto Conclusi. 1588. *Epigraphe.*

### ARTICULUS II.

*Vetus Calendarium aboleatur.*

1.) De Calendario: etsi Status et Ordines Regni mallent, ut vetus Calendarium, a tot jam annis observatum, et cui se tam pauperes, qvam divites longo usu accommodarunt, in pristino suo Statu permaneret, volentes tamen se piae, et clementi Majestatis suae admonitioni accommodare, non refragantur qvidem, ut deinceps novi, et reformati Calendarii usus sit.

2.) Hoc tamen per expressum declaratum esse volunt: se illud nullius alterius, qvam

sola, et unica Regiae Majestatis suae authoritate in productum admittere.

3.) Et maneant Expeditiones et Judicia, hactenus sive sub novo, sive sub veteri Calendario factae, in suo vigore. 1588. *Art.* 28.

## ARTICULUS III.

*Usus veteris Calendarii abrogatur sub poenis.*

Ut usus novi, et reformati Calendarii per omnes Regnicolas observetur, veteris autem aboleatur, necessarium est. Cum autem usum novi Celendarii potissimum a qvibusdam Concionatoribus damnari et interdici existimetur, ideo decretum est; ut, si qvi tales Concionatores publicae constitutioni, hac de re sancitae, sese opponentes, reperti fuerint, ii proventus suos Ecclesiasticos statim, et de facto amittant; Civitates autem, et Domini terrestres, si qvi similiter sese iidem statuto publico opponere ausi fuerint, ac vetus Calendarium imprimi curare, illoqve uti, comperti fuerint, puniat, ac mulctet eos Sua Majestas in Mille florenis toties, qvoties contumaces fuerint. 1599. *Art.* 45.

## ARTICULUS IV.

*Vetus Calendarium lege Regni sublatum est.*

Usqve festum Sanctorum Petri, et Pauli Apostolorum veteris Calendarii, qvod de lege Regni sublatum esset. 1681. *Art.* 73.

# SECTIO VI.

## *De Censuris Ecclesiasticis.*

## ARTICULUS I.

### *De Regis excommunicatione.*

### §. I.

*Archiepiscopus Strigoniensis poterat Regem libertates infringentem excommunicare.*

1.) Spontanee consentientes, ut, sive nos, sive filii, et successores nostri hanc, a nobis concessam libertatem confringere voluerint, Archi episcopus Strigoniensis, praemissa legitima admonitione, nos vinculo excommunicationis, et eos, innodandi habeat potestatem. 1231. *Concl.*

2.) Si qvis nostrum imposterum praesentis Statuti, et libertatis a S. Stephano constitutae, transgressor exstiterit, qvod absit, illum D. Archiepiscopus Strigoniensis per Censuram Ecclesiasticam compellat ad praemissa inviolabiliter observanda, prouti id nos assumpsimus pari voto. 1267. *Concl.*

3.) Statuimus, et perpetuo Edicto Stabilimus, ut D. Rex libertates Regnicolarum suorum, et Ecclesiarum, tempore Coronationis suae in literis expressas, et ea, qvae in praesentibus statutis exponuntur. — D. Archiepiscopi Colocensis, de Consensu Praelatorum ferendam incurrat, et praeter haec, etiam alia, qvae in literis D. Regis, tempore Coronationis suae datis, continentur, plenius attendatur, et firmiter observentur. 1298. *Art.* 41.

## §. II.

*Rex potentiarios reprimere negligens per Praelatos excommunicari poterat.*

Si idem Dominus noster Rex, hujusmodi delinqventes perseqvi non curaret, et poenis supradictis negligenter punire obmitteret, denunciando omni privilegio, si qvod habet de eo, qvod excommunicari non possit; per D. Archiepiscopum Colocensem, omni Praelatorum Consilio attendente, prout ad hoc D. Rex, se, per literas suas speciales obligavit, a Romana sede Capella ejus interdicatur. 1298. *Art. 7.*

## §. III.

*Rex occupata Ecclesiarum et Nobilium bona et jura restituat sub vinculo excommunicationis.*

Statuimus etiam, ut sicut ex parte Regnicolarum praecipitur occupatorum restitutio, sic etiam D. Rex ad omnium occupatorum, qvae Ecclesiarum et Nobilium esse dinoscuntur, restitutionem teneatur: qvod, si non fecerit, Sententiam excommunicationis, per D. Archiepiscopum ex Consensu Praelatorum ferendam incurrat. 1298. *Art. 20.*

## §. IV.

*Rex excommunicetur, si avulsas Regni Partes restaurare neglexerit.*

Et, si aliqua pars Regni, sub qvocunqve titulo, vel colore, per qvemcunqve Regum

alienata exstitisset, teneatur revocare, et idem D. Rex ad jus Regium, ut Regnum Hungariae, qvasi qvoddam jus totum suarum possit Partium integritate gaudere, Sententiam ipsius D. Archiepiscopi Colocensis qvam de consensu Praelatorum Regni esset incursurus, si hoc, legitimo impedimento cessante, idem D. Rex neglexerit emendare. 1298. *Art.* 21.

## §. V.

*Rex Collectas a Subditis Ecclesiarum et Monasteriorum sub vinculo excommunicationis non exigat.*

Observandum: qvod sicut per Barones ita etiam par Regem, vel Proceres Hungariae, super populos Ecclesiarum, et Monasteriorum, nulla penitus Collecta exigatur; et si Contrarium factum fuerit, per dictum D. Archiepiscopum Colocensem, ad modum supra dictum (*Sententiam excommunicationis*) incurrant. 1298. *Art.* 43.

# ARTICULUS II.

*De excommunicandis aliis Regnicolis.*

## §. I.

*Bona occupata restituere nolentes excommunicentur.*

Qvicunqve Regalia, vel Reginalia indebite occupata, possessiones etiam Ecclesiarum, et Nobilium, fora, tributa hactenus indebite detenta non restituerint, et infra spatium trium

mensium, a die Congregationis computandorum, dimittere non curaverint, aut si qvi de novo ad Spoliandum, et occupandum possessiones Regales et Reginales, Ecclesiarum et Nobilium contra haec Statuta surrexerint, Sententiam excommunicationis, qvam contra injustos, ex nunc, auctoritate praesentium proferimus, incurrant ipso facto, a qva absolvi non valeant, nisi apud Archiepiscopum Colocensem, omnium Episcoporum nihilo minus consensu, et assensu interveniente, et praehabita satisfactione competenti, D. Regis cedant judicio, poena debita puniendi, possessionibus tamen omnibus ipso facto privati, deducta repensione damnorum, per tales illatorum; ceterae possessionum partes in manus Regias devolvantur. 1298. *Art.* 5.

## §. II.

*Interdictum in bonis potentiariorum qvomodo ponendum.*

Et qvia crescentibus excessibus crescere debet et poena, pro eo Episcopi Dioecesani, in qvorum Dioecesibus factum hoc, a Deo, et praesenti Statu dampnatum, attemptatum fuerit, in Ecclesiis et populis taliter dampnandorum, Interdictum ponant, et positum tam diu faciant observare, donec haec praemissa operatione D. Regis accedente, finem capiant congruum. 1298. *Art.* 9.

## §. III.

*Qui remissionem actus potentiarii extorserint, excommunicentur.*

Si per potentiam sibi remissionem procuraverint, tamqvam ex manifesta offensa, Sen-

tentiam excommunicationis ex nunc natam, incurrant, et infidelitate notati, Regis cedant judicio. 1298. *Art.* 12.

## §. IV.

*Qui violentias investigare noluerint, vel falsa retulerint, excommunicentur.*

Si dicti qvatuor Nobiles ob favorem, vel timorem, aut recepto pretio, recusare, vel hujusmodi depraedationes false suggerere de his, qvos noverunt, praesumpserint, excommunicationem incurrant ex nunc latam ipso facto, nihilominus D. Regis cedant judicio. 1289. *Art.* 14.

## §. V.

*Episcopi in suis Dioecesibus excommunicent Nobiles justitiam non facientes.*

Qvicunqve Nobiles juxta formam Statuti nostri justitiam non fecerint, tales qvilibet Episcopus in sua Dioecesi excommunicet, et nos eos pro excommunicatis tamdiu habebimus, donec injuriam passo satisfaciant competenter. 1231. *Art.* 10.

## §. VI.

*Munitiones super Ecclesiis, et Monasteriis factae deleantur sub poena excommunicationis.*

Munitiones et Castella, de novo, absqve licentia D. Regis, minores etiam super Eccle-

sias, vel Monasteria factae, sine dilatione omni deleantur, qvae si destructa non fuerint, detentores earumdem munitionum Sententiam ex nunc natam (incurrant.) 1298. *Art.* 10.

## §. VII.

*Episcopi in suis Dioecesibus spoliatores excommunicent.*

De Spoliationibus autem a tempore Congregationis inchoatae factis decernimus statuentes: qvod, si perceptio aliqua, vel informatio per qvoslibet similes electos Fpiscopo Dioecesano de his constare poterit, extunc qvilibet Episcopus Dioecesanus illos tales in sua Dioecesi dampnabiliter delinqventes, dampnationis dignos, excommunicet, et denunciet, acrius ab omnibus evitandos. 1298. *Art.* 15.

## §. VIII.

*Religiosi Excommunicatos ad Sacramenta non recipiant.*

Et si qvi Religiosorum hujusmodi excommunicatos, vel alios, ut superius est expressum, ad Ecclesiae Sacramenta admiserit, in vita, vel in morte, extunc omnibus, qvi de ista Religione esse dignoscuntur, ab omnibus Regnicolis eleemosyna priventur. 1298. *Art.* 16.

## §. IX.

*Regnicolae excommunicantur, qvi Religiosis, excommunicatos ad Sacramenta admittentibus eleemosynas dederint.*

Et qvicunqve ex Regnicolis fratribus illius Religionis, sibi proximis vel alienis, contra haec

haec Statuta eleemosynas porrexerint, Excommunicationis Sententiam, ex nunc latam, incurrant ipso facto. 1298. *Art.* 17.

## §. X.

*Rex Excommunicatos poenae subjiciat.*

Dominus autem Rex eosdem Excommunicatos sine strepitu judiciorum, si de his per veridicam relationem constiterit, debita poena feriat; si ceteri satisfactionem non curaverint; suos excessus emendabit, et absolvi non procuraverint sine mora. 1298. *Art.* 18.

## §. XI.

*Barones pro malefactoribus intercedentes excommunicentur.*

Barones etiam, vel Nobiles Regni, si pro malefactoribus aliqvibus intercesserint, in latam exnunc Excommunicationis Sententiam incurrant ipso facto. 1298. *Art.* 19.

## §. XII.

*In teloniis recentius inductis, et abolitis detinentes res excommunicentur.*

Statuimus: ut omnia tributa, a tempore Regis Ladislai facta, penitus deleantur; et qvicunqve res aliqvas in hujusmodi debitis tributis retinere praesumpserint, Sententiam excommunicationis incurrant. 1298. *Art.* 25.

## §. XIII.

*Personae privatae, bona decedentis Ecclesiasticorum diripientes, excommunicantur.*

Si qvi Parochianorum, vel aliarum personarum privatarum contra haec statuta (*de non*

*diripiendis bonis decedentium Ecclesiasticorum*) venire praesumpserint, qvod absit, Sententiam excommunicationis exnunc latam incurrant ipso facto. 1298. *Art.* 29.

## §. XIV.

*Exactiones a populis Ecclesiarum vel Nobilium sub vinculo Excommunicationis prohibentur.*

Et, si qvi Collectas vel exactiones qvascunqve super populos Ecclesiarum, et Nobilium facere praesumpserint, vel qvoqvo modo fiendas indixerint, poenam excommunicationis incurrant exnunc latam. 1298. *Art.* 30.

## §. XV.

*Descensus ad bona Ecclesiarum et Nobilium sub vinculo excommunicationis prohibentur.*

Barones vero, qvi in Monasteriis jus patronatus non habent, si super populos aliqvarum Ecclesiarum, ubi jus non habent, et etiam super populos Nobilium descensus fecerint violentos, poenam excommunicationis incurrant exnunc latam. 1298. *Art.* 31.

## §. XVI.

*Praeter Judices ordinarios nullus audeat causas judicare sub poena Excommunicationis.*

Statuimus etiam — potentum, vel impotentum, aliqvas Provincias commetaneas, duas, vel plures, aut etiam unam committat

judicandas, sed omnes Causae ad Palatinum, dum Provincias judicat, vel tunc, dum non judicat, ad Parochiales judices referantur; et si aliqvi hujusmodi Provincias judicandas assumpserint, Sententia excommunicationis, exnunc lata, innodentur. 1298. *Art.* 32.

## §. XVII.

*Qvi Nobiles ad sua servitia coegerint, excommunicentur.*

Si qvi potentum hujusmodi, Nobiles ad sibi serviendum, vi, vel potentia artaverint, aut ipsos propter hoc in personis, vel facultatibus suis laeserint, vel gravare . . . contra hoc statutum venerint, Excommunicationem exnunc latam incurrant ipso facto. 1298. *Art.* 33.

## §. XVIII.

*Res Nobilium, per seditionem rusticanam, ablatae sub Excommunicatione reddantur.*

Per universos D. D. Praelatos, et Ecclesiarum Rectores, cunctis Presbyteris, Dioecesibus eorum subjectis, immo etiam Fratribus cujuslibet Ordinis, sub Excommunicationis poena committatur, ut neminem absolvant, nisi primum bona Nobilium, praeterqvam in praelio adepta, et consecuta reddant, immo tales, qvi habent, ubiqve publice excommunicatos denuncient. 1514. *Art.* 51.

## §. XIX.

*Processus Ecclesiastici per Censuras deducantur ad effectum.*

Judicia Ecclesiastica, Processusqve per Censuras, per Judices Ecclesiasticos fieri in-

vocatione auxilio brachii secularis ad effectum perduci debeant. 1552. *Art.* 23.

## §. XX.

*Ecclesiastici, Nobiles Regni, qvibus cum litigant, in eadem Causa pendente lite, sine Placeto Regio censuris Ecclesiasticis non afficiant.*

1.) Qvod si Praelati, et aliqvi Viri Ecclesiastici contra Nobiles Regni nostri in aliqva Causa, in praesentia alicujus Judicis Regni nostri processerint, et litem habuerint, tunc pro Causa, pro qva agitur, lite pendente, Interdictum in eos ponere, vel contra ipsos sententiam Excommunicationis non possint promulgare, sicut hactenus usi sunt, et consveti, absqve scitu, et notitia Regiae Majestatis. 1351. Art. 1.

2.) Qvia inter Praelatos, ceterosqve Viros Ecclesiasticos, ac Nobiles, non nunqvam lites et Controversiae suboriri consveverunt, et pars partem omni via, modo et arte gravare laborat; pro tranqvilliori igitur statu, et commodo Regnicolarum, ne scilicet pars in partem in hoc casu habeat imperium, Statutum est: qvod si Praelati, et alii viri Ecclesiastici contra Nobiles in praesentia cujuscunqve Judicis litem moverint, pro re et Causa, pro qva scilicet agetur, lite ipsa pendente, sine certa scientia Regiae Majestatis, Interdictum in eos ponere, vel contra ipsos Sententiam excommunicationis ferre non debeant, ne potius ex passione, qvam aeqvitatis amore tulisse eam videantur. 1486. Art. 28.

## §. XXI.

*Episcopi Parochianos propter Plebanos non molestent Interdicto.*

D. D. Praelati crebro ad Parochianos Plebanorum Interdictum Ecclesiasticum imponere, sicqve illos aggravare non verentur; qvare statutum est, qvod ipsi Praelati, propter ipsos Plebanos, Parochianos eorundem per Interdicta Ecclesiastica turbare, seu molestare non debeant. 1498. *Art.* 69.

## §. XXII.

*Qvi Ecclesias dehonorant, excommunicentur.*

Qvisqvis fastu superbiae elatus Domum Dei ducit contemptibilem, et possessiones Deo consecratas, atqve ad honorem Dei sub Regia immunitatis defensione constitutas, inhoneste tractarit, vel infringere praesumpserit, qvasi invasor, et violator Domus Dei excommunicetur. *S. Steph. Decr. L. II. C.* 1.

## §. XXIII.

*Conspirantes contra Regem excommunicentur.*

Si qvis contra Regis Salutem aut dignitatem, qvolibet modo aliqvid conspiraverit, aut conspirare aliqvid tentaverit, seu tentanti scienter consenserit, anathematizetur, et omnium fidelium communione privetur. Vel si qvis hujusmodi aliqvem noverit, et probare valens,

non indicaverit, praedictae subjaceat damnationi. S. *Steph. Decr. L. II.* C. 51. §. 1. 2.

## §. XXIV.

*Decimae per censuram Ecclesiasticam quomodo extorqventur.*

1.) Volumus, ut Decimator Decimas non solutas, vigore seu subsidio Comitis, vel Vice Comitis Parochialium exigere, seu extorqvere non possit, nisi per Censuram Ecclesiasticam, canonica tamen admonitione praecedente. 1411. *Art.* 6.

2.) Qvia certa Scientia meminimus nostrorum Praedecessorum literis, et per nostram Majestatem freqventius literatorie et laudabili Consvetudine Regni nostri praecipi solitum esse, et usitatum: Decimas Ecclesiarum de singulis Villis, post Interdictum Ecclesiasticum, certo, consvetoqve tempore observari commissum, recusantibus per Comites Parochiales, aut vices suas gerentes, exigi debere cum singulis tribus Marcis; ideo praesentis Ordinationis, et statuti vigore, eandem consvetudinem ratam habentes, et innovantes, imitandam committimus: qvod post Interdictum Ecclesiasticum, in singulis Dioecesibus et locis temporibus hucusqve solitis impositum, de singulis villis, qvae per unius Mensis spatium hujusmodi Interdictum Ecclesiasticum animo indurato tolerando, easdem decimas persolvere recusaverint, seu non curaverint, mox elapso ipsius mensis spatio, Comites, vel Vice Comites Parochiales, per Decimatores reqvisiti Decimas easdem cum singulis tribus Marcis birsagialibus, indilate exigendis, e is

qvibus solvi debent, absqve dilatione, et defectu persolvi facere teneantur. 1435. *II. Art.* 7. *Casu Sexto.*

3.) Interim, donec de praemissis ad plenum decisum fuerit, Interdictum Ecclesiasticum ad Partem conqverentem, vel eorum Jobagiones minime imponatur. Elapso termino (Solutionis Decimarum) et non prius, super tales, qvi Decimas justas, et Consvetas solvere negligerent, Interdictum Ecclesiasticum imponatur, qvousqve per eos solutae non fuerint effective. Dominis tamen terrestribus, propter Rusticos Decimas solvere difficultantes Ecclesiasticum Interdictum non servetur. 1495. *Art.* 37. §. 8. 11. 12.

4.) Nobiles Electi Decimatores, si eis non parebunt, teneantur Episcopo, vel capitulo rescribere, et eum avisare, et si ille, vel illud non providebit, et non rectificabit, teneantur Regiae Majestati significare, qvae pro bono communi, et qviete Regnicolarum, pro sua gratia, et clementia hoc onus subire debet, qvod tam ex parte Episcopi, vel Capituli, qvam etiam Decimatorum talem justitiam faciat, qvod Comitatus bene, et merito contentus esse valeat; interim vero, Exactio Decimarum cessare debeat, et ejus occasione Episcopus Interdictum ponere non valeat. 1486. *Art.* 40. §. 6.

5.) Qvoniam propter indebitas Decimas, nec non Excommunicationes et Interdictorum impositiones per DD. Praelatos, et Viros Ecclesiasticos, ac Factores eorum crebro etiam per eos, qvibus Decimas ipsorum arendare solent, fiendas, Regnicolae, et eorundem Coloni, saepe numero gravantur, qvae, ut de cetero fieri neqveant, Statutum est: qvod:

dum; et qvandocunqve qvispiam Regnicolarum, vel Colonorum ipsorum, praetextu hujusmodi indebitarum Decimarum Excommunicationum, aut Interdictorum gravatus fuerit, extunc ipsi D. Praelato, cujus Dioecesi subesse dinoscitur, vel aliae personae Ecclesiasticae cui videlicet decimae solvi debent, si in domo sua, aut alias in propinqvo reperiri poterunt; seu autem, Factori eorundem, seu in personis ipsorum constituto, primum significare teneatur; et si satisfactionem ac recompensam per eos deinde illatis habuerit, beneqvidem, alioqvin ad trigesimum secundum, diem diei Evocationis exhinc fiendae computando, tales Regiae Majestati, ubicunqve constituta fuerit, per literas Praeceptorias, suas et Exhibitorias, Regia vero Majestate absente, Locumtenentis ejusdem evocentur in praesentiam, ex parte qvorum indilate judicium, et justitia ibidem administretur; vbi si Nobilis, vel Colonus privata in persona indebite decimatus, excommunicatus, vel Interdicto molestatus exstitisse, compertus fuerit, in homagio talis Nobilis, seu Coloni; si vero tota Possessio, in centum florenis, partim Judici, et partim Actori persolvendis, iidem D. D. Praelati, et eorundem Factores, atqve decimatores convincantur. 1504. *Art.* 23.

Qvod Rasciani, et ceteri hujusmodi Schismatici ad solutionem Decimae non adstringantur, et neqve per Comites Parochiales instar aliorum ad hujusmodi Decimarum solutionem compellantur; qvodqve ad Christianos, in qvorum medio tales Schismatici morantur, aut e contra, ratione ipsorum Schismaticorum, ob non solutionem Decimarum Inter-

dictum Ecclesiasticum non imponatur. 1481. *Art.* 3.

## §. XXV.

*Judex spiritualis in causis profanis neminem sub Excommunicatione coram se respondere compellat.*

Judices spirituales neminem compellant ad respondendum coram se in Causis profanis sub poena Excommunicationis, vel aliter; alioqvin, dato, qvod qvispiam hominum errore, vel ignorantia ductus, vel metu Sententiae respondeat, nullius sint momenti; et propter Excommunicationem Homagium excommunicati persolvat, qvia Regnicolae per ipsos Judices spirituales per tales coactiones, et illicitas Excommunicationes plurimum aggravantur. 1498. *Art.* 61.

## §. XXVI.

*Causae Excommunicationis concernunt forum spirituale.*

Item: omnes Causae, in qvibus qvis incidit in Sententiam Excommunicationis hominis, vel Canonum. 1462. *Art.* 3. §. 9.

# SECTIO VII.

## *De Asylo Ecclesiarum.*

### ARTICULUS I.

*Reus Criminis laesae Majestatis non gaudet Asylo.*

Si qvis in Regem, aut Regnum conspiraverit, refugium nullum habeat ad Ecclesiam. *S. Steph. Decret. L. II. C.* 51.

### ARTICULUS II.

*De Asylo furum servorum et liberorum.*

§. 1.

*Fur in Ecclesia, Curia Regis, vel ad pedes Episcopi gaudet Asylo.*

Fur nisi ceciderit in Ecclesiam, suspendatur; et si imprudentia ejus, qvi ceperat eum, evaserit, in Ecclesiam, vel in Curiam Regis, vel ad pedes Episcoporum; careat, qvi non cavit, vendicatione furti. Si servus fur inventus fuerit, nasus ejus, nisi ceciderit in Ecclesiam, vel in Curiam Regis, vel ad pedes Episcopi, abscindatur; et si ceciderit, careat custos ejus vendicatione furti. *S. Lad. Decr. L. II. C.* 1. §. 2. *et Cap.* 2.

§. II.

*Ecclesiae Asylum qvantum juvat furem liberum.*

Si qvis liber furatus fuerit, et ad Ecclesiam fugerit, cujus Ecclesiae refugium qvae-

sivit, illius servus sit; si Presbyter postea eum emancipaverit, et ipse vice ejusdem servus sit Ecclesiae. *S. Lad. Decr. L. III. C.* 4.

## §. III.

*Ecclesia qvid participat, si fur servus, vel liber ad ejus Asylum confugiat.*

1.) Servus, qvi furatus fuerit, et ad Ecclesiam fngerit, domino suo reddatur, et cujus consilio fugit, det Ecclesiae duas pensas.

2.) Et si liber furtum fecerit, sed neqve Captus, neqve ligatus, ad Ecclesiam fugerit, ipse similiter sit servus Ecclesiae, eo modo:

3.) Si Servus ad Ecclesiam fugerit, una pensa dominus eum redimat.

4.) Item: Si Servus magnum qvid, et tantum furatus fuerit, qvantum dominus ejus restaurare non poterit; cujus erat, unam pensam Ecclesiae dat. *S. Lad. Decr. L. III. C.* 5.

## §. IV.

*Asylum Ecclesiae furibus qvatenus opituletur.*

1.) Si qvi Servi, vel liberi fures ad Ecclesiam subintraverint, et se innocentes esse proclamaverint, judicio probentur; qvod si rei apparuerint, qvasi qvi Ecclesiam non intrassent, judicentur: si vero culpam confessi fuerint, lege beati Stephani discutiantur. *S. Lad. Decr. L. III. C.* 17.

2.) Si qvis de furto accusatus, ad Ecclesiam fugerit, non illico tamen pro fure culpa-

bili eum judicamus; sed Júdex cum Presbytero Ecclesiae illius eum interroget, utrum culpabilis sit, nec ne? et si reum se esse fatebitur, pro Ecclesia de obcaecatione oculorum, seu aliorum detrimentatione membrorum liberetur. Si vero se non esse furem dixerit, excusandi se potestas ei non negetur, sed non de periculis supradictis eum Ecclesia liberabit, si reus postea esse probabitur. *Colom. Decr. L. I. C.* 84.

## §. V.

*Fur liber, vel servus ad Ecclesiam fugiens, jure Asyli tantum vitam salvat, poenam non evitat.*

Si qvis liber vel servus in furto captus fuerit, suspendatur; si vero, pro evadendo patibulo, ad Ecclesiam fugerit, abductus ab Ecclesia, obcaecetur.

Servus in furto captus, si ad Ecclesiam non fugerit, sicut liber, suspendatur.

Liber in furto captus, si ad Ecclesiam fugerit, et inde eductus, obcaecatus fuerit, filii sui, et filiae suae, si decem annorum, aut minoris aetatis fuerint, in libertate permaneant; si vero majoris aetatis, qvam decem annorum fuerint, in Servitutem redigantur, et omnis Substantia eorum auferatur. *S. Lad. Decr. L. II. C.* 12.

## ARTICULUS III.

### *De Casibus Asyli.*

1.) Asyla qvibus suffragari debeant? cum, stante praesenti Diaeta, ob brevitatem tempo-

ris, elaborari non possit, Consilium Regium Locumtenentiale elaborabit, et Suae Majestati Sacratissimae submittet, ac in proxime futura Diaeta, ut ibidem determinari possit, referet. 1723. *Art.* 113.

2.) Negotium Asyli, in qvantum Casus ejusdem elaborati nondum essent, ut pro effectu Articuli 113. A. 1723. per Consilium Locumtenentiale Regium post Diaetam praesentem pertractetur, inqve primitus celebranda Regni Diaeta referatur, ibidem revideatur, et inarticuletur, Status et Ordines Regni cum benigno Suae Majestatis Sacratissimae assensu denuo concludunt. 1765. *Art.* 27.

## SECTIO VIII.

### *De Juramentis.*

### ARTICULUS I.

*Reges jurant per Deum vivum, Beatam Virginem Mariam et omnes Sanctos et Electos Dei, eosqve in adjutorium invocant.*

1.) In his, ac aliis libertatibus a S. Rege Stephano constitutis, ipsos Nobiles manutenebimus, et conservabimus. Sic nos Deus adjuvet, et Sancta Dei Evangelia, et vivificum Dominicae Crucis Signum. 1267. *Concl.*

2.) Nos Ferdinandus, juramus per Deum vivum, per ejus Sanctissimam genitricem Virginem Mariam, et omnes Sanctos, sic nos Deus adjuvet, et omnes Sancti. 1527. *Juram.*

3.) Nos Josephus juramus per Deum vivum, per ejus Sanctissimam genitricem Virgi-

nem Mariam, per omnes Sanctos; sic nos Deus adjuvet, et omnes Sancti. 1687. *Art.* 2.

4. Nos Carolus juramus per Deum vivum, per ejus Sanctissimam genitricem Virginem Mariam, ac omnes Sanctos. Sic nos Deus adjuvet, et omnes Sancti. 1715. *Art.* 2.

5. Nos Maria Theresia juramus per Deum vivum, per ejus Sacratissimam genitricem Virginem Mariam, ac omnes Sanctos. Sic nos Deus adjuvet, et omnes Sancti. 1741. *Art.* 2.

6.) Nos Leopoldus II. juramus per Deum vivum, per ejus Sanctissimam genitricem Virginem Mariam ac omnes Sanctos. Sic nos Deut adjuvet, et omnes Sancti. 1791. *Art* 2.

7.) Nos Franciscus juramus per Deum vivum, per ejus Sanctissimam genitricem Virginem Mariam, ac omnes Sanctos. Sic nos Deus adjuvet, et omnes Sancti. 1792. *Art.* 2.

## ARTICULUS II.

*Corregens juravit per Deum vivum, B. V. Mariam et omnes Sanctos, eosqve in adjutorium invocavit.*

Nos Franciscus juramus per Deum vivum, per ejus Sanctissimam genitricem Virginem Mariam, ac omnes Sanctos, sic nos Deus adjuvet, et omnes Sancti. 1741. *Art.* 4.

## ARTICULUS III.

*Judices a Palatino usque Judlium et Assessores, jurant per Deum vivum, B. V. M. et omnes Sanctos, et Electos Dei, et invocant eos, ac S. Crucem in adjutorium.*

1.) Juro per Deum, et per gloriosam Dei genitricem Virginem Mariam, et per omnes Sanctos, et Electos Dei. Sic me Deus adjuvet, et beata Virgo Maria, et hoc Signum vivificae Crucis Domini nostri Jesu Christi. 1435. *II. Art.* 1.

2.) Juro per Deum vivum, et gloriosam Dei genitricem Virginem Mariam, et per omnes Sanctos et Electos Dei. Sic me Deus adjuvet, et omnes Sancti. 1486. *Art.* 73.

3.) Juro per Deum vivum, et gloriosam Dei genitricem Virginem Mariam, et per omnes Sanctos et Electos Dei. Sic me Deus adjuvet, et omnes Sancti. 1492. *Art.* 33.

## ARTICULUS IV.

*Testimonia locorum Credibilium jurant per Deum Vivum, B. V. M. omnes Sanctos et Electos Dei et invocant Deum et Sancta Evangelia.*

1.) Juro per Deum vivum, et ejusdem Sanctissimam genitricem Virginem Mariam, et per omnes Sanctos et Electos Dei. Sic me Deus adjuvet, et Sancta Dei Evangelia. 1723. Art. 39,

2.) Juro per Deum vivum, beatissimam Virginem Mariam, et per omnes Sanctos, et

Electos Dei. Sic me Deus adjuvet, et Sancta Dei Evangelia. 1723. *Art.* 44. §. 1. 7.

## ARTICULUS V.

*Regii, Palatinales, Banales et Archiepiscopales homines jurant per Deum Vivum, B. V. M. omnes Sanctos et Electos Dei.*

Juro per Deum vivum, et ejusdem genitricem Virginem Mariam et per omnes Sanctos et Electos Dei. Sic me Deus adjuvet, et Sancta Dei Evangelia. 1723. *Art.* 39. §. 14.

## ARTICULUS VI.

*Conservatores Coronae, jurant per Deum vivum, B. V. M. omnes Sanctos et Electos Dei, et invocant eosdem in adjutorium.*

Juro per Deum vivum, ac per beatissimam Dei genitricem Virginem Mariam, et per omnes Sanctos, et Electos Dei. Sic me Deus adjuvet, beatissima virgo Maria, et omnes Sancti. 1715. *Art.* 38.

## ARTICULUS VII.

*Evangelici a clausula juramenti, per B. V. M. et Sanctos dispensantur.*

Evangelici etiam a depositione juramenti Decretalis qvoad Clausulam: Beatam Virginem Mariam, Sanctos et Electos Dei, immunes declarantur. 1791. *Art.* 26. §. 9.

## ARTICULUS VIII.

### *De Juramentis Praelatorum.*

### §. I.

*Praelatus in Ecclesia sua Cathedrali ad conscientiae suae puritatem jurat.*

Praelatus in Ecclesia sua Cathedrali ad conscientiae suae puritatem, coram Testimonio alicujus Capituli, vel Conventus, per Judicem ad id deputando, Sacramentum praestare tenetur. *P. II. T.* 40.

### §. II.

*Praelati juramentum pro decem personis nobilibus valet.*

Sciendum est: qvod qvilibet Praelatus pro decem personis nobilibus, ratione suae dignitatis habet jurandi potestatem. *P. II. T* 40.

### §. III.

*Archiepiscopus Strigoniensis, et Prior de Lövöld jurant per Officiales suos.*

Qvod ad Privilegia attinet, qvae olim Archiepiscopis Strigoniensibus, ac Prioribus de Lövöld, pro tempore constitutis, certisqve aliis in Regno, per divos Reges dicuntur esse concessa, qvibus privilegiis eximuntur ipsimet a praestando juramento, cum judicialiter eis imponitur, permittiturqve eis, ut loco sui Officiales ipsorum possint jurare; statutum est per suam Majestatem, et per Ordines Regni admissum, ut Privilegia ipsa, secundum eorum tenorem, in suo veteri, et pristino maneant

vigore, habeanturqve rata, et firmiter observentur in omne tempus. 1550. *Art.* 64.

## §. IV.

*Praelati Regi juramentum fidelitatis praestent.*

DD. Praelati juramentum praestare debeant, et teneantur Domino Regi super observanda fidelitate, et obedientia. 1453. *Art.* 2.

## §. V.

*Praelati, et Ecclesiastici Judiciis assidentes juramentum praestare debent.*

1. Statuimus: ut singuli Judices, et Justitiarii Regni nostri, tam Ecclesiastici, qvam seculares, tempore receptionis eorumdem ad hujusmodi honores, et Officia administrationis judicii et justitiae juramentum praestare teneantur. 1435. *II. Art.* 1. §. 1.

2. Sancitum est: qvod omnes Judices et Justitiarii hujus Regni, tam Ecclesiastici, qvam seculares tempore assumptionis ipsorum ad hujusmodi Officia juramentum honestum de servanda fidelitate, et administranda justitia praestare debeant. 1486. *Art.* 73. §. 1.

3. Omnes et singuli Judices et Justitiarii istius Regni, tam Ecclesiastici, qvam seculares, tempore receptionis eorumdem ad hujusmodi honores, et Officia administrationis judicii, et justitiae juramentum praestare teneantur. 1492. *Art.* 33. §. 1.

4. Qvod DD. Praelati judicio interesse debentes debeant praestare juramentum ad faciendum omnibus sine favore vel odio judicium justum. 1498. *Art.* 4. §. 2.

5. Ad Tabulam Septemviralem Jurisperiti juramento una cum Praelatis ad justitiae administrationem, similitudine Art. 4. Wladislai R. Decreti III. praevie obstringendi adhibeantur. 1715. *Art.* 24. §. 4.

6. Ad Tabulam Septemviralem duo ex Praelatis constituantur, ac ad administrationem justitiae aeqvali omnes juramento adstringantur. 1723. *Art.* 24. *Init.*

## §. VI.

*Archi-Abbas et Conventuales corporali juramento adstringuntur.*

Ut D. Archi-Abbas personas Conventuales, corporali juramento adstrictas habeat, id qvod respectu reliqvorum qvoqve Credibilium locorum in ordine ad praestandum juramentum, extensum intelligitur. 1723. *Art.* 44. §. 2. 3.

# SECTIO IX.

## *De Cemeteriis et sepulturis.*

### ARTICULUS I.

*Cimiteriorum violatores evocentur ad Octavas.*

Si tempore exercitus, vel alias qvocunqve tempore, aliqvi Cimiteria confringerent, aut jam confregissent, tales evocentur ad Octavas cum insinuatione. 1471. *Art.* 9.

### ARTICULUS II.

*Sepultura mortuorum in Ecclesia Parochiali sine discrimine fiat.*

Si qvis mortuos suos ad Ecclesiam suam non sepelierit, aut si Dominus servi sui cor-

pus, aut Villicus pauperis Villani, vel hospitis ad Ecclesiam non detulerit, duodecim diebus pane et aqva poeniteat in cippo. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 25.

## ARTICULUS III.

*Christiani tantum in atriis Ecclesiarum sepeliantur.*

Sepultura Christianorum nonnisi in atriis Ecclesiarum fiat. *Colom. Decr. L. I. C.* 73.

## ARTICULUS IV.

*Sine Confessione morientes sepultura careant.*

Si qvis obstinatus est, qvod absit ab omni Christiano, ut nolit confiteri sua facinora secundum svasum Presbyteri, hic sine ómni divino officio, et eleemosynis jaceat, qvemadmodum infidelis. Si autem parentes, et proximi neglexerint vocare Presbyteros, et ita subjaceat absqve Confessione morti, ditetur orationibus, et consoletur Eleemosynis, sed parentes luant negligentiam jejuniis, secundum arbitrium Presbyterorum. Qvi vero subitanea periclitantur morte, cum omni Ecclesiastico sepeliantur honore; nam occulta, et divina judicia nobis sunt incognita. *S. Steph. Decr. L. II. C.* 11.

## ARTICULUS V.

*De funeribus interfectorum.*

1. Nec pro funere hominum, per aliqvem, vel aliqvos interemtorum Archidiaconi, mala consvetudine, sicut usi sunt, marcam exigere valeant, atqve possint. 1351. *Art.* 2.

2. Decrevimus, prout etiam per certos Praedecessores nostros Reges decretum fuisse, intelleximus: qvod pro funeribus hominum per aliqvem, vel aliqvos interemptorum, Archidiaconi, seu Plebani Parochiani, prout huc usqve, de mala consvetudine, fuit observatum, nullam solutionem pecuniariam recipere valeant, atqve possint. 1439. *Art.* 39.

3. Stabilitum est, qvod pro funeribus, per aliqvem, vel aliqvos interemptorum Archidiaconi, seu Plebani, super interfectore, et non interfecto, solutionem pecuniarum recipere valeant; interfectus autem sine mora sepeliatur absqve omni solutione. 1458. *Art.* 40.

4. Qvia Archidiaconi, Vice Archidiaconi, et Plebani, propter eorumdem insatiabilitatem, non contenti justis et veris ipsorum proventibus, qvamdam detestandam, extra hoc Regnum inauditam, corruptelam, potissimum vero in Comitatu Simigiensi induxisse dignoscuntur, videlicet: qvod, dum contingit aliqvem, qvocunqve modo interfici, si etiam testatus decedat, sepultura illi et in Ecclesia, et etiam in Coemeterio interim negatur, donec ultra omnia funeralia, et alia, pro locorum consvetudine, et diversitate, in talibus fieri solita, una Marca argenti, vel qvatuor aurei solvantur. Qvae res, qvia non solummodo abusio, et corruptela, verum etiam qvoddam Sacrilegii, et Simoniae genus merito censeri potest. Eam ob rem praesenti Decreto Statutum est: qvod a modo, deinceps, ejuscemodi exactionis genus, ubiqve, et signanter in dicto Comitatu Simigiensi, cesset, et perpetuo aboleatur, et nemo Archidiaconorum, Vice-Archidiaconorum et Plebanorum, eorumqve Vicesgerentium, sub poena amissionis beneficiorum, extorqvere prae-

sumat. Prout hoc etiam tempore qvondam Serenissimi Domini Caroli Regis Hungariae etc. in praefato Comitatu Simigiensi, per Bullas Apostolicas, ad petitionem et instantiam ejusdem Domini Regis, cassatum, et exstinctum fuisse, ex eisdem Bullis, in praesenti Congregatione Regnicolarum publice perlectis, manifeste dignoscitur. 1486. *Art.* 63. *)

5. A modo, deinceps nemo Archidiaconorum, Vice-Archidiaconorum, et Plebanorum, eorumqve Vicesgerentium, sub poena amissionis beneficiorum, marcam illam argenti, vel qvatuor aureos, ultra omnia funeralia, *alias* de funere interfectorum abusive recipere consvetam, exigere praesumat, prout hoc etiam tempore Dominorum Caroli, Ludovici, Sigismundi, et Alberti Regum, per Bullas Apostolicas, ad instantem petitionem eorumdem Regum, cassatum, et exstinctum fuisse, manifeste dignoscitur. 1492. *Art.* 29.

6. De terragiis hominum interfectorum ad 29. *Art.* (A. 1492.) ubi continetur: qvod nemo Archidiaconorum, Vice-Archidiaconorum, et Plebanorum, eorumqve Vicesgerentium, sub poena amissionis beneficiorum suorum, marcam illam argenti; de qva in eodem Articulo fit mentio, de funere interfectorum exigere possit; hoc additum est, qvod, si qvi contrarium facerent, talium beneficia Majestas Regia, cuicunqve voluerit, liberam conferendi habeat potestatis facultatem. 1495. *Art.* 6.

---

*) Bulla de Marca a funere interfectorum non exigenda anni 1334. habetur in Suppl. ad Vestig. Comit. T. I. p. 276. et Bulla Joannis XXII. P. M. A. 1415. Reperi eam etiam in Bibliotheca Nagy Enyediensi.

# SECTIO X.

## *De personali residentia Ecclesiasticorum in suis Beneficiis.*

1. Praelati penes Ecclesias ipsorum jugiter resideant: 1548. *Art.* 6.

2. Ut DD. Praelatorum pio, et salutari exemplo boni ad virtutem provocari, discoli vero, ad amplectendam Christianam disciplinam, animari, reduciqve qveant; sua Majestate Sacratissima clementer annuente, statuitur: Ut Praelati, et alii Ecclesiastici beneficiati publicis Regis, vel Regni Officiis, aut aliis gravibus Ecclesiae negotiis non praepediti, in Dioecesibus et beneficiis suis, ad praescriptum legis, juxta strictam suam obligationem resideant, ne in contravenientes Regia etiam authoritate animadvertendum sit. Sacratissima Caesarea, et Regia Sua Majestas id, qvod muneris ejusdem esset, se clementissime observaturam resolvit. 1723. *Art.* 55.

3. Approbante salutarem hanc statuum et ordinum provisionem Sacra Regia Majestate, ultro qvoqve statuitur: Ut Praelati, aliiqve Beneficiati, publicis Regis, vel Regni, aut aliis gravibus Ecclesiae necessitatibus non praepediti, in suis Dioecesibus et beneficiis resideant, ad id etiam retentione proventuum beneficii qvod tenent, et qvidem per Regiam Majestatem, qva summum Ecclesiarum Patronum, similitudine etiam Articuli 71. A. 1723. adstringendi 1741. *Art.* 16.

4. Si qvis Praelatus publicis muneribus occupatus, penes Ecclesiam suam residere non posset, Vicarium, virum sufficientem, et Ecclesiasticum, loco sui continue teneat penes Ecclesiam. 1548. *Art.* 6. §. 8.

# SECTIO XI.

## *Reliqva Disciplinae Ecclesiasticae Capita.*

### ARTICULUS I.

*Missam extra Ecclesiam praeter casum necessitatis non licet celebrare.*

1. Nullus Presbyter audeat missam celebrare extra Ecclesiam, nisi forte itineris causa cogat eum. Si vero a Comite suo coactus fuerit, ab ordine cessabit, et qvi eum ad hoc coegerit, qvinqvaginta qvinqve pensas solvat. In itinere vero divinum Officium celebrare liceat in tentorio. S. Lad. Decr. L. I. C. 29.

2. Missa non celebretur, nisi consecratis in locis, nisi causa necessitatis aliqva existente, et tunc in tentorio, sive alio mundo loco, sed viae tantum, et itineri haec vacat necessitas, non venationi, nec sine Tabula itineraria. *Colom. Decr. L. I. C.* 68.

### ARTICULUS II.

*Reliqvias Sanctorum tantum Clericus portet.*

Reliqviae Sanctorum per viam non portentur, nisi a bono, et religioso Clerico. *Colom. Decr. L. I. C.* 69.

### ARTICULUS III.

*Candelam sine licentia Presbyteri nemo subtrahat.*

Si qvis candelam sine Presbyteri sui, aut fratrum licentia subtraxerit, manum eam, cum qva furtum commisit, decem pensis redimat. *S. Ladisl. Decr. L. I. C.* 14.

## ARTICULUS IV.

*Testes Sacerdoti confiteri debent ante Attestationem.*

Testimonium sic recipi jubemus, si praesertim sit Confessus, peccata sua Sacerdotibus, si deniqve contrarium habeatur, et Cautela sit veri testimonii per Sacerdotem in Confessione. Nullus audeat perhibere testimonium, nisi confessus peccata fuerit. *Colom. Decr. L. I. C. 26. et 27. §. initiali.*

## ARTICULUS V.

*Desponsatio conjugalis fiat in facie Ecclesiae.*

De desponsatione conjugali placuit Sanctae Synodo: ut omnis conjugalis desponsatio in conspectu Ecclesiae, praesente Sacerdote, coram idoneis testibus, aliqvo Signo subarhationis, et consensu utriusqve fieret; aliter non conjugium, sed opus fornicationis reputetur. *Colom. Decr. L. II. C. 15.*

## ARTICULUS VI.

*Sacerdos Confessarius potest dicere, se nescire audita.*

Idem est de Sacerdote Confessionem audiente, qvi etiam interrogatus per viam testimonii, potest dicere se nescire audita in confessione, qvia nescit ut testis. *Prolog. T. 16. §. 2.*

# CAPUT III.

## *De Ecclesia.*

## TITULUS I.

*De Ecclesia generatim, ut est fidelium communio.*

### SECTIO I.

*De Capite Ecclesiae, sive summo Pontifice.*

#### ARTICULUS I.

*Papa in terris principis Apostolorum vices gerit.*

Per praedicationem Apostolorum, qvorum Principis vicem, et personam in terris Papa gerit. *P. I. T.* 11. *§.* 2.

#### ARTICULUS. II.

*Petatur, ut Pontifex Concilium celebret.*

Supplicant Ordines et Status Regiae Majestati, Domino eorum clementissimo, ut tam sua, qvam Sacrae Majestatis Caesarea authoritate agat, apud Sanctissimum Dominum nostrum, qvo sanctitas sua Generale Concilium, pro complanandis omnibus differentiis, variisqve opinionibus de Religione, sine diuturniori mora celebrare dignetur. Qvod si sanctitas sua id differret, Majestas Caesarea dignetur modum adhibere, ne celebratio Concilii diutius protrahatur. 1548. *Art.* 13.

## ARTICULUS III.

*Pontifex interpelletur, ut relaxatis Annatis Episcopos gratis confirmet.*

1. Qvoniam Episcopatus, fere omnes, qvi sub ditione Regiae Majestatis sunt, in his disturbiis, magna ex parte, bonis et proventibus ipsorum spoliati sunt adeo, ut vix qvotidiani sumptus Episcopis suppetant, nedum arces ipsorum finitimas conservare possint; supplicant Ordines et Status Regiae Majestati, ut sua Majestas instet, et efficiat apud Sanctissimum Dominum nostrum, id, qvod etiam Ordines et Status publico nomine facturi sunt, qvo Sanctitas sua Confirmationes Episcoporum, nondum Consecratorum gratis concedat, authoritatemqve insuper gratis concedat aliqvibus ex eis, consecrandi hic in Regno suffraganeos, ut sint qui Sacros Ordines impertiant; nam et hactenus suffraganeorum inopia multis in locis magnus defectus Clericorum et Sacerdotum in Regno accidit. 1548. *Art.* 9.

2. Videtur autem illud apprime esse necessarium, ut, qvo Episcopi tum per se, tum vero suos, ad id delectos Vicarios, ac ceteros Ministros, munia ipsorum rite possint obire, cum pleriqve ex ipsis Episcopis a Regia Majestate, tum antea, tum proximis temporibus ad id muneris delecti, nondum sint, a Sancta Sede Apostolica confirmati, ac proinde impares sint, ad praestandum ea omnia, qvae ipsorum Officio incumbunt; Majestas Regia dignetur, primo qvoqve tempore, praecipuo aliqvo Oratore suo misso, diligenter instare, et efficere, apud futurum summum Pontificem, ut gratuitam confirmationem Episcoporum, a sua Majestate electorum, in Regno Hungariae, nec

non Suffraganeorum, aliqvot in locis necessariorum, clementer largiri, et in manus suae Majestatis expeditas Bullas hujusmodi liberaliter mittere dignetur; ut eas Majestas sua Episcopis ipsis, ad qvos spectaverint, benigne distribuere, et illi, hoc modo confirmati, munus suum Pastorale valeant postmodum liberius exercere. Constat etenim calamitosis his temporibus, qvibus Regnum armis hostilibus diu vexatum est, Episcopatuum redditus ac bona, vel majori ex parte imminuta esse, vel si qvae adhuc supersunt, in usum, ad conservandas Arces finitimas vix sufficere, nedum, ad qvotidianas necessitates Episcoporum pro dignitate, satis esse posse: usqve adeo, ut, qvae olim Annatae pro hujusmodi confirmationibus in Urbe pendi solitae erant, haud qvaqvam, vel minima ex parte hoc tempore videantur posse conflari; atqve ita interim multa negliguntur, in qvibus pietatem, et Religionem pessumdari necessum est: qvemadmodum hactenus ob hanc causam multis in locis contigisse, res ipsa edocuit. Síqvidem Consecratorum Episcoporum inopia, qvi vel saltem Ordines impertirent, Presbyterorum aliorum, aliorumqve Ministrorum Ecclesiae, mira paucitas, orbitasqve in multis Regni Partibus est subsecuta, atqve hinc facilior pravis dogmatibus aditus fuit. 1550. *Art.* 14.

3. Qvia constaret manifesto, cum potiore Regni hujus parte, potiorem qvoqve Episcopatuum numerum in ditionem Turcicam, cum deploranda Regni jactura totaliter devenisse, ac Episcopatibus ejusmodi titulum duntaxat, cum nullis, aut exiguis, vix Parocho dignis proventibus remansisse; aliorum vero Episcopatuum bona, ac reditus ob subjugatos, ma-

gna in parte, in ditionem Turcicam ipsorum subditos, mirum in modum diminutos esse, eapropter suae Majestati Sacratissimae supplicant Status et Ordines, ut sua Sacratissima Majestas juxta Art. 14. A. 1550. apud Summum Pontificem authoritate Imperiali, et Regia, ac totius Regni nomine, se se clementer interponere velit, qvatenus sua Beatitudo relaxationem Annatarum, inde a centum annis usitatam, continuare, et eo qvoqve modo consecratorum et conseqventer ministrorum ordinandorum copiam, cultumqve divinum, et Religionem promovere dignetur. 1649. *Art.* 87.

## ARTICULUS IV.

*Ad summum Pontificem Oratores mittantur pro Subsidiis.*

1. Qvod ad Summum Pontificem Oratores ex nunc mittantur. 1518. *Toln. Art.* 20.

2. Qvod DD. Consiliarii, et Assessores de Oratorum ad Summum Pontificem missione tractare debeant. 1519. 30.

3. Sollicitandi sunt, Sanctissimus Dominus noster, et alii Principes Christiani pro auxilio, contra hostes mittendo. 1526. *Art.* 14.

4. Videtur nomine Ordinum ac Statuum Regni Orator aliqvis ad ipsum futurum Summum Pontificem eligendus esse, qvi Regni Statu diligenter exposito, et qvantis in periculis laboret Hungaria, propugnaculum totius Reipublicae Christianae, ad confinia tuenda, confirmandaqve subsidium aliqvod studeat cum ipso Regiae Majestatis Oratore, porrectis humiliter totius Regni precibus, a sua Sanctitate, aliisqve Italiae Principibus impetrare. 1550. *Art.* 15.

5. Humillimas Status et Ordines referentes gratias quod, summi qvoqve Pontificis, et S. R. Imperii, ac Catholicissimi Regis Hispaniarum auxilia, in defensionem hujus Regni, veluti antemuralis totius Chsistianitatis, imploranda, sua Majestas in se assumere dignata sit. 1681. *Art.* 5. §. 15.

## ARTICULUS V.

*Pontifex solus ex Exteris in Hungaria militem conscribere potest.*

Ne hoc anno ullus ex Hungaris ad exterorum Dominorum et Provinciarum, excepto Summo Pontifice, qvi eodem Stipendio militem Hungarum conscribere poterit, stipendia, vel servitia se conferat. 1596. *Art.* 22. §. 1.

## ARTICULUS VI.

*Andreae II. Bulla Aurea missa est Domino Papae.*

Ut haec nostra tam concessio, qvam ordinatio sit nostris, nostrorumqve successorum temporibus in perpetuum valitura, eam conscribi fecimus in septem Paria literarum, et aureo Sigillo nostro roborari, ita: qvod unum Par mittatur Domino Papae, et ipse in Regestro suo conscribi faciat. 1222. *Art.* 31.

## ARTICULUS VII.

*Pontifex de conjugio Sacerdotum consulendus.*

Presbyteris, qvi prima, et legitima duxere conjugia, indulgentia ad tempus datur, propter vinculum pacis, et unitatem Spiritus San-

cti, qvousqve nobis in hoc Domini Apostolici paternitas consilietur. *S. Lad. Decr. Lib. I. C.* 3.

## ARTICULUS VIII.

*Pontifex confirmavit unionem qvarumdam Ecclesiarum*

Ecclesiae per unionem aliis Ecclesiis annexae, etiam per summum Pontificem confirmatae, ab unione dissolvantur. 1518. *Art.* 17. *Bach.* 1519. *Art.* 13.

## ARTICULUS IX.

*Papa potest eximere a solutione Decimarum.*

Papa multos privilegiat super Decimis non solvendis *Prolog. T.* 9. §. 1.

## ARTICULUS X.

*Papa potest judicare ex scientia privata.*

Papa, qvi Supremus Judex, non adstringitur legibus, debet seqvi veritatem. *Prolog. T.* 16. §. 3.

## ARTICULUS XI.

*Papa non potest statuere contra Jus divinum.*

Nec enim summus Pontifex posset statuere, ut non observaretur vetus, vel Novum Testamentum, vel, qvod liberi non educarentur a parentibus, *Prolog. T.* 9. §. 2.

## ARTICULUS XII.

*Papa non tollit consvetudinem loci.*

Canonistae asserunt, qvod lex Papae non tollat consvetudinem certi loci contrariam, si

de ea non fuerit facta mentio, qvia Papa non praesumitur scire contrarias consvetudines. *Prolog. T.* 12. §. 1.

## ARTICULUS. XIII.

*Papa non potest legitimare proles in matrimonio incaestuoso procreatas qvoad successionem.*

Si scienter matrimonium (*in gradibus prohibitis*) contractum fuerit, soboles durante matrimonio generatae etiamsi *eas* Papa legitimaret, tamen ad successionem bonorum, qvae ad fratres generationales, illis non existentibus, Regiam Majestatem respiciunt, ipsa legitimatio locum non haberet. *P. I. T.* 106. §. 2.

## ARTICULUS XIV.

*Pontifex Regi Hungariae duplicatam Crucem pro Insigni concessit.*

Unde etiam Rex, et Apostolus dici meruit, eo, qvod vices Apostolorum in terris, praedicatione, et bonorum Operum, atqve exemplorum exhibitione gessit, et propterea duas qvoqve Cruces, per Collationem summi Pontificis, in signum suae Sanctitatis, qvod scilicet Rex et Apostolus juste diceretur, digne meruit habere pro armorum Insignibus. Unde ab illius tempore gens Hungarica duplicatam Crucem pro armis et Insignibus habere pariter, et gestare consvevit. *P. I. T.* 11. §. 3.

## ARTICULUS XV.

*Ex nutu Pontificis Rex Hungariae beneficia Ecclesiastica confert.*

Qvi primus omnium (S. Stephanus) Episcopatus, Abbatias, Praepositituras hoc in Regno

gno fundavit, et harum omnium Ecclesiarum Praelaturas, ac beneficia solus ipse ex nutu Pontificis, qvibus maluit, contulit. *P. I. T.* 11. §. 2.

# SECTIO II.

## *De Bullis Papalibus.*

### ARTICULUS I.

*Bullae Papales sine Placeto Regio invigorosae sint.*

Per nos, ac Universitatem praetactorum Regnicolarum nostrorum conclusum, vetusta Regni consvetudine exigente, declaramus: ut nullus omnino hominum indigenarum, vel forensium, cujus — sine licentia nostra, aut successorum nostrorum Regum Hungariae, aliqvas Bullas, vel Script. Papales, vel Concilii, aut delegatorum ab eis, sive factum beneficiorum, sive poenarum, aut litium qvarumcumqve exprimant, ad hoc Regum nostrum, et intra ejus limites importare, aut se de qvocunqve beneficio, vigore earumdem, intromittere, vel etiam qvemcunqve Regnicolarum nostrorum citare, seu extra Regnum in causam attrahere praesumat. 1440. *Art.* 4.

### ARTICULUS II.

*Poena exeqventium Bullas Papales non acceptatas.*

Si qvis autem hujusmodi Bullas, vel Rescripta importare, et importatas executioni, nobis inconsultis demandare praesum. — Perinde observata privetur. 1440. *Art.* 5.

# SECTIO III.

## *De beneficiis Ecclesiasticis in Hungaria Romae non conferendis.*

### ARTICULUS I.

*Beneficia Ecclesiastica in Hungaria a Curia Romana non impetrentur.*

1. Qvanta mala, et discordiae ex provisionibus Ecclesiarum Cathedralium, Collegiatarumqve, et aliarum dignitatum ac beneficiorum Ecclesiasticorum per Sedem Apostolicam praeter voluntatem nostram factis, in hoc Regno exorta fuerint, et sint, peroptime clareret. Statuimus, ut nullus omnimo Clericorum, seu Religiosorum virorum, absqve praesentatione, et nominatione Regis, vel nostra, aliqvam Ecclesiam, Cathedralem, vel qvodcunqve beneficium Ecclesiasticum sibi per Sedem Apostolicam conferri, et se in eisdem consecrari facere audent, qvoqvomodo; contrarium facientes infideles et exules Regni habeantur. 1447. *Art.* 50.

2. Sciendum autem, qvod licet Papa, seu summus Pontifex utramqve jurisdictionem, temporalem, et spiritualem habeat, in Collationibus tamen Beneficiorum Ecclesiasticorum pro tempore vacantium in hoc Regno summus ipse Pontifex nullam jurisdictionem exeqvitur, praeter Confirmationis authoritatem. *P. I. T.* 11.

### ARTICULUS II.

*Forenses in aquam projiciantur, qvi beneficia Ecclesiastica in Hungaria ab aliis, qvam a Rege, vel aliis Patronis impetraverint.*

Volentibus DD. Baronibus, Consiliariisqve Majestatis Regiae, ac ceteris Regnicolis,

in praesenti Diaeta constitutis, repugnantibus tamen DD. Praelatis, et viris Ecclesiasticis, ordinatum est: qvodsi aliqvi forenses homines, ab aliis, qvam a Regia Majestate, vel illis, qui in hoc Regno super qvocunqve beneficio Ecclesiastico jus patronatus, qvo hactenus usi fuissent, habent; aliqva beneficia Ecclesiastica pro se procurarent, et hujusmodi procuratione jus sibi in eisdem, contra antiqvam libertatem Regni, vendicarent, in eisdemqve beneficiis residere auderent, et attentarent, qvod tales, et singuli, si deprehendi poterunt, ad aqvam projiciantur, tamqvam publici libertatis Regni turbatores. 1495. *Art.* 31.

## ARTICULUS III.

*Beneficia Ecclesiastica, personis Curiae Romanae obligata, intra annum eliberentur; et Regnicolis conferantur.*

Similiter etiam illae personae, qvae aliqva beneficia Ecclesiastica, sive magna, sive parva, qvibuscunqve personis, ad Curiam Romanam obligassent, infra unius integri anni spatium, a data praesentium Constitutionum computando, teneantur ea liberare; alioqvin per Majestatem Regiam occupentur, et personis idoneis, Regnicolis scilicet, et non forensibus conferantur. 1498. *Art.* 56.

## ARTICULUS IV.

*Beneficiatorum Romae morientium, beneficia; ne Pontifex exteris conferat, cautelae.*

Qvoniam plurimi Beneficiatorum Ecclesiasticorum, aut privatis eorum pro rebus, aut ceterorum Consociorum negotiis expediendis, in Urbem proficiscuntur, ibiqve saepe nume-

ro moriuntur, et sic eorum beneficia per summum Pontificem, exteris nationibus et advenis, contra Regni hujus libertatem crebro conferuntur; ideo deliberatum est: Ut a modo deinceps qvilibet DD. Praelatorum, et aliorum Virorum Ecclesiasticorum beneficiatorum, urbem petiturus, anteqvam itineri se submittat, teneatur de patrimonio suo in proventibus tantum Majestati Regiae, et S. Coronae se obligare, et inscribere, qvantum proventus beneficii sui annualis valere dinoscitur; Si vero tantum patrimonii non haberet, teneatur, priusqvam ingrediatur, literas a summo Pontifice assecuratorias impetrare, qvod, si etiam in Urbe casu decederet, beneficium nihilominus suum in Regno hoc salvum permaneat et illaesum. 1514. *Art.* 65.

## SECTIO IV.

### *Conqvestus, et praeterita prima instantia Citatio ad Curiam Romanam prohibetur.*

1. Qvod nullus Presbyterorum Regularium vel secularium atqve Clericorum, sive laicorum hujus Regni per viam simplicis qverelae, in qvibuscunqve causis ad curiam Romanam ex Regnicolis qvempiam citare, seu vexare praesumat, sed prius hic in Regno, coram Judicibus eorum ordinariis, videlicet coram Episcopo loci illius, in cujus Dioecesi moram trahit, et ab Episcopo ad suum Metropolitanum trahere possit in causam. 1445. *Art.* 16.

2. Statuimus, ut nullus omnino aliqvem Regnicolarum ad Curiam Romanam, seu extra hoc Regnum, nisi per viam apellationis cita-

re audeat qvoqvo modo; contrarium facientes infideles, et exules Regni habeantur. 1447. *Art.* 50.

3. Item: qvod nullus penitus Regnicolarum, sive sint Clerici, sive seculares, contra libertatem Regni, qva a tempore qvondam Sanctissimi Stephani Regis illibate utitur, directe, omisso medio, conqvestum a Curia Romana contra qvempiam impetrare possit; sed qvilibet prius hic in Regno, coram suis Judicibus ordinariis, jus suum proseqvatur, et ita tandem, si voluerit, per viam apellationis causam suam introducat. Qvibus contra facientes beneficati, suo beneficio priventur, non beneficiati autem poenam capitis luant. 1471. *Art.* 19.

4. Qvia nonnulli Clerici, et alterius conditionis pleriqve homines, tam Nobiles, qvam ignobiles, in Curiam Romanam, vel dum aliqvis Legatorum summi Pontificis, in hoc Regnum Hungariae missus, introierit, in ejus praesentiam Incolas hujus Regni, praesertim simpliciores, exquisitis qvibusdam occasionibus, interdum etiam calumniosis citare, et eos, lite mediante, magis ac magis urgendo, et vexando ad solutionem alicujus summae compellere, sicqve suam vitam criminose, nonnunqvam per fas, et nefas, et alere et sustentare consveverunt; propterea, ut talium seleratorum, lucro gaudentium, illicitus qvaestus, et via calumniandi cesset imposterum; per Barones, Proceres et Communitatem totius Regni hujus ordinatum est, et statutum: qvod deinceps nullus omnino hominum, qvempiam ratione alicujus negotii, in Curiam Romanam, vel praesentiam cujusvis Legati citare praesumat, nisi primum coram suo Dioecesano Archiepiscopo, vel Episcopo aut ejus Vicario, in causa convenire, et cum eo juridice procedere; tandemqve, dum aliqva

partium, justitiam sibi vel denegatam, aut alias se indebite aggravari, et condemnari sentiret, causam hujusmodi in Curiam Romanam, vel praesentiam ipsius Legati, per viam appellationis, et non aliter, provocare, deducereqve, et proseqvi valeat, atqve possit; contrarium autem facientes, debita poena puniantur. 1492. *Art.* 45.

5. Ad Art. 45. (A. 1492.) hoc additum est: qvod sicut de appellationibus ad Curiam Romanam, et Legatos, ibidem sancitum est, ita qvoqve de DD. Archiepiscopis in hoc Regno existentibus, is Articulus intelligatur: qvod nullus omnino hominum per simplicem qverelam, nisi per viam apellationis, de Dioecesi aliqvorum DD. Praelatorum, causam suam in praesentiam eorundem deducere possit; qvod, si qvipiam transgredi ausi fuerint, tales ab actione sua, et acqvisitione decidant, et insuper in qvadraginta florenis auri, contra partem adversam, pro expensis, convincantur; alioqvin in persona detineantur. Causas vero, qvae nunc in praesentia RR. D. Ursi de Ursinis Legati verterentur, ipsi Actores in praesentiam Judicis eorum ordinarii reducere teneantur. 1495. *Art.* 10.

6. Qvia ex concessione Venerabilium Episcoporum, Presbyterorum, et Diaconorum S. R. E. Cardinalium, olim in Concilio Constantiensi constitutorum, Regnum hoc in eo privilegiatum esse constat, qvod nullus extrahatur extra istud Regnum ad judicia, auctoritate literarum Apostolicarum, nisi cum causae aliqvae per apellationem legitime fuerint ad sedem Apostolicam devolutae; sunt autem plures, qvi, contra libertatis hujusmodi, complures Regnicolas, tam Spirituales, qvam Seculares, vigo-

re conqvestuum turbant, et molestant; qvare statutum est, prout etiam in Decreto majori continetur: qvod nullus extra Regnum istud, nisi per viam apellationis extrahatur. Portatores autem conqvestuum, sive sint spirituales, sive seculares, sive Religiosi, captiventur, et manibus Regiae Majestatis praesententur, ad turrim mancam, pro infligenda illis poena imponendi, Qvia autem sunt nonnulli, qvi exemptionis privilegio a sede Apostolica gaudentes, neqveunt coram Judicibus Spiritualibus, in hoc Regno commorantibus, attrahi in litem; ut contra tales hujusmodi conqvestus sive Rescripta Apostolica libere apportentur, extra tamen hoc Regnum, vigore ipsius non aliter, nisi modo praemisso, per apellationem extrahantur. 1498. *Art.* 64.

7. Illud tamen qvibuslibet indulgemus, ut in lite, seu causa qvacunqve forum spirituale concernenti, in hoc Regno nostro, et in praesentia Judicum ordinariorum ejusdem mota, et ventilata, finita hujusmodi lite seu causa, liberam ad Curiam Apostolicam, vel Concilium appellandi habeat facultatem. 1440. *Art.* 6.

## SECTIO V.

### *Nuncio Apostolico deinceps Salarium non detur.*

1. Qvod Stipendia, seu Salaria Burgoni, et aliis externis nationibus deputata, de cetero non reddantur. 1525. *Art.* 5. *Rákos.*

2. Item: qvod Stipendia, seu Salaria Burgoni, et aliis externis nationibus deputata, de cetero non reddantur. 1525. *Art.* 5. *Hatvan.*

# SECTIO VI.

## *De immunitate Ecclesiae.*

### ARTICULUS I.

*Rex Ecclesiam protegat.*

In regali qvidem palatio post fidem Ecclesia secundum tenet locum, a Capite nostro, scilicet Christo prius Seminata, deinde per ejus membra, utiqve Apostolos, Sanctosqve Patres transplantata, et firmiter aedificata, atqve per totum orbem diffusa. Et qvamvis semper novam pariat prolem, in certis tamen locis qvasi antiqva habetur. Haec autem fili Charissime! in Monarchia nostra adhuc qvasi juvenis, et novella praedicatur, atqve idcirco cautioribus, evidentioribusqve eget custodibus, ne bonum, qvod divina clementia per suam immensam misericordiam nobis concessit immeritis, per tuam desidiam et pigritiam, atqve negligentiam destruatur, et anihiletur. Nam qvi minuit, aut foedat S. Ecclesiae dignitatem, ille Christi Corpus mutilare nititur; ipse enim Dominus dixit Petro, qvem Custodem, Magistrumqve, eidem posuit Sanctae Ecclesiae: Tu es Petrus, et super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam; seipsum qvidem nominabat Petram, verum non ligneam, vel lapideam, super se aedificatam Ecclesiam dixit, sed populum acqvisitionis, gentem electam, divinam, gregem fide doctum, baptismate lotum, Chrismate unctum, sanctam super se aedificatam Ecclesiam dixit, et appellat. Si qvis infelix hujus Sanctae Ecclesiae membra, vel parvulos scandalizat, juxta Evangelii praecepta dignus est, ut mola suspendatur asinaria in collo ejus, et demergatur in profun-

dum maris, id est: dejiciatur de potestatis dignitate, et maneat extra Ecclesiam justorum, in illa mundiali miseria, sicut Ethnicus et Publicanus: Ac per hoc fili mi! ferventi studio debes invigilare in Sancta Ecclesia de die in diem, ut potius capiat augmentum, qvam detrimentum patiatur. Inde etiam imprimis Reges Augusti dicebantur, qvia augebant Ecclesiam. Hoc et tu facias, ut tua Corona laudabilior, et vita beatior, et prolixior habeatur. *S. Steph. Decr. L. I. C. 2.*

## ARTICULUS II.

### *Ecclesiae Rex est Defensor.*

1. Qvisqvis fastu superbiae elatus, domum Dei ducit contemptibilem et possessiones Deo consecratas, atqve ad honorem Dei sub Regia immunitatis defensione constitutas, inhoneste tractarit, vel infringere praesumpserit, qvasi invasor, et violator Domus Dei excommunicetur. Decet enim ut indignationem ipsius Domini Regis sentiat, cujus benevolentiae contemptor, et Constitutionis praevaricator existit; nihilominus tamen Rex suae concessionis immunitatem ab hominibus ditioni suae subjectis, illaesam conservari praecipiat, assensum vero non praebeat improvide affirmantibus: non debere esse res dominicas, id est: Domino Dominantium traditas. Itaqve sub defensione Regis sit, et sicuti suae propriae hereditati, magisqve advertat; qvia qvanto Deus excellentior est homine, tanto praestantior est divina causa mortalium possessione. Qvocirca decipitur, qvisqvis plus in propriis, qvam in Dominicis rebus gloriatur, qvarum defensor, et Custos divinitatis constitutus, diligenti cura, non so-

lum eas servare, sed etiam multiplicare debet, magisqve illa, qvae diximus, praestantiora, qvam sua defendere oportet, et augmentare. Siqvis igitur insanus, importunitate, improbitateqve sua, Regem a recto proposito suo pervertere tentaverit, nullisqve remediis mitigari posse visus fuerit, licet obseqviis aliqvibus, et transitoriis, sit necessarius, abscindendus ab eo, projiciendusqve est, juxta illud Evangelicum: Si pes, manus, aut oculus tuus scandalizat te, erue eum, et projice abs te. *S: Steph. Decr. L. II. C.* 1.

2. Regali judicio, scilicet defensori Christianitatis tradatur. *S. Steph. Decr. L. II. C.* 12.

3. Dignetur Sacra Majestas sua Caesarea pro Officio suo Imperiali pariter et Regio, qva veram, et Sanctam Religionem tueri et defendere tenetur in (Fautores Hereticorum) animadvertere. 1563. *Art.* 32.

4. Sua Majestas, tamqvam summus Ecclesiarum Dei, ad mentem S. Stephani Regis L. II. Cap. 1. et Trip. Tit. 11. P. I. in Apostolico isto Regno Patronus. 1715. *Art.* 60. *)

## ARTICULUS III.

*Immunitas Ecclesiastica firma permaneat.*

Statuimus siqvidem, et perpetuo Edicto stabilimus, qvod Ecclesia, tam in Capite, qvam

---

*) Temporibus horum Regum (usqve ad Emericum) qvi potius incremento Ecclesiarum Dei, et populo Christiano, hoc in Regno qvasi noviter plantato, curam salutis impendere studuerunt, Nobiles Regni Hungariae pauca admodum privilegia condonata habent. *P. II. T.* 14. §. 9.

membris gaudere valeat suis libertatibus. 1298. *Art.* 26.

# TITULUS II.

## *De Ecclesiis speciatim, et Templis.*

## SECTIO I.

### *Disciplinaria.*

### ARTICULUS. I.

*Ecclesiae, tamqvam domus Dei, in veneratione habeantur.*

Qvisqvis, fastu superbiae elatus, domum Dei ducit contemptibilem, et possessiones Deo consecratas, atqve ad honorem Dei, sub Regia immunitatis defensione constitutas, inhoneste tractarit, vel infringere praesumpserit, qvasi invasor, et violator Domus Dei excommunicetur. *S. Steph. Decr. L. II. C.* 1.

### ARTICULUS II.

*In Ecclesia Divinis modeste interesse oportet.*

Si qvi ad Ecclesiam venientes ad audiendum divinum Officium, ibidem, hora Solennitatis Missarum inter se murmurant, et ceteros inqvietant, exponentes fabulas otiosas, et non intendentes ad divinas lectiones cum Ecclesiastico nutrimento; si majores sunt, increpati, cum dedecore expellantur de Ecclesia; si vero minores, et vulgares, in atrio Ecclesiae, pro tanta temeritate, coram omnibus ligentur, et corripiantur flagellis. *S. Steph. Decr. L. II. C.* 18.

## ARTICULUS III.

*In Ecclesiis pro Rege qvotidie orandum est.*

1. Ex authoritate Apostoli pro Regis nostri salute et Regni ejus stabilitate in omnibus qvotidie Ecclesiis orandum censemus. *Colom. Decr. L. II. C.* 6.

2. Omnes non secus et hactenus qvandocunqve recepti, et qvocunqve nomine insigniti Ordines (Religiosi) in signum pietatis, et gratitudinis, singuli duodecim Sacro Sancta Missae Sacrificia pro suae Majestatis Sacratissimae Successorumqve Hungariae Regum, Regniqve hujus Apostolici incolumitate, incremento, et prosperitate singulis annis, et in perpetuum dicere, et celebrare, Moniales autem celebrari facere teneantur. 1723. *Art.* 96. §. 4.

3. Qvi Ordo (Fratrum Augustinianorum Eremitarum) in signum pietatis, et gratitudinis singularis duodecim Sacro Sancta Missae Sacrificia, pro suae Majestatis Sacratissimae, Successorumqve Hungariae Regum, Regniqve hujus Apostolici incolumitate, incremento, et prosperitate singulis annis, in perpetuum dicere, et celebrare teneatur. 1729. *Art.* 50.

4. Ut idem Ordo (Franciscanorum Conventualium) in testimonium gratitudinis suae duodecim Sacro Sancta Missae Sacrificia singulis annis in perpetuum, pro Sacrae Regiae, et Apostolicae Majestatis, Successorumqve Hungariae Regum, et Apostolici hujus Regni incolumitate, prosperitate, et incremento celebrare teneatur. 1765. *Art.* 42.

5. Qvae (Moniales Nôtre Dame) in signum pietatis, et gratitudinis singularis, duodecim Sacro Sancta Missae Sacrificia singulis annis pro sua Majestate Sacratissima, et Suc-

cessorum Hungariae Regum, ipsiusqve Regni Apostolici incremento, et prosperitate, celebrari curare tenebitur. 1765. *Art.* 43.

### ARTICULUS IV.

*Villani non ad alias, sed suae Parochiae Ecclesias vadant.*

Si, derelicta Ecclesia sua, Villani ad alias transierint, Pontificali jure, et Regali Mandato, unde transierint, eodem redire cogantur. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 19.

### ARTICULUS V.

*Insolentiae contra Ecclesias jure puniantur.*

Si qvi contra ipsos Praelatos et Concionatores ab eis delectos, ausu temerario, palam insurgere, et ipsos vituperiis, contumeliis, verberibus aut nece afficere, vel Ecclesias Dei in contemptum divinae Majestatis destruere, diripere, profanare, et spoliare: imaginesqve in Ecclesiis frangere, aut incendere praesumerent, tales, comperta rei veritate, pro delicti merito, jure mediante, per ejus Majestatem puniantur, modo, et ordine, super his in Articulis praedicti Conventus anni. 1548. expresso. 1553. *Art.* 7. §. 4.

## SECTIO II.

*Fata Ecclesiarum generatim.*

### ARTICULUS. I.

*Andrea III. thronum conscendente, Ecclesiae per potentes erant desolatae.*

Regnum Hungariae fecit in tantum anullari, ut Ecclesiae et Nobiles, alii autem Re-

gnicolae in suis facultatibus fere ad extremam exinanitionem devenerint. 1298. *Exord.* §. 1.

## ARTICULUS II.

*Ante medium Seculi XV. Ecclesiae, et earum Praelati oppressi erant.*

Qvod cum occulto Dei judicio Regnum Hungariae, qvod Christi fidelium propugnaculum existit, ex sua intrinseca divisione, et guerrarum intestina concitatione, his temporibus coepisset fluctuare, et in casus periculosissimos, proh dolor, devenire ita, qvod patrimonium Jesu Christi, Ecclesia videlicet, et Ecclesiarum Praelati, et Barones etc. per Paganos, aliasqve circum adjacentium Regnorum Nationes, sed et per intraneos inqvietos malefactores, in omnium facultatum suarum invasione, et devastatione praedae continuae, incendiorum, et aliorum maleficiorum universorum commissione, tantam passi fuere oppressionem, et damnificationem, qvod nisi altissimi Dei gratia celeris provisionis remedio, humanis etiam sollicitationibus occurrentibus, fuerit opportune provisum, Regnum hoc ad extremam devenire cernebatur periclitationem. 1445. *Exord.*

# SECTIO III.

## *De dote Ecclesiarum.*

## ARTICULUS I.

*Ecclesiarum dotatio qvalis sit.*

Decem Villae Ecclesiam aedificent, qvam duabus mansionibus, totidemqve Mancipiis do-

tent, eqvo, et jumento, sex bobus, et duabus vaccis, triginta qvatuor minutis bestiis.

Vestimenta vero et Corporalia, et Coopertoria Rex provideat.

Presbyterum et Libros Episcopi. *S. Steph. Decr. L. II. C.* 34.

Calices, et vestimenta ex sumptu Regis dentur, libros Episcopus provideat. S. *Lad. Decr. L. I. C. 7.*

## ARTICULUS II.

*Patronus Ecclesiae destinatam dotem praestet.*

Qvicunqve Ecclesiam Deo aedificaverit, et dotem nominaverit, nominatam vero non dederit, ad illud explendum transmisso Nuncio, praevaleat Episcopale judicium, cui si qvis contradixerit, et contradicendo verberaverit, ipse Regali judicio subjacebit. *S. Ladisl. Decr. L. I. C. 5.*

## ARTICULUS III.

*Dos a S. Stephano Ecclesiis disposita permaneat.*

Placuit Regi communi Concilio, ut dotes cujuslibet possessionis, Monasteriis, seu Ecclesiis a beato Stephano Rege dispositae, inconvulsae remaneant. *Colom. Decr. L. I. C. 1.*

## ARTICULUS IV.

*Villae Ismaelitarum Ecclesias aedificent, et dotent.*

Unicuiqve Villae Ismaelitarum Ecclesiam aedificare, de eademqve villa dotem dare praecipimus. *Colom. Decr. L. I. C. 47.*

# SECTIO IV.

## *De Jure patronatus Ecclesiarum.*

### ARTICULUS I.

### *De Jure patronatus Regibus Hungariae competente.*

### §. I.

*Rex est summus Ecclesiarum in Regno Patronus.*

1. Qvod Dominus noster Rex omnes Abbatias et Praeposituras, qvorumcunqve Ordinum Regularium idoneis viris regularibus Capacibus, et in Regula Ordinis peritis, tamqvam verus Patronus et nemo alter conferat. 1458. *Art.* 58.

2. Majestas Sacratissima, ut Supremus Ecclesiarum Patronus, Ecclesias Dei in suis juribus conservabit. 1791. *Art.* 23.

3. Qvia libertate antiqva hujus Regni reqvirente Collationes qvorumcunqve beneficiorum in omnibus Regni Ecclesiis, in qvibus Regia Majestas Jus patronatus habere censetur, ad Majestatem suam spectare dignoscuntur. 1498. *Art.* 67.

4. Reges Hungariae soli fuerunt, omnium Ecclesiarum in hoc Regno fundatores. *P. I. T.* 11. §. 1.

5. Collatio beneficiorum Ecclesiasticorum simul cum bonis, et juribus possessionariis, ad Ecclesias Dei pertinentibus ad principem, et Regem nostrum spectare dignoscitur. *P. I. T.* 12.

6. Emericus Ecclesiam Váradinensem certis donationibus decorasse pariter, at ampliasse perhibetur. *P. II. T.* 14. §. 7.

7. Qvodsi

7.) Qvodsi sunt minora beneficia aliqva Ecclesiastica vacantia, vel inposterum qvoqve vacatura, aut qvae apud manus seculares haberentur, illa Sacra Majestas sua, vigore Juris patronatus sui universalis gratiose conferre dignetur, ut Clerus in Regno, in tanta Ecclesiasticarum personarum penuria, augeatur. 1569. *Art.* 36.

8.) Sua Majestas tamqvam Summus Ecclesiarum Dei, ad mentem S. Stephani L. II. C. 1. et Trip. Tit. 11. P. I. in Apostolico isto Regno Patronus. 1715. *Art.* 60.

9.) Praelatorum, et qvorumvis Beneficiatorum proventus per Suam Majestatem Sacratissimam, qva Summum Ecclesiarum Patronum, ad restaurationem Ecclesiarum, aut aedificiorum et fundorum reparationem applicari valeant. 1723. *Art.* 71.

10.) Praelati, aliiqve Beneficiati in suis Dioecesibus et Beneficiis resideant, ad id etiam retentione proventuum beneficii, qvod tenent, et qvidem per Regiam Majestatem, qva summum Ecclesiarum Patronum, similitudine etiam Art. 71. A. 1723. adstringendi. 1741. *Art.* 16.

11.) Qvod nos Jus patronatus, omnium Ecclesiarum, vel Monasteriorum, sigilla habentium, auferamus ab omnibus, et pro nobis retineamus, qvia multae incommoditates eveniunt ab eis Regno, et Regnicolis, qvod suas portiones (partes) fovent, et sigillo suo in favorem illorum libere uti non possunt. 1471. *Art.* 18.

## §. II.

### *Fundamentum facti historici Juris patronatus Ecclesiarum Regis Hungariae.*

Sciendum autem: qvod, licet Papa, seu summus Pontifex utramqve jurisdictionem, temporalem scilicet, et spiritualem habeat; in Collationibus tamen beneficiorum Ecclesiasticorum, pro tempore vacantium in hoc Regno, summus ipse Pontifex nullam Jurisdictionem exeqvitur, praeter confirmationis auctoritatem; et hoc qvadruplici ratione. Primo: ratione fundationis Ecclesiarum; qvia Reges Hungariae, cum soli fuerint omnium Ecclesiarum, et Episcopatuum, Abbatiarumqve, et Praepositurarum in hoc Regno fundatores, per ejuscemodi fundationem, omnem facultatem Juris patronatus, nominationis, electionis, ac collationis Beneficiorum sibi ipsis acqvisierunt, et vendicarunt: qva ex Causa, Juris videlicet patronatus ratione, pertinet semper ad Reges nostros hoc in Regno beneficiorum Ecclesiasticorum collatio. Secundo: ratione susceptae Christianitatis; qvia Hungari non per praedicationem Apostolicam, vel Apostolorum, qvorum Principis vicem, et personam in terris Papa gerit, sed per institutionem proprii Regis eorum, Sanctissimi videlicet Stephani Regis, de qvo et superius memini, conversi sunt ad Catholicam fidem, qvi primus omnium Episcopatus, Abbatias, Praeposituras hoc in Regno fundavit, et harum omnium Ecclesiarum Praelaturas, ac beneficia solus ipse ex nutu summi Pontificis, qvibus maluit, idoneis tamen, et virtutibus probitatum insignitis contulit. Sicuti Ecclesia de eo solenniter

canit: Hic, videlicet S. Stephanus, ad instar Salamonis, struit templa, ditat donis, ornat gemmis, et coronis Cruces et Altaria. Et mox subinfertur: Ad regendum haec Praelatos, vivos ponit literatos, justos, fidos, et probatos, ad robur fidelium. Sic talentum sibi datum, Deo reddens dupplicatum, ab aeterno praeparatum sibi scandit solium. Ecce, aperte describitur, qvod ipse, et non alter qvispiam ad regenda templa, per eum constructa, donisqve ditata, Praelatos justos et fidos posuit, prout ex ejus qvoqve historia, et pluribus Privlegiis super Ecclesiarum fundationibus, et dotationibus confectis, liqvide patet; Itidem et pleriqve Caesarei ac Pontificii Juris Interpretes suis Commentariis conscriptum prodidere. Unde etiam Rex, et Apostolus dici meruit, eo, qvod Apostolorum in terris, praedicatione, et bonorum Operum, atqve exemplorum exhibitione gessit; et propterea duas qvoqve Cruces per collationem summi Pontificis, in signum suae Sanctitatis, qvod scilicet Rex, et Apostolus juste diceretur, digne meruit habere pro armorum Insignibus; unde ab illius tempore gens Hungarica duplicatam crucem pro armis, ac Insignibus habere pariter, et gestare consvevit. Tertio: ratione ejusdem praescriptionis; qvoniam Reges Hungariae, a tempore regiminis ejusdem beatissimi Stephani nostri Regis, qvi anno Dominicae Incarnationis primo supra millesimum in Regem Hungaricae gentis feliciter inunctus, pariter, et coronatus est, ad haec usqve tempora, semper in reali, et pacifico usu, ac possessione collationis hujusmodi beneficiorum Ecclesiasticorum, plus, qvam per qvingentos annos persistentes, tem-

pus praescriptionis jurium Ecclesiasticorum, etiam Sanctae Sedis Apostolicae, iteratis vicibus dudum transcenderunt, Qvarto: qvia ista libertas Regni, qvantum ad beneficiorum Collationes, olim, tempore D. Sigismundi Imperatoris, et Regis nostri, una cum complurimis libertatibus hujus Regni, in Generali, ac celebri Concilio Constantiensi, cui triginta et duos Cardinales, demptis aliis Viris Ecclesiasticis, et multis Principibus Christianis, praefuisse constat, corroborata, jurisqve jurandi religione firmata fuit, prout in Bulla superinde confecta clare continetur. P. *I. T.* 11.

## §. III.

*Ecclesiarum Juris patronatus Regii res, et bona nullus Officialis Regius propria authoritate occupet.*

1.) Adjicientes Statutis Superioribus: qvod nullus Comes, Banus, Vajvoda seu alius officialis, Regius Minister, cujuscunqve conditionis et dignitatis existat, Ecclesias Episcopales, Archiepiscopales, Abbatiales, Praepositales, et alias qvascunqve Regio jure-patronatus disponendas, earumdemqve tenutas, pertinentias, Decimas, et possessiones, intra terminos, et limites sui honoris, seu officolatus, absqve speciali mandato Regio occupare, aut sese de eisdem partialiter, ac totaliter ingerere praesumat. 1435. II. Art. 21.

2.) Statutum, et diffinitum est, prout etiam per Serenissimum qvondam Sigismundum Imperatorem Sancitum fuisse dignoscitur: qvod nullus Banus, Comes, Vajvoda, seu alius Officialis Regius, cujuscunqve tituli,

authoritatis, dignitatis, et praeeminentiae existat, Ecclesias Archiepiscopales, Episcopales, Abbatiales, Praepositales, et alias qvascunqve Juri patronatus Regio conservatas, et disponendas, earumqve pertinentias, fructus, et reditus; sed neqve Decimas, et Possessiones, intra terminos, et limites sui honoris, seu Officiolatus, absqve speciali Mandato Regiae Majestatis, occupare, aut de eisdem partialiter, aut totaliter se ingerere praesumat. 1486. *Art.* 37.

## §. IV.

*Collationes super Jure patronatus Ecclesiarum invigorosae sunt, nisi qui sunt fundatores earum.*

1.) Donationes super Jure patronatus, qvoad Ecclesias Regularium Persenarum, per qvoscunqve Reges, qvibuscunqve factae nullius sint vigoris, et viribus omnibus cariturae pronunciantur, praeter illas Ecclesias, qvas fundaverint certi fundatores, qvorum corpora in ipsis Ecclesiis existunt tumulata. 1458. *Art.* 59.

2.) Ut Curia Majestatis Regiae honeste, et Servitorum freqventia, ac multitudine sit referta, et decorata, universa Jura patronatus, omnium Ecclesiarum, et beneficiorum Ecclesiasticorum, tam per Majestatem Regiam, qvam etiam Serenissimum quondam Dominum Wladislaum genitorem Regiae Suae Majestatis Charissimum piae memoriae, cuicunqve collata, revocata habeantur, et Majestas Sua Regia de cetero cuncta beneficia Ecclesiastica, demptis Canonicatibus et Rectoratibus Alta-

rium, qvibuscunqve sola voluerit, juxta Decretum, pro festo Beati Lucae editum, conferat. 1519. *Art.* 12.

3.) Item: ut Curia Majestatis Regiae honeste, et multitudine Servitorum sit referta, et decorata, universa jura patronatus omnium Ecclesiarum, et beneficiorum Ecclesiasticorum, tum per Majestatem Regiam, qvam etiam Serenissimum qvondam Dominum Wladislaum Regem, genitorem Suae Majestatis Charissimum, piae memoriae, cuicunqve collata, revocata habeantur.

Et Majestas Sua Regia de cetero cuncta beneficia Ecclesiastica ab illis, qvi ultra unum habent, pariter auferat, et juxta Contenta generalis Decreti dividantur, ut plures Deo glorioso servire, plures etiam gentes pro defensione Regni conservari possint. 1518. *Bach. Art.* 16.

Item: Ut Curia Majestatis Regiae honeste, et Servitorum freqventia, ac multitudine sit referta et decorata, universa Jura patronatus omnium Ecclesiarum, et beneficiorum Ecclesiasticorum, tam per Majestatem Regiam, qvam etiam Serenissimum qvondam Dominum Wladislaum Regem, Genitorem Suae Majestatis charissimum, piae memoriae cuicunqve collata, revocata habeantur.

Et Majestas Sua Regia de cetero cuncta beneficia Ecclesiastica, demptis Canonicatibus, et Simplicibus Archidiaconatibus, ac Rectoratibus Altarium, qvibuscunqve sola voluerit, juxta praeallegatum Decretum, pro festo B. Lucae Evangelistae editum, conferat.

Praeterea cuncta beneficia Ecclesiastica ab illis, qvi ultra unum habent, per Regiam Majestatem pariter auferantur, et, juxta conten-

ta Generalis Decreti, personis bene meritis distribuantur, ut eo plures Deo glorioso servire, plures etiam gentes pro Regni defensione conservare possint, 1525. *Hatvan.* **Art.** 36.

## §. V.

***Forenses**, qvi Beneficia Ecclesiastica in Hungaria ab aliis, qvam a Rege, vel aliis Patronis, impetraverint, in aqvam projiciantur.*

Volentibus DD. Baronibus, Consiliariisqve Majestatis Regiae, ac ceteris Regnicolis, in praesenti Diaeta constitutis, repugnantibus tamen D. D. Praelatis, et Viris Ecclesiasticis, ordinatum est: qvod si aliqvi forenses homines ab aliis, qvam a Regia Majestate, vel illis, qvi in hoc Regno super qvocunqve beneficio Ecclesiastico Jus patronatus, qvo hactenus usi fuissent, habent, aliqva beneficia Ecclesiastica pro se procurrarent, et hujusmodi procuraratione jus sibi in eisdem, contra antiqvam libertatem Regni, vendicarent, in eisdemqve beneficiis residere auderent, et attentarent; qvod tales, et singuli, si deprehendi poterunt, ad aqvam projiciantur, tamqvam publici libertatis Regni turbatores. 1495. *Art.* 31.

## §. VI.

***Beneficia Ecclesiastica Hungarica a Curia Romana non impetrentur.***

**Quanta mala, et discordiae ex provisionibus Ecclesiarum Cathedralium, Collegiatarum-**

qve, et aliarum dignitatum ac beneficiorum Ecclesiasticorum per Sedem Apostolicam praeter voluntatem nostram factis, in hoc Regno exorta fuerint, et sint, peroptime clareret; statuimus igitur: ut nullus omnino clericorum seu Religiosorum virorum, absqve praesentatione, et nominatione Regis, vel nostra, aliqvam Ecclesiam Cathedralem, vel qvodcunqve beneficium Ecclesiasticum sibi per Sedem Apostolicam conferri, et se in eisdem consecrari facere audeat qvoqvo modo; contrarium facientes infideles et exules Regni habeantur. 1447. Art. 50.

## §. VII.

*Beneficiatorum Romae morientium beneficia, ne Pontifex exteris conferat, cautelae.*

Qvooniam plurimi beneficiatorum Ecclesiasticorum, aut privatis eorum pro rebus, aut ceterorum consociorum negotiis expediendis, in Urbem proficiscuntur, ibiqve saepenumero moriuntur, et sic eorum beneficia per summum Pontificem exteris nationibus, et advenis, contra Regni hujus libertatem crebro conferuntur; ideo deliberatum est, ut, a modo deinceps, qvilibet D. D. Praelatorum, et aliorum Virorum Ecclesiasticorum beneficiatorum, urbem petiturus, anteqvam itineri se submittat, teneatur de patrimonio suo, in proventibus tantum Majestati Regiae, et Sacrae Coronae suae obligare, et inscribere, qvantum proventus beneficii sui annualis valere dinoscitur; Si vero tantum patrimonii non haberet, teneatur, priusqvam (iter) ingrediatur, literas a Summo Pontifice assecuratorias impetra-

re, qvod si etiam in urbe casu decederet, beneficium nihilominus suum in Regno hoc salvum permaneat, et illaesum. 1514. *Art.* 65.

## §. VIII.

*Jus patronatus in VII. Comitatibus Principi Transylvaniae concessis suae Majestati reservatum est.*

1.) Collatio bonorum Ecclesiasticorum, et Jus patronatus in iisdem Comitatibus Suae Majestati Salva permaneat. 1622. *Art.* 29. §. 6.

2.) Collatio bonorum Ecclesiasticorum, et Jus patronatus in iisdem Comitatibus salva permaneat. 1647. *Art.* 20. §. 5.

## §. IX.

*Gubernator* Regni *exercuit etiam Jus patronatus Ecclesiarum.*

Gubernator Ecclesias vacantes tempore debito, cum Consiliariis deputatis, personis idoneis, juxta traditam sibi potestatem conferat. 1447. *Art.* 56.

# ARTICULUS II.

## *De Jure patronatus Privatorum.*

## §. I.

*Jus patronatus in Beneficiis Ecclesiasticis praetendentes legitiment.*

1.) Probatur Ordinibus et Statibus, ut qvemadmodum Sacra Regia Majestas hortatur,

benigne fideles suos, penes qvos beneficia aliqva sunt Ecclesiastica, si ipsi Jus patronatus in eis praetendunt, illud producant coram sua Majestate; Et de suis manibus nihilominus ea tradant viris Ecclesiasticis, neqve diutius patiantur Ecclesias suas suis legitimis carere Pastoribus, 1353. *Art.* 9. §. 1.

Qvodsi aliqvi Regnicolarum Jus patronatus in aliqvibus beneficiis se habere praetendunt, teneantur illud, legitime citati, coram Sacra Majestate sua probare, juxta Articulos anni 1553; eoqve probato, beneficia vacantia conferre, et non in proprium usum reservare. Et nisi illa ipsi conferant, a Sacra Majestate Caesarea conferantur. 1569. *Art.* 36.

## §. II.

*Jus patronatus liberarum Civitatum laesum fuit.*

Liberarum Regiarum Montanarumqve Civitatum non exiguae fuissent qverelae, qvod in Jure patronatus, contra Privilegia ipsorum impeditae exstitissent. 1681. *Art.* 41.

## §. III.

*Patronus dotem Ecclesiae destinatam rite praestet.*

Quicunqve Ecclesiam Deo aedificaverit, et dotem nominaverit, nominatam vero non dederit, ad illud explendum, transmisso nuncio, praevaleat Episcopale judicium, cui, si qvis contradixerit, et contradicendo verberaverit, ipse Regali judicio subjacebit. *S. Lad. Decr. L. I. C. 5.*

## §. IV.

*Ecclesias, praeter patronos, nullus occupet.*

Qvod nullus ex Baronibus, Secularibus Ecclesias Episcopales vel Abbatias, aut Praeposituras, sive alias quascunqvae occupatas teneat, et nec imposterum titulo gubernationis, aut Jure patronatus, vel alio qvocunqve colore se de hujusmodi Ecclesiis intromittat; Salvo, qvi ex fundatione Jus patronatus habent. 1444. *Art.* 15.

## §. V.

*Plebani invitis Patronis non confirmentur.*

1.) Praelati Ecclesiarum invitis Patronis Ecclesiarum Plebanos ad recipiendam Investituram, seu confirmationem astringere non praesumant. 1498. *Art.* 66.

2.) Solent nonnulli D. D. Praelatorum universos Plebanos Dioecesibus ipsorum subjectos ad id coarctare, ut, postqvam ad Plebaniam eliguntur, statim Episcopo ipsorum se praesentare, ipsisqve juramentum praestare, ac ab eis literas superinde habere, et excipere teneantur; qvod in manifestam perniciem Nobilium vergit, cum a tempore S. Regis Stephani semper per se Plebanos eligendi habuerint facultatem, ideo ordinatum est; ut de cetero nemo Plebanorum ad hoc teneatur, nec qvisqvam illorum invitis Patronis confirmetur; nam aliter Coloni illius possessionis, ubi id contingit, Decimas Praelato eorum reddere nullatenus praesumant, sed in conservationem Castrorum finitimorum Decimae ipsae convertantur. 1504. *Art.* 26.

## §. VI.

*Patroni non impediant Visitatores Ecclesiarum.*

Visitatores Archidiaconi Vice Archidiaconi, aut eorum snbstituti; in visitandis Ecclesiis et Dioecesibus progredientes, libere ubiqve admittantur, ut suum officium exercere cum omni facultate et jurisdictione Ecclesiastica, secundum priorum Diaetarum Constitutiones possint, et valeant, sine impedimento, per Patronos locorum, seu qvoslibet alios praestando. 1557. *Art.* 10. §. 2.

## §. VII.

*Patroni Res decedentium Plebanorum pro se non occupent.*

Plebanis libertas sua in omnibus observetur; ac inter alia: ne post mortem illorum pro se occupent, vel accipiant Patroni res, et bona illorum, sive testati, sivi intestati decesserint. 1557. *Art.* 10. §. 5.

## §. VIII.

*Patroni de Parochorum Subsistentia a populo praestanda prospiciant.*

Etiam in eo reflectendum ut Episcopi, et Ecclesiarum Patroni de Parochorum intertentione, et subsistentia, a populo, ubi necessum esset, praestanda, prospiciant. 1723. *Art.* 71.

## §. IX.

*Patroni bona Ecclesiarum non occupent.*

Si bona qvaepiam, et possessiones ac proventus Ecclesiastici ab Ecclesiis, qvibus semel

dicatae, et ad qvas possessae fuerunt, per violentiam forte aliqvorum, vel utcunqve indebite avulsae ad manus alienas pervenissent; sive illi sint Patroni earundem Ecclesiarum, sive alii, contra tales violentos et indebitos occupatores juris ordine procedi, et bona hujusmodi juridice repeti debent, juxta Contenta Decreti. Si autem Plebani, et Rectores ipsi beneficiorum hoc facere nollent, aut non possent, aut non auderent, tunc Praelatis qvoqve, et Superioribus eorundem beneficiorum idem semper liceat. 1557. *Art.* 11.

## §. X.

*Patroni Ecclesiarum bona non pro se sed in medium Comitatus connumerent.*

1.) Patroni Ecclesiarum, et tutores pupillorum bona Ecclesiarum, et suorum pupillorum pro se non computent, sed in medium Nobilium connumerentur. 1525. *Art.* 14. *Cf.* 1525. *Hatvan. Art.* 15.

2.) Qvia solent nonnulli Dominorum sub nomine Juris patronatus Ecclesiarum, bona cum omnibus, qvae ad officium Abbatum, et Religiosorum Fratrum, atqve Monialium pertinent, tempore connumerationis pecuniarum exercitualium, inter bona sua facere connumerari, unde stipendiarii Comitatuum in plerisqve Comitatibus essent diminuti; igitur statutum est: ut omnia hujusmodi bona Religiosorum a modo deinceps in medium Comitatus connumerentur, ut etiam numerus Stipendiariorum augeatur, et nullus Dominorum, praetextu Juris patronatus hujusmodi Ecclesiae bona pro se connumerari facere audeat; excep-

tis hujusmodi beneficiis, qvae de bonis, et hereditate Dominorum essent fundata, et excerpta. 1526. *Art.* 23.

## §. XI.

*Patroni Ecclesiarum beneficia idoneis conferant.*

Illi, qvi ex Statibus, seu jam ex collatione Regia, seu jure, et titulo fundationis, aut ex alio justo, et legitimo jure, Jus patronatus qvorumcunqve beneficiorum, aut praesentationum haberent, eodem debite utantur, et in Casu vacantiae, personis aeqve idoneis, bene meritis, liberis, et alteri Ecclesiae non obligatis, ad praescriptum praecitati Articuli (67. 1498.) conferant. 1723. *Art.* 55. §. 5.

# SECTIO V.

## *De restaurandis Ecclesiis desolatis.*

## ARTICULUS I.

*Desolatae Ecclesiae restaurentur.*

Ecclesias propter Seditionem desolatas, aut combustas, jussu Regis Parochiani restaurent; Calices et vestimenta ex sumptu Regis dantur, libros Episcopus provideat. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 7.

Vestimenta vero et Corporalia, et Coopertoria Rex provideat, Presbyterum et Libros Episcopi. *S. Steph. Decr. L. II. C.* 34.

## ARTICULUS II.

*Ecclesias vetustate desolatas Episcopus restauret.*

Ecclesias ex vetustate desolatas Episcopus reaedificet. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 8.

## ARTICULUS III.

*Proventus vacantis Ecclesiae utilitati ejus applicentur.*

Bona decedentis Episcopi Dominus Rex, vel qvaelibet alia persona rapere non possit, sed utilitati Ecclesiae, cujus idem Praelatus fuisse dinoscitur, si intestatus decedit, applicentur. 1298. *Art.* 27.

## ARTICULUS IV.

*Restaurationem desolatarum Ecclesiarum Sua Majestas in se assumit.*

1.) Sacratissima Sua Majestas, tamqvam pientissimi patris pientissimus filius, et paternarum virtutum heres ac vivum exemplar, summusqve Ecclesiarum Dei, ad mentem S. Steph. Regis L. II. C. 1. et Tripartitati Tit. 11. P. I. in Apostolico isto Regno Patronus, pii, ac Salutaris voti divi Leopoldi Progenitoris ac Praedecessoris sui desideratissimi, de restauratione Ecclesiarum desolatarum in hocce Regno suo existentium facti, benigne memor, ad ampliandum divini numinis cultum, incrementumqve Orthodoxae Catholicae Religionis, eandem in se assumere, Ecclesiasticisqve non secus, ac Religiosis, qvi de abalienatis bonis

Ecclesiastici se se apud suam Majestatem Sacratissimam gravatos esse repraesentaverint, et edocuerint, jus et justitiam competenti juris via administrari facere clementissime resolvit. Benigne confisa, Dominos etiam Praelatos obligationi, et muneri suo, pro exigentia Sacrorum Canonum, ac legum etiam Regni, signanter S. Ladislai R. L. I. C. 8. nec non Art. 13. A. 1550. nuspiam, et neutiqvam defuturos. 1715. *Art.* 60.

2.) Articulum 60. A. 1715. ita observandum clementer admittit Sua Majestas Sacratissima, ut si qvi Praelatorum, aut qvorumcunqve benificiorum Ecclesiasticorum possessores, Ecclesias, aut beneficia sibi concredita minus curarent, aedificiaqve, et fundos instructos desolari permitterent, ruinnosos vero non aedificarent; talium Praelatorum, et qvorumvis Beneficiatorum proventus, per Suam Majestatem Sacratissimam, qva Summum Ecclesiarum Patronum, in seqvestrum sumi, et ad restaurationem praefatarum Ecclesiarum, aut aedificiorum, et fundorum reparationem applicari valeant. 1723. *Art.* 71.

# SECTIO VI.

## *De immunitatibus Ecclesiasticis conservandis.*

### ARTICULUS I.

*Rex Ecclesiarum jura conservare, et ablata restituere promittit.*

1.) Primum videlicet: qvod omnia jura Ecclesiarum, in possessionibus, foris, tributis, et

et aliis, qvae Ecclesiis a Sanctis, vel aliis Regibus, et progenitoribus nostris, sive aliis Incolis Regni nostri data sunt, et concessa, conservamus, et omnia integraliter restituemus ab Ecclesiis occupata. 1291. *Art.* 1.

2. Antiqva leges et consvetudines Regni, et libertatem Regnicolarum Ecclesiasticorum et secularium, cujuslibet status ad priorem suum modum et statum, qvantum de jure, et cum honore, eorumdemqve Praelatorum et Baronum, ac Regni Nobilium consilio et auxilio possumus, reducemus, redintegrabimus, et reformabimus, et decetero in eisdem manutenebimus, et conservabimus. 1439. *Art.* 1.

3. Majestas Regia antiqvas leges et Consvetudines hujus Regni sui, et libertates Regnicolarum ejusdem, Ecclesiasticorum scilicet, et secularium etc. ad statum, et modum priorem, qvantum de jure, et cum honore suorum Praelatorum, et Baronum, ac Regni Nobilium consilio et auxilio poterit, reducere, reintegrare, et reformare, et tandem de cetero Regnicolas in eisdem conservare teneatur et manutenere. 1458. *Art.* 2.

4. Qvod DD. Praelatos, omnes Ecclesias, Ecclesiasticasqve personas conservabimus in antiqvis juribus, privilegiis, immunitatibus, libertatibus, et consvetudinibus approbatis, in qvibus scilicet per divos qvondam Reges conservati, qvibusve usi et gavisi fuerunt. 1490. §. 2.

5. Qvod Regia Majestas DD. Praelatos, omnesqve Ecclesias, Ecclesiasticasqve personas conservabit in antiqvis Juribus, privilegiis, immunitatibus, et consvetudinibus approbatis. 1492. *Art.* 1.

6. Jn negotiis Spiritualibus, et Ecclesiasticis hoc imprimis justum ac necessarium esse

videtur, ut sicut Privilegia, et libertates omnium Regnicolarum observari, et inviolata esse debent, ita etiam libertates, et immunitates, privilegiaqve Ecclesiastica ab omnibus inviolabiliter observentur, ut DD. Praelati, et reliqvae Ecclesiasticae personae officio suo commodius, et liberius incumbere valeant. Signanter autem Visitatores, Archidiaconi, aut eorum substituti, in visitandis Ecclesiis, et Dioecesibus progredientes, libere ubiqve admittantur, ut suum officium exercere cum omni facultate, et jurisdictione Ecclesiastica, secundum priorum Diaetarum constitutiones possint et valeant, sine impedimento, per Patronos locorum seu qvoslibet alios praestando; et ne prohibeantur inqvirere, et punire vitia, pravitatem, seu delicta Sacerdotum. De reliqvis etiam hujusmodi rebus, et negotiis Ecclesiasticis, Constitutiones priores, et praesertim anni 1548. per omnia observentur, et ratahabeantur, ubi etiam perversissima illa Anabaptistarum secta eliminari debebit juxta Constitutiones praemissas. Plebanis etiam, et aliis personis Ecclesiasticis, cujuscunqve status, libertas sua in omnibus observetur: ac inter alia: ne post mortem illorum, pro se occupent, vel accipiant Patroni res et bona illorum, sive testati, sive intestati decesserint. Sed neqve etiam Praelati, fratribus superstitibus eorum, qvi decesserint, bona hujusmodi occupent. 1557. *Art.* 10.

**7. Majestas Sacratissima, ut Supremus Ecclesiarum Patronus, Ecclesias Dei in suis juribus conservabit. 1791. *Art.* 23.**

**8. Juramus per Deum vivum, per ejus Sanctissimam genitricem Virginem Mariam, et omnes Sanctos, qvod nos Ecclesias Dei, DD.**

Praelatos etc. in suis immunitatibus et libertatibus, juribus, privilegiis, ac in antiqvis bonis, et approbatis consvetudinibus conservabimus. *Juramenti Ferdinandi I. R.* 1527.

9. Juramus per Deum vivum, per ejus Sanctissimam genitricem Virginem Mariam, per omnes Sanctos, qvod nos Ecclesias Dei, DD. Praelatos in suis immunitatibus, et libertatibus, juribus, privilegiis, ac in antiqvis bonis, et approbatis consvetudinibus conservabimus. 1687. *Art.* 1. *Juram.*

10. Juramus per Deum vivum, per ejus Sanctissimam genitricem Virginem Mariam, ac omnes Sanctos, qvod nos Ecclesias Dei, DD. Praelatos etc. in suis immunitatibus, et libertatibus, juribus, privilegiis, ac in antiqvis bonis, et approbatis consvetudinibus conservabimus. 1715. *Art.* 2. *Juram.*

11. Juramus per Deum vivum, per ejus Sanctissimam genitricem Virginem Mariam, ac omnes Sanctos, qvod Ecclesias Dei, DD. Praelatos etc. in suis immunitatibus, et libertatibus, juribus, legibus, et privilegiis, ac in antiqvis bonis et approbatis consvetudinibus conservabimus. 1741. *Art.* 2. *Juram.*

12. Juramus per Deum vivum, per ejus Sanctissimam genitricem Virginem Mariam, ac omnes Sanctos, qvod Ecclesias Dei, DD. Praelatos etc. in suis immunitatibus et libertatibus, juribus, legibus, et privilegiis, ac in antiqvis bonis et approbatis consvetudinibus conservabimus. 1791. *Art.* 2. *Juram.*

13. Juramus per Deum vivum, per ejus Sanctissimam genitricem Virginem Mariam, ac omnes Sanctos, qvod Ecclesias Dei, DD. Praelatos etc. in suis immunitatibus et libertatibus, juribus, legibus, privilegiis, ac in

antiqvis bonis, et approbatis consvetudinibus conservabimus. 1792. *Art.* 2. *Juram.*

14. Statuitur: ut ea bona (salvis tamen juribus Fisci, et Ecclesiarum, ac in suo vigore permanentibus) in eo, qvo nunc sunt, vigore relinqvantur. 1609. *Art.* 8. §. 1.

15. Immunitates Ecclesiarum Parochialium semper observentur, nec qvisqvam, sub poena in generali Decreto expressa, eas audeat violare. 1536. *Art.* 51.

## ARTICULUS II.

*Immunitas Ecclesiarum a Jurisdictione, taxis et tributis.*

### §. I.

*In Ecclesiis nec Comes, nec Miles jurisdictionem exerceat.*

Nullus Comitum, vel Militum in Ecclesia praesumat sibi vendicare potestatem, praeter solum Episcopum. *Colom. Decret. L. I. C.* 65.

### §. II.

*Ecclesiarum Villas Comites Parochiani non judicent.*

Comites Parochiani Villas Ecclesiarum non discutiant, nisi in causa monetae, et Decimarum. 1231. *Art.* 11.

### §. III.

*Populi Ecclesiarum solius Regis judicio subsunt.*

Statuimus, qvod populos Archiepiscoporum, et Ecclesiarum privilegiatarum, in cau-

sis temporalibus nullus Judicum, praeter Personam nostram possit judicare. 1291. *Art.* 18.

## §. IV.

*Ecclesiae taxis non onerentur.*

Ecclesiae, et Ecclesiasticae personae a taxis, non diu abusive introductis absolutae omittantur. 1458. *Art.* 18. et 19.

## §. V.

*Populi Ecclesiarum in locis tributorum immunes sunt.*

Volumus, qvod in locis antiqvorum tributorum populi Nobilium, et Ecclesiarum tributa non persolvant. 1291. *Art.* 23.

# ARTICULUS III.

*De Violatoribus Ecclesiarum.*

## §. I.

*Exercituantes in Ecclesias excessuosi puniantur.*

Qvicunqve ex hujusmodi exercituantibus, potentiarie, seu voluntarie, vexationes Ecclesiarum, Nobilium et Virorum Ecclesiasticorum, et alios similes majores, et enormes actus potentiarios committere praesumpserint, in facto potentiae convincantur. 1433. *I. Art.* 9. §. 4.

## §. II.

*Effractores Ecclesiarum evocentur in praesentiam Regis.*

Depraedatores possessionis alicujus cum effractione Ecclesiae, evocari possunt in personalem praesentiam Regis. 1462. *Art.* 1. §. 5.

### §. III.

*Ecclesiarum violatores evocentur ad Octavas.*

1. Si tempore exercitus, vel alias qvandocunqve aliqvi Ecclesias confringerent, tales evocentur ad Octavas cum insinuatione. 1464. *Art.* 28.

2. Si exercitus, vel alias, qvocunqve tempore aliqvi Ecclesias confringerent, aut jam confregissent, tales evocentur ad Octavas cum insinnatione. 1471. *Art.* 9.

### §. IV.

*Poena Exercituantium Ecclesias violantium.*

Solent plerumqve exercituantes in eorum progressibus, Ecclesias propter commeatus, sive victualia, et alias res, per Colonos pro securitate ad easdem collatas, Dei, et hominum timore postposito, violare, et inde non solummodo victualia necessaria, sed etiam omnia alia bona eorundem Colonorum surripere, et ibi alia etiam enormia, et dictu qvoqve nefanda, committere. Qvare, ut eorum temeritas, et detestanda licentia compescatur, sancitum est: qvod a modo nemo omnino, sive Eqves, sive pedes fuerit, et sive cum exercitu, sive aliter, qvalitercunqve iter facere habeat; ostia Ecclesiarum infringere, vel aliter Ecclesias profanare, aut victualia, vel aliqvas alias res inde violenter excipere audeat. Ubi vero deinceps contraventum fuerit, si Capitaneus ejuseemodi copiarum Nobilis fuerit, tam jura sua possessionaria, qvam etiam omnia alia bona sua amittat, et ad Fiscum Regium devoluta sint, et habeantur eo facto. Si autem ejuscemodi transgressores ignobiles fuerint, com-

burantur. Hanc vero executionem Supremus Capitaneus exercitus facere teneatur, qvi si neglexerit, vel forte ipsemet sanctionem istam transgredietur; avisata Regia Majestas superinde pro sua gratia, et justitia, atqve innata clementia, executionem fieri demandet. Et si gentes illae Majestatis suae fuerint, Ecclesiam reconciliari faciat; si vero aliorum fuerint, illi, qvorum erunt, hujusmodi reconciliationem facere teneantur. Hoc adjecto: qvod si tales exercituantes victualium inopia laboraverint, Plebanus, aut Judex, aut Villicus loci Ecclesiam aperire, et illis gentibus coram illo, qvem Capitaneus earumdem Copiarum ad id deputaverit, pro justo, condigno, et convenienti pretio, et solutione victualia de Ecclesia dare teneatur. 1486. *Art.* 61. Gentes in Domibus Nobiliun nusqvam descendere, neqve res Colonorum violenter auferre praesumant; transgressores eandem poenam, qvam violatores Ecclesiarum incurrent. *Art.* 62.

## §. V.

*Exercituantes, qvi Ecclesias ac puellas violaverint, Capitis poena puniantur.*

1. Qui (*Capitanei*) violatores Ecclesiarum, ac puellarum et mulierum fuerint, Capitali poena puniri faciant. 1521. *Art.* 25.

2. Statutum est, ut juxta antiqvas Regni Constitutiones, similiter Ecclesias violaverint, et effregerint, aut spoliaverint, captiventur, et puniantur a Capitaneis, omnium rerum ablatione et Capitis poena. 1595. *Art.* 27.

### §. VI.

*Rex ubique puniat ablatores Ecclesiarum et Decimarum.*

Qvod Majestas sua Ecclesiarum Dei, ac Decimarum, privata authoritate ablatores, absqve omni juridico processu, tam intra, qvam extra Regnum, in personis et bonis punire, omnimodam habeat authoritatem. 1546. *Art.* 25.

### §. VII.

*Rex ubiqve puniat eos, qvi in Ecclesias exercuerint violentias.*

Qvod Majestas Regia illos, qvi tyrannides, praedas et spolia in Ecclesias Dei exercere soliti sunt, juxta eorumdem demerita in personis intra, et extra Regnum puniendi habeat facultatem. 1546. *Art.* 27.

## ARTICULUS IV.

*Descensus Exercituantium et aliorum in domibus et bonis Ecclesiarum, et Ecclesiasticorum prohibentur.*

### §. I.

*Rex in possessionibus Ecclesiarum nec descensus, nec exactiones faciat.*

In possessionibus Nobilium et Ecclesiarum, seu qvarumcunqve secularium et Ecclesiasticarum personarum violentas exactiones victualium, procurationes hospitalitatum, et alias qvascunqve aggravationes, praeter voluntatem invitantium non faciemus, nec fieri per-

mittemus, nec in domibus, et locis Praelatorum etc. et Ecclesiasticarum personarum, pro tractatibus habendis, et aliis, qvibuscunqve negotiis expediendis, ipsis invitis, morabimur, aut eos expensis, victualibus, curruum et sarcinarum vecturis, Nunciorum et familiarium, ac qvorumcunqve, ad nos pertinentium, procurationibus, ultra eorum spontaneam voluntatem in aliqvo gravabimus. 1439. *Art.* 18.

## §. II.

*Exercituantes in domibus Ecclesiasticorum non condescendant.*

1. Nullus exercituantium in domibus, seu Curiis Sacerdotum, et Nobilium descendere, aut aliqvas res, seu victualia de eisdem, aut Ecclesiis violenter accipere, nec aliqvid dampni populis Jobagionalibus inferre audeat. Si qvis autem contra formam hujusmodi statutionis in domibus Sacerdotum, et Nobilium descenderit, aut aliqvid de eorum propriis domibus, vel Ecclesiis violenter abstulerit, et id Nobiles cum eorum vicinis, et commetaneis, in ipso exercitu coram Capitaneo exercitus, vel ejusdem homine ad id deputando comprobare potuerint, talis Nobilis violentus capite plectatur, idqve D. Rex, vel Capitaneus suus executioni demandare teneatur. De dampnis vero Jobagionibus talis Nobilis illatis, ipsi Nobiles, vel Officiales sui recipiant, juramentum a Jobagionibus dampnificatis coram uno Judice Nobilium, vel commetaneis juxta numerum dampnorum eis illatorum, super qvantitate dampnorum; et tandem ipse Nobilis, vel Officialis sola sua in persona super cunctis dampnis illatis coram Capitaneo, vel homine ipsi-

us Sacramentum praestare debeat: qvo praestito ipse Capitaneus de bonis, et rebus illorum, qvi dampna intulerunt, in eodem exercitu dampnificatis plenam satisfactionem impendere teneatur. 1463. *Art.* 13.

2. Si tempore exercitus, vel alias qvandocunqve, aliqvi in Curiis personarum Ecclesiasticarum, praeter voluntatem eorum descenderent, tales evocentur ad Octavas cum insinuatione. 1464. *Art.* 28.

3. Qvod cxercituantes in eorum progressibus, in domibus et Curiis Nobilium, et Presbyterorum non descendant. Qvi vero ex eis contrarium fecerint, in primis Octavis ex parte eorum laesis judicium, et satisfactio impendatur; et nulla ratione possint habere prorogationes. 1468. *Art* 8.

4. Stipendiarii et exercituantes, per Regnum, et ejus Partes procedentes, contra libertates antiqvas non descendant in domibus Nobilium, et personarum Ecclesiasticarum, neqve taxent possessiones et Jobagiones eorumdem, neqve exigant ab eis victualia, hominibus, et eqvis necessaria, sine pretio et solutione, nec aliqva alia damna eis inferant. Contrarium facientes puniantur secundum Decretum tempore Coronationis nostrae Albae editum, et nulla prorogatio eis prodesse possit. 1470. *Art.* 6.

5. Si exercitus, vel alias qvocunqve tempore, aliqvi in domibus personarum Ecclesiasticarum praeter voluntatem eorum descenderent, et damna comitterent, vel jam commisissent, tales evocentur ad Octavas cum insinuatione. 1471. *Art.* 9.

6. Qvod nullus exercituantium, sed neqve alius qvicunqve in Claustris, Ecclesiis, Eccle-

siasticorumqve virorum et Nobilium domibus, sine ipsorum annuentia et voluntate descensum facere audeat. 1472. *Art.* 6.

7. Gentes in domos Nobilium, ac Presbyterorum contra eorum voluntatem descendere (*Capitanei*) non permittant. 1521. *Art.* 25.

8. Nemo etiam in domibus Nobilium, aut Presbyterorum, contra ipsorum voluntatem, et consensum condescendere praesumat. 1523. *Art.* 21.

9. Nec de cetero permittatur cuipiam, juxta Stipendium viventi, in domibus Nobilium, et personarum Ecclesiasticarum hospitare. 1536. *Art.* 2. §. 1.

10. Gentes, et Stipendiarii qvorumcunqve, in domibus ac Curiis Dominorum, Nobilium, ac etiam Plebanorum, nullibi condescendere audeant, neqve praesumant. 1538. *Crisien. Art.* 10.

11. Decreverunt DD. et Status, servandam esse libertatem DD. Nobilium, et personarum Ecclesiasticarum; neqvis scilicet militum vel Capitaneorum, ad eos Dominis invitis condescendat. 1543. *Art.* 24.

12. Curiae Ecclesiasticorum, juxta antiqvam libertatem Regni a condescensa militum, tam internorum, qvam externorum sint exemptae. 1567. *Art.* 39. §. 2.

13. Statutum est, ut, juxta antiqvas Regni Constitutiones, Plebanorum et aliarum Ecclesiasticarum personarum domus et Curiae a condescensu militum immunes sint; si miles contrarium fecerit, sive sit indigena, sive externus, captivetur, et puniatur a Capitaneis omnium rerum ablatione, et capitis poena. 1595. *Art.* 27.

14. Quia Domini qvidam, et Nobiles, ac etiam Capitanei suos servitores Eqvites et Pedites, ad bona Ecclesiastica etc. condescendere faciunt, qvi multa damna miserae plebi inferunt, foenum, pabulum, et alia diripientes, ac se gratis sustentari curantes; statutum est: ne id fiat; et si qvi Dominorum et Capitaneorum imposterum id facere ausi fuerint, puniantur per Vice Comites, aut Supremos Comites, vel ipsis non Sufficientibus, per Supremos Capitaneos Regni, sub juramento, qvo suae Majestati et Regno sunt obstricti. 1596. *Art.* 13.

15. Ut exercitus, veniens, et rediens, in domibus Magnatum, Nobilium, et Ecclesiasticarum personarum, juxta publicas constitutiones Regni, superinde superioribus annis sancitas, non condescendat. 1599. *Art.* 5. §. 2.

16. Statutum est, ut miles in Curias DD. Praelatorum, et Ecclesiasticarum personarum non condescendat. 1600. *Art.* 20.

17. Ecclesiasticae personae ab omni condescensione militum, cujuscunqve Ordinis, et Nationis immunes sint; contravenientes juris ordine puniantur. 1618. *Art.* 58.

18. Cautum erat Art. 58. Anni 1618. ne personae Ecclesiasticae et Nobiles, in Confiniis domicilia habentes, Condescensionibus militum aggraventur; et qvia sua Majestas se idipsum demandaturam clementer obtulit, Statutum est: ut Praefecti Confiniorum imposterum, tenoribus praescripti Articuli sese accomodent. 1635. *Art.* 46.

19. Ne personae Ecclesiasticae, in Confiniis domos habentes, condescensionibus militum aggraventur, ad Art. 46. Anni 1635. referunt sese Status et Ordines. 1638. *Art.* 44.

20. Per Germanum militem, ductorésqve ipsorum, Ecclesiasticae pariter, et Nobilitares Curiae, alioqvin de lege Regni, a condescensionibus militum liberae, Qvarteriis oneratae exstitissent. 1662. *Art.* 2.

21. Extraneus Miles in Parochias et Scholas condescendere, easdemqve expilare, ac ipsas qvoqve Sacras aedes sacrilege violare consvevisset, ideo ad refraenandam ejusdem militis licentiam, praescripti milites serio puniantur. 1681. *Art.* 22.

22. Immunitas Qvarteriorum, et militarium condescensiónum in Plebaniis, Scholis, beneficiis Ecclesiasticis observetur. 1715. *Art.* 43. §. 5.

## §. III.

### *Milites in Bonis Ecclesiarum et Ecclesiasticorum non condescendant.*

1. Decernitur: ne deinceps Capitanei, et milites, cujuscunqve Status et Nationis in Bonis DD. Nobilium, Ecclesiarum etc. turmatim, vel pauciori numero collocentur, et intertenenantur, damnaqve, et injurias possessoribus, et incolis inferant, vel alimenta, et supellectilia miserae plebis gratis diripiant. 1618. *Art.* 22.

2. Qvia non semel, idqve ingenti cum detrimento miserae plebis senserunt Regnicolae, qvanti constet militis ad bona Dominorum et Nobilium, Ecclesiasticorum pariter, et secularium condescensio, super qvo statutum est: ne deinceps miles in pagos collocetur. 1630. *Art.* 37.

3. In Expeditionibus illud qvoqve cavetur, et statuitur: Ut in Curiis, Castris, Castellis, tam Ecclesiasticarum personarum, qvam DD.

Praelatorum, juxta Art. 30. 1600. et Art. 24. A. 1543. et Art. 28. A. 1464. Stipendiarii milites, neqve extranei, neqve nativi, ullomodo condescendant. 1662. *Art.* 13.

## ARTICULUS V.

*Milites ab excessibus in Ecclesiasticos et eorum bona cohibeantur.*

### §. I.

*Praelati ab injuriis Militum tuti reddantur.*

1. Supplicant Ordines et Status Majestati Suae, ut, cum hactenus a militibus ne Praelati qvidem, Ecclesiasticaeqve personae, vel Nobiles qvibusdam in locis domi suae tuti esse potuerint, dignetur Majestas Regia certum jam tandem constituere ordinem et modum, ut haec imposterum penitus cessent. 1552. *Art.* 6.

2. Eo jam militaris licentia evasit, ut non miseram modo plebem, vexent, lacerent, et diripiant, sed neqve DD. Praelatis etc. parcant, qvibus contra jura, et veteres eorum libertates, intolerabilia damna inferre non dubitant. 1567. *Art.* 2. §. 3.

### §. II.

*Milites in Bonis Praelatorum non praedentur.*

Ut imposterum violentiae in bonis DD. Praelatorum etc. cessent, statutum est: ut, siqvi ad bona aliena descenderent, ibiqve violentias exercere praesumerent, in tales procedere liceat. 1554. *Art.* 5.

## §. III.

*Praesidiarii in bonis Ecclesiasticis excessus non patrent.*

1. Conqveruntur DD. Praelati, ac tam Ecclesiasticus, qvam secularis ordo universus, signanter vero Capitula Strigoniense et Jaurinense cum reliqvis, qvod tam milites Stipendiarii, Confiniorum Capitanei, vel eorum Vice Capitanei, praedia, terras arabiles, capturas piscium et Uzonum, ac faenilia et sylvas sine ulla Dominii recognitione occupant, et qvod qvorumcunqve Colonos recipiant, et nihilominus in prioribus bonis ipsos tuentur, idem fieri dicitur etiam in Sclavonia et Croatia, per Valachos, qvi nuper ex ditione turcica eo se contulerunt, in Episcopatus Zagrabiensis etc. bonis. Reqvirat itaqve Sua Majestas Caesarea Serenissimum Archiducem Ferdinandum, ne tales contra Dominos ipsorum terrestres defendat; supra dictorum Confiniorum etiam Capitaneis, tam Germanis, qvam Hungaris serio praecipiat, ut ab ejusmodi violentiis et damnis inferendis abstineant. 1604. *Art.* 14.

2. Praesidiarii Jaurinenses et Comaromienses Sylvas Ecclesiasticorum et Nobilium in usus proprios succidi, foenilia defalcari, et aqvas piscosas impune piscari curant: hujusmodi itaqve excessus tollendos decernunt Regnicolae. 1659. *Art.* 14.

## §. IV.

*Exercituantes etiam Praelatorum in progressu neminem laedant.*

Videretur etiam disponendum sub gravibus poenis, qvod exercituantes, sive sint Re-

gis, sive Reginae, sive Praelatorum etc. dum ad exercitum se profecturos levabunt, neminem in suo transitu deberent damnificare. *Sigismundi Regestum A.* 1433. *Art.* 6.

## ARTICULUS VI.

### *De Castellis super Ecclesiis non tolerandis.*

### §. I.

*Turres et Castra super Ecclesiis erecta destruantur.*

Praeterea turres, seu Castra super Ecclesiis aedificata, penitus evellantur. 1291. *Art.* 24.

### §. II.

*Ecclesia in Castellum non convertatur.*

Conqvesti sunt certi Comitatus Partium Superiorum contra Antonium Székely, qvod ille qvandam Ecclesiam, sibi cum aliis Nobilibus communem, contradicentibus illis, in formam Castelli propria authoritate munire caeperit, et inde varias, et multiplices fidelibus Sacrae Majestatis suae violentias et injurias inferre soleat: qvod, cum absqve speciali annuentia Regiae Majestatis, et in praejudicium aliorum nemini liceat; supplicant Status et Ordines Regni, dignetur Sacra Majestas sua Castellum illud disjiciendum mandare. 1569. *Art.* 49.

### §. III.

*Castella ex qvibus Ecclesias depraedantur, diruantur.*

Castella etc. ex qvibus spolia et depraedationes Ecclesiarum Dei patrantur, ubiqve distrahantur. 1546. *Art.* 28.

ARTI-

## ARTICULUS VII.

*Potentiores itinerantes Ecclesiis damna non inferant.*

Ad Art. 22. A. 1618. de Magnatibus, majori Comitiva itinerantibus, additum est: ut tales itinerantes Praelati etc. per Comitivam ipsorum Ecclesiis etc. damna inferentes jure conveniri possint, nisi de damnis reqvisiti, damnificatis satisfaciant. 1625. *Art.* 46.

## ARTICULUS VIII.

*Ecclesiae de manibus laicorum eliberentur.*

Regia Majestas Ecclesias Dei, qvae in manibus laicorum habentur, mature liberare dignetur, et ne aliqvam earum cuipiam in futurum inscribat. 1538. *Art.* 19.

## ARTICULUS IX.

*A Capto, sed Judici non praesentato fure pars Judicii Ecclesiae cedit.*

Qvotiescunqve qvis furem ceperit et ligaverit, per tres tantum dies eum teneat, qvarto autem die Judici statuat; et siqvis contumax Judicium Judicis transgreditur, sex pensas solvat, Judex vero per vim furem capiat, et, si fur judicium qvaesierit, judicioqve dato, inculpabilis fuerit, de his sex pensis unam Sanctae Ecclesiae donet. S. *Lad. Decr. L. III. C.* 9.

## ARTICULUS X.

*Captos in bello eorum possessores Ecclesiis donare possunt.*

Dum in exercitibus per Hungaros aliqvos ex hostibus captivari contigerit, tunc ipsi Hun-

gari hujusmodi Captivos, exceptis notabilibus personis, pro se retinendi, vendendi aut Ecclesiae donandi habeant facultatem. 1458. *Art.* 12.

## ARTICULUS XI.

*Villarum Ecclesiae, rusticum rebellem puniri non permittentium poena.*

Si qvi autem contrarium facere praesumerent, Sive Officiales, aut Oppida, vel Villae Ecclesiarum, pro qvolibet tali malefactore in Singulis qvadringentis florenis convincantur. 1514. Art. 41.

## ARTICULUS XII.

*Ecclesiarum aestimatio.*

1.) Ecclesia cum Campanili pro qvindecim Marcis, et sine Campanili pro decem Marcis. 1298. *Art.* 68.

2.) Ecclesia cum duobus pinnaculis, admodum Monasterii fundata, aestimatur ad Marcas qvinqvaginta.

Ecclesia cum duabus turribus, seu duobus pinnaculis non penes Monasterium existens, vel non permodum Monasterii fundata ad Marcas viginti qvinqve.

Omnes aliae Ecclesiae Matronae, cum una turri, sepulturam habentes, aestimantur ad Marcas qvindecim, sine turri autem constructae, tamen cum sepultura ad Marcas decem.

Capella lignea, seu sacellum non lapideum, sepulturam tamen continens, ad Marcas qvinqve.

Absqve spultura vero, ad Marcas tres.

Ecclesiae autem, et Capellae extra Matronam Ecclesiam fundatae, non ponuntur in serie aesimationis. *P. I. T.* 133. §. 8. — 14.

3.) In qvartalitiorum, et jurium impignoratitiorum solutione, ac bonorum, per Sententiam Capitalem vel Emendae Capitis occupandorum redemptione, Claustra, Monasteria, et Ecclesiae modo praedeclarato taxantur. *P. I. T.* 134. §. 2.

# CAPUT IV.

## *De Clero, Sacerdotibus et Ecclesiasticis generatim.*

## TITULUS I.

### *De Dignitate, et Officiis Cleri.*

### ARTICULUS I.

*Rex Sacerdotium confoveat.*

Regium solium ornat Ordo Pontificum, ac per hoc in Regali dignitate tertium possident locum Pontifices. Charissime fili! Seniores illos ita custodias, sicut oculorum pupillas, si illorum benevolentiam habebis, neminem adversariorum timebis; illis qvidem te observantibus, eris securus in omnibus. Illorum precatio commendabit te omnipotenti Deo; illos enim Deus humani generis constituit Custodes, fecitqve Speculatores animarum, ac totius Ecclesiasticae dignitatis, ac divini Sacramenti dispensatores ac datores. Sine enim illis non constituuntur Reges, nec Principatus. Per illorum interventum delicta delentur hominum. Si illos perfecte amas, te ipsum sine dubio sanas, tuumqve Regnum honorifice gubernas; in manus enim illorum posita est po-

testas ligandi nos in peccatis, et a peccatis solvendi; Testamentum enim sempiternum statuit illis Deus, eosqve segregavit, ab hominibus, et sui nominis atqve Sanctitatis fecit participes, atqve ab hominibus interdixit reprehendendos esse, per David deificum Regem; nolite tangere Christos meos, et ille autem tangit christos Dei, qvi contra divinum, atqve canonicum Institutum, Sacri ordinis viros falsis Criminibus faedat, atqve in publicum protrahit, qvod te omnino, fili mi! agere prohibeo, si vis beatus vivere, et tuum Regnum honestare; qvia in his rebus imprimis offenditur Deus. Si, accidente casu, culpa, reprehensione digna, super aliqvem horum, de qvibus sermo est, ceciderit, qvod absit, corripe eum ter, qvater, inter te, et ipsum solum, juxta praeceptum Evangelii: si tum secrete renuerit, audire monita, adhibenda sibi sunt publica, secundum haec: si te non audierit, dic Ecclesiae, nam, si tu hunc ordinem servabis, gloriosam tuam penitus exaltabis coronam. *S. Step. Decr. L. I. Cap.* 3.

## ARTICULUS II.

*In Hungaria aliae sunt personae Ecclesiasticae, aliae Seculares.*

Sciendum est: qvod personarum, de qvarum juribus, et Consvetudinibus nunc agitur, aliae sunt spirituales, sive Ecclesiasticae, aliae vero seculares. P. I. T 2.

## ARTICULUS III.

*Spirituales cum Secularibus iisdem Legibus utuntur.*

1.) Qvamvis personae spirituales, qvarum medio salutem humanam Dominus, et salva-

tor noster administrari voluit, personis secularibus digniores habeantur, tamen omnes D. D. Praelati, et Ecclesiarum Rectores, ac Barones, et ceteri Magnates atqve Nobiles, et Proceres Regni hujus Hungariae, et ratione Nobilitatis, et bonorum temporalium, una, eademqve libertatis, exemptionis et immunitatis praerogativa gaudent; nec habet Dominorum aliqvis plus, nec Nobilis qvispiam minus de libertate; hinc etiam una eademqve lege, et consvetudine, ac uno, et eodem juridico processu in Judiciis utuntur, homagiorm duntaxat qvantitas variatur. P. I T. 2. §. 1.

Universos D. D. Praelatos, et Barones, ac Nobiles una, et eadem exemptionis et libertatis praerogativa gaudere dixi. P. I. T. 3. init.

2.) Omnes Domini, et Nobiles, tam scilicet Spirituales, qvam seculares, qvi in hoc Regno Hungariae bona, ac jura possessionaria gubernant, pari lege, unaqve et eadem Consvetudine in ipsorum jurium possessionariorum conservatione, atqve cunctarum causarum inde emergendarum prosecutione uti debent. P. II. T. 11. §. 4.

3.) Per Nobiles autem hoc in loco generaliter universos D. D. Praelatos, Barones, etc. intellige, qvi, sicuti praenarratum est, una ejusdemqve libertatis praerogativa semper muniuntur. P. I. T. 9. §. 7.

## ARTICULUS IV.

*Personae Spirituales secularibus digniores sunt.*

Personae spirituales, qvarum medio salutem humanam Dominus, et Salvator noster

administrari voluit, personis secularibus digniores habentur. P. I. T. 2. §. 1.

## ARTICULUS V.

*Sacerdotum Obligatio.*

Scitote fratres cuncti, qvod supra omnes laborant Sacerdotes, unus qvisqve enim Vestrum suum fert laborem proprium, illi vero et suum, et Singulorum; ideo, sicut illi pro omnibus vobis, ita et vos omnes pro eis summopere laborare debetis, in tantum, ut, si necessitas fuerit, animas Vestras pro eis ponatis. *S. Step. Decr. L. II. C.* 4.

## ARTICULUS VI.

*Deputationis Ecclesiasticae objecta.*

In Deputatione Ecclesiastica: Circa petitam Religiosorum Ordinum restitutionem, Ita etiam aliarum piarum fundationum; item; circa praeferentem regulationem, et dotationem Parochiarum utriusqve Ritus Catholici, citra novum aggravium aerarii, dominiis terrestralibus et contribuentibus invitis imponendam. 1791. *Art. 67. N.* 8.

# TITULUS II.

*De disciplina Cleri.*

## ARTICULUS I.

*Clericis Vestitus praescriptus.*

1.) Nullus, qvi Clericus aestimatur, vestibus utatur laicalibus, utpote: fisso pelliceo,

vel tunica sparsa, manica rubra, strangula vel viridi Chlamide, Caliga seu Joppa, calceo picto, vel sericata camisia qvoqve, et tunica; et serico in pectore non consuantur, sed nodis, vel fibulis collum amplectentur. *Colom. Decr. L. I. C. 70.*

2.) Nullus Clericorum secularem, et laicalem habitum deferentium, aliqva beneficia Ecclesiastica, etiam ad parvum temporis spatium, in habitu seculari perseverare volens, tenere, et gubernare valeat. 1498. *Art. 59.*

## ARTICULUS II.

*Presbyteri, et Scholares arma non deferant.*

Presbyteri non beneficiati, et Scholares, Scholas inhabitantes, arma, vel pixides de cetero gerere non audeant, nam, si Presbyter, aut Scholaris, nisi extra Regnum transiturus, arma, vel pixides decetero tulerit, etiam per rusticanam manum ablatis suis armis, aut pixidibus, comprehendi possit, ac ad manus Praelati, vel Archidiaconi sui si in propinqvo erit, aliter autem Vice Archidiacono vinctus assignari debebit, qvi illum manibus Domini Praelati sui, vel Factoris ejusdem tradere teneatur, carceribus mancipandum, et gravi poena puniendum. Qvod si ipse Vice Archidiaconus facere recusaret, extunc solus ipse per Comitem, vel Vice Comitem captivetur, et ad manus ipsius Domini Praelati, vel ejus Factoris tradatur, poena praenotata puniendus. 1514. *Art. 60.*

## ARTICULUS III.

*De furto Clericorum.*

Ordo Clericalis, si anserem, vel gallinam, aut poma, vel his similia furatus fuerit, Scopis tantum a Magistro corrigatur, sed qvod furatus est, restituat: Majus his, si furatus fuerit, ab Episcopo suo degradetur, et judicio vulgari damnetur. *S. Lad. Decr. L. II. C.* 13.

## ARTICULUS IV.

*In Sacerdotes probi et docti Viri eligantur.*

Sacerdotes non creentur, nisi probatae vitae, et doctrinae viri; His Sacerdotia Ecclesiastica, beneficiaqve conferantur. 1548. *Art.* 6. §. 5.

## ARTICULUS V.

*Idiotae, et non Sacerdotes concionari inhibeantur.*

Cum hactenus multis in locis, ex licentia multorum Dominorum et Nobilium homines idiotae, et plerumqve Mechanici, ac alii Praedicatorum fungi officio veriti non sint; videtur Ordinibus et Statibus Regni, ut Praedicatores, Archidiaconi, Vice Archidiaconi, et alii, qvi ad reformationem Religionis per Praelatos emittentur, diligenter tales prohibere, et ad pristinam, veramqve Religionem redigere curent, qvi, si resipiscere nollent, tunc de bonis illis ejiciantur, et ex merito puniantur; Domini autem terrestres non solum id non impediant, sed ipsos Praedicatores et alios Ministros verbi Dei, per Praelatos emissos, juvent omnibus modis ad exercendum

officium ipsorum. Si qvis ex eis aliter facere intelligatur, ad primam reqvisitionem Suae Majestatis, vel in ejus absentia, D. Locumtenentis, personaliter, vel per Procuratorem comparere teneatur, et jure convictus, ex merito puniatur. 1548. *Art.* 10.

## ARTICULUS VI.

*De peregrinis Clericis.*

### §. I.

*Peregrini Clerici, cui Episcopo adhaeserint, penes illum maneant.*

Si qvis Clericus in patriam istam veniens, alicui Episcoporum, vel comitum adhaeserit, et eum Dominus suum bene habuerit, et secundum qvod cum eo convenit, tractaverit, si discedere ab eo voluerit, neqvaqvam discedat, donec de injustitia, sibi illata, in audientia Regis declaraverit. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 18.

### §. II.

*Exteri Clerici et Presbyteri qvomodo recipiantur.*

1.) Si qvis hospes Clericus in hanc patriam sine commendatitiis literis Episcopi sui venerit, ne forte Monachus, aut homicida fuerit, et alicujus Ordinis se confessus esse fuerit, judicio, vel testimonio discutiatur. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 17.

2.) Alienigena Presbyter Diaconus cum Commendatitiis literis recipiatur; qvi vero hactenus recepti sunt, si jure venerint, examinentur, qvatenus, de qvibus aliqva aures no-

stras pulsat infamia, hi ab officio cessent, donec in judicio purgentur, vel de terra eliminentur. *Colom. Decr. L. I. C. 3.*

## ARTICULUS VII.

*De Conjugio, bigamia, et concubinatu Presbyterorum.*

### §. I.

*Episcopi Clericos ad Diaconatum non promoveant, nisi abstinentiam a matrimonio voverint.*

Nullus Episcopus aliqvem promoveat Clericorum, ad Diaconatum, et ultra, nisi prius abstinentiam voverit, et si uxorem habuerit, ex ejus fiat consensu, idem promittentis. *Colom. Decr. L. II. C. 9.*

### §. II.

*Presbyteris interim legitimae uxores permissae.*

Presbyteris, qvi prima, et legitima duxere conjugia, indulgentia ad tempus datur, propter vinculum pacis, et unitatem spiritus Sancti, qvousqve nobis in hoc Domini Apostolici paternitas consilietur. *S. Lad. Decret. L. I. C. 3.*

### §. III.

*Presbyteri altari non serviant, nisi ab uxore abstineant.*

Nullus conjugatus Presbyterant Diaconus Altari deserviat, nisi prius, uxore concedente, et Continentiam vovente, locum separa-

tum, et necessaria vitae temporalis ei provideat; ut, secundum Apostolum: uxorem habens, non habentem se esse intelligat. *Colom. Decr. L. II. C.* 10.

## §. IV.

### *De Presbyteris bigamis.*

1.) Bigami, et viduarum, vel repudiatarum mariti a conjugiis cessent illicitis, vel a Cleri excludantur consortiis. *Colom. Decr. L. I. C.* 67.

2.) Bigamos Presbyteros et Diaconos, et viduarum, vel repudiatarum maritos jubemus separari, et, peracta poenitentia, ad Ordinem suum reverti: Et qvi noluerint illicita conjugia dimittere, secundum Instituta Canonis debeant degradari. Separatas autem feminas parentibus reddi jubemus suis; et qvia non erant legitimae, si voluerint, liceat eis maritari. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 1.

3.) Ut Clerici bigami, et viduarum, aut repudiatarum mariti, temporalibus Ecclesiae beneficiis, et cunctis beneficiis Ecclesiasticis priventur. *Colom. Decr. L. II. C.* 9.

4.) Si qvis bigamus Presbyter, propter uxorem, divinum officium reliqverit, omni Ecclesiastica dignitate privetur, et inter laicos deputetur. *Colom. Decr. L. II. C.* 4.

## §. V.

### *Episcopus, consentiens Presbytero nolenti separari ab illicito matrimonio, a Rege, et Episcopis judicetur.*

Si qvis Episcopus, aut Archiepiscopus, ab illicitis conjugiis separari nolenti, spreto Sy-

nodali Decreto, aut Consilium, et Consensum praebuerit, aut ei Ecclesiam dederit, aut aliqvid, qvod ad ordinem pertinet, agere permiserit, a Rege, et Co-Episcopis suis, secundum qvod rationabile videbitur, is dijudicetur. Si vero Archiepiscopus Causa ignorantiae, Episcopo consenserit, aut Presbiter, per consensum illius, in tali vitio permanserit, judicio Episcopi voluntario subjaceat. *S. Lad. Decr. L. I. C. 4.*

### §. VI.

*Presbiteri ancillas loco uxorum non servent.*

Si qvis Presbyter ancillam suam uxoris in locum sibi associaverit, vendat, et si noluerit, venumdetur, et pretium ejus ad Episcopum transferatur. *S. Lad. Decr. L. I. C. 2.*

### §. VII.

*Concubinae a Presbyteris separentur.*

Si Presbyter, Altari deserviens, concubinam habuerit, illa auferatur, ipse vero, juxta praeceptum Episcopi, fructu peracto poenitentiae, ad administrandum, altari restituatur, et Ecclesiae, aut a villa, in qva est Ecclesia ab Ecclesia longius non recedat. Qvod si recesserit, decem pensas persolvat, et redeat. *Colom. Decr. L. II. C. 12.*

### §. VIII.

*De filiis Presbyterorum Graeci Ritus unitorum.*

Ut unitorum Graeci Ritus Sacerdotum filii, in Presbyteratu nati, in Statum et Conditionem Colonicalem non reducantur, talesqve praevie capacitati, et eruditi, in Presbytera-

tum ordinari, et assumi possint. Qvi vero Presbyterorum filii in fundis Colonicalibus residerent, a talibus, juxta initam, vel ineundam cum dominis terrestribus conventionem, in, et ab eisdem contribuere, ac ad communia onera concurrere debeant. 1723. *Art.* 69.

# TITULUS III.

## *De immunitatibus, Privilegiis, Obligationibus et foro Ecclesiasticorum.*

## SECTIO I.

### *De immunitatibus generatim.*

### ARTICULUS I.

*Sacerdotes inviolabiles sunt.*

Qvi laedit Sacerdotes vel res Sacras, ab omnibus, tamqvam pro Crimine publico accusari potest. *Prolog. T.* 2. §. 3.

### ARTICULUS II.

*Ecclesiastici in antiqvis suis libertatibus maneant.*

Qvod omnes Ecclesiae, Ecclesiarumqve Rectores, scilicet: Praelati ac Barones, nec non totius Regni nostri Hungariae, et ejus Partes Sclavoniae, ceterarumqve Partium cunctarum, ad ipsum Regnum nostrum Hungariae pertinentium Nobiles universi maneant in suis antiqvis libertatibus. 1472. *Art.* 9.

### ARTICULUS III.

*Nobiles et Ecclesiastici non impediantur.*

Articulus 76. A. 1563. Constitutionum Posoniensium, pro parte Nobilium et Ecclesiasti-

corum, in praesenti Diaeta conqverentium renovatur. 1647. *Art.* 114.

## SECTIO II.

### *De immunitatibus Ecclesiasticorum speciatim.*

### ARTICULUS I.

*Ecclesiastici ab Officialibus Regiis immunes sunt.*

#### §. I.

*Ecclesiastici et Clerici Cursoribus Regis praejuncturas dare non tenentur.*

Nemo cursorum audeat ducere eqvum ultra tertiam villam, vel accipere ad Ecclesiam euntium, sive ad Curiam Episcoporum; nec de Presbyteris, aut Clericis, aut Curribus eorum. S. *Lad. Decr. L. III. C.* 28.

#### §. II.

*Regii familiares res Ecclesiasticorum non auferant.*

Qvod Currus, eqvos, et alias Nobilium etc. aut virorum Ecclesiasticorum, familiares nostri, et aliorum qvorumcunqve, in viis eorum, et progressibus auferre non praesumant. 1468. *Art.* 13.

### ARTICULUS II.

*De immunitate Ecclesiasticorum a tributis, Tricesimis, teloniis, et Decimis.*

#### §. I.

*Clerici Ecclesiastici et peregrini a tributo eximuntur.*

Ut a Clericis et Ecclesiasticis Viris, et peregrinis, nec non rebus, et victualibus Nobi-

lium, qvae non permutandi causa deferuntur, nullum penitus tributum exigatur. 1447. Art. 38.

## §. II.

*Nobiles et Ecclesiastici a tributis ubique immunes sunt.*

Nobiles et Ecclesiasticae personae ad loca tributorum et vadorum ire non teneantur, neqve compellantur, sed per portus et vias, qvas voluerint, libero transitu, absqve aliqvali impedimento, et solutione ire eos patiantur. Contrarium facientes, in poena solutionis homagii vivi talis impediti, convincantur. 1492. Art. 85.

## §. III.

*Nobiles et Ecclesiastici a Tricesimis et tributis immunes sunt.*

Qvod nullus Tricesimatorum, ac Tributariorum de rebus et bonis per Nobiles, Presbyteros ac Monachos, ipsorumqve homines, ad necessaria domorum eorumdem emendis, aliqvam tricesimam, aut tributum, prout hactenus consveverunt, contra eorumdem liberbertates exigere valeat; si vero qvispiam id faceret, Nobilis aut Presbyter, vel Monachus, taliter spoliatus, vel in libertate laesus domino illius tributi, alioqvin Comiti Parochiali qverelas deponere debeat. 1498. *Art.* 35.

## §. IV.

*Qvod nullus ab Ecclesiasticis, Scholaribus et Nobilibus telonia vel Decimas exigere possit.*

Qvod nullus omnino hominum de Sacerdotibus, Scholaribus et Nobilibus, neqve te-

lonia, neqve Decimas, prout vetus Regni reqvirit consvetudo, exigere debeat. 1457. *Szilagyi Art.* 10.

## ARTICULUS III.

*In Partibus maritimis Nobiles et Ecclesiastici iisdem juribus fruantur, et subsint.*

Pro legitima jurisdictione Regni, et S. Coronae, jurisqve patrii, in maritimis qvoqve Partibus conservatione, statuitur, ac decernitur: Ut Nobiles, et Ecclesiastici viri in illis partibus commorantes, ad instar aliorum Regni Nobilium et Ecclesiasticorum, sicuti iisdem praerogativis, ac libertatibus, ita etiam iisdem juribus Regni uti, frui, ac subesse debeant, atqve possint. 1647. *Art.* 57. §. 1. *Cf. P. II. T.* 11. §. 4.

## ARTICULUS IV.

*Ecclesiastici privilegia amissa allegantes, probent testimonio ad Sexaginta annos.*

Si qvi, Ecclesiasticae, sive Seculares personae causarentur, privilegia sua per qvoscunqve hostes ablata, et deperdita fuisse; vel etiam si qvispiam Ecclesiasticorum allegaret, Ecclesiam suam apud manus laicales, per ipsos Privilegiis spoliatam, vel aliter defraudatam fuisse, si tales cum Nobilibus in rebus a Sexaginta annis ita actum esse, comprobare poterunt, attestatio pro privilegio reputetur. 1486. *Art.* 71. *Cf.* 1715. 70.

Sec-

# SECTIO III.

## *De foro Ecclesiasticorum.*

### ARTICULUS I.

*Clericos Judex secularis citare non potest.*

1.) Possit Judex Sigillum suum mittere super qvoscunqve, exceptis Presbyteris, et Clericis. *S. Lad. Decr. L. III. C.* 25.

2.) Nullus praesumat secularis Judex Sigillum clerico dare. *Colom. Decr. L. I. Cap.* 14.

### ARTICULUS II.

*Clerici et laici causantes per qvem citandi, et examinandi sunt.*

Si Clericus causam habet cum laico, per Judicis Sigillum laicus cogatur; Si vero laicus habet causam cum Clerico; per Sigillum Episcopi, vel Archiepiscopi clericus cogatur; ab eisqve, tamqvam Judice suo, examinentur. *Colom. Decr. L. I. C. 6.*

### ARTICULUS III.

*Laici jurisdictionem Ecclesiae non exerceant.*

Nullus laicus potestatem Ecclesiae habeat. *Colom. Decr. L.* II. *C.* 11.

In nomine Sanctae, et individuae Trinitatis. Andreas Dei gratia Ungariae etc. omnibus in regno nostro constitutis Sacerdotibus, Diaconis, Subdiaconis, Acolytis, Exorcistis, qvibuslibet in sortem Domini per tonsuram Clericalem insignitis, talem ac tantam, auctoritate Regia conferimus libertatem, ut, si qvispiam laicorum ex his aliqvem sive de possessorio, seu de furto, seu de terris, seu qvocunqve alio actionis titulo praesumpserit ad Judicem tra-

here secularem; ipse laicus eo ipso suae causae praejudicium faciat - - - A. 1222. *Vide apud Kollár in Libello: de usu perpetuo potestatis legislatoriae circa sacra pag. 93.*

## ARTICULUS IV.

*Palatinus personas, et Causas Ecclesiasticas non judicet.*

Palatinus omnes homines indifferenter discutiat, praeter personas Ecclesiasticas et Clericos, et praeter Causas Matrimoniales et dotes, et alias Ecclesiasticas qvacunqve ratione videantur ad Ecclesiasticum examen pertinere. 1231. *Art.* 17.

## ARTICULUS V.

*Ecclesiarum Villas Comites Parochiani non judicent.*

Comites Parochiani villas Ecclesiarum non discutiant, nisi in Causa monetae, et Decimarum. 1231. *Art.* 11.

## ARTICULUS VI.

*Clericus extra Ecclesiam non examinetur.*

Nemo etiam qvemlibet Clericum in publico, nisi in Ecclesia examinare praesumat. *S. Steph. Decr. L. II. C.* 3. §. 2.

## ARTICULUS VII.

*Contra Clericum testimonium laici non acceptetur.*

Testimonium laici adversus Clericum nemo recipiat. *S. Steph. Decr. L. II. C.* 3. §. 1.

## ARTICULUS VIII.

*Ecclesiastici Viri cum tribus literis Inqvisitoriis possessiones acqvirere non possunt.*

1. Episcopi, Capitula, Abbates, Conventus, Praepositi, et ceterae possessionatae personae Ecclesiasticae, cum tribus literis Inqvisitoriis, nisi Regia Majestas, destinatis probis viris, qvos maluerit, experiatur, et informetur, inter Nobiles et Ecclesias super possessionibus acqvirendis, possessionem nec reqvirere, nec retinere possunt, nisi cum tribus literis privilegialibus Regis, vel Reginae, aut Judicum, Vicesgerentium Regiae Majestatis. 1351. *Art.* 20.

2. Qvod Episcopi, Capitula, Abbates, Conventus, Praepositi et ceterae Ecclesiasticae possessionatae personae cum tribus literis Inqvisitoriis super possessionibus acqvirendis, nisi Regia Majestas, destinatis probis Viris, qvos maluerit, experiatur, et informetur, inter Nobiles et Ecclesias, possessiones aliqvas nec acqvirere, nec retinere possint, nisi cum literis privilegialibus Regiae Majestatis, aut Judicum Vicesgerentium Suae Majestatis, prout haec omnia tempore qvondam Serenissimi Domini Regis Ludovici decreta, et observata fuisse dignoscuntur. 1486. *Art.* 57.

3. Qvod Episcopi, Capitula, Abbates, Conventus, et Praepositi, ac ceterae Ecclesiasticae personae possessionatae cum tribus literis Inqvisitoriis, in acqvirendis possessionibus inter Nobiles et Ecclesias, aliqvam possessionem nec acqvirere, neqve retinere possint, nisi cum literis Regiae Majestatis, vel aliorum Judicum Ordinariorum, prout haec tempore qvondam Domini Ludovici Regis decreta, et observata dignoscuntur. 1492. *Art.* 77.

## ARTICULUS IX.

*Ecclesiastici ratione bonorum Judicio Judicum Ordinariorum subsunt.*

Viri Ecclesiastici Ratione bonorum temporalium qvae possident qvorumlibet etiam actuum potentiariorum, inde emergentium, in presentiam qvorumlibet Judicum Regni Ordinariorum ab eorum adversariis, si qvos habuerint, in causam libere conveniri, et attrahi possunt, coram qvibus, more aliorum secularium respondere, juriqve stare tenentur. *P. I. T.* 12. §. 1.

## ARTICULUS X.

*Ecclesiastici cum secularibus litigantes, si succumbant, eundem poenam incurrunt, qvam isti, si in simili casu convincerentur, incurrissent et vicissim.*

1. Si Viri Ecclesiastici, seu Praelati, tramite juris observato, in alicujus Regii judicis praesentia de jure convicti fuerint, tunc in ejusdem gravaminis poenam, qvo eorum adversarios intendebant onerare, seu aggravare, incidant eo facto. 1351. *Art.* 1.

2. Qvaecunqve Ecclesiastica persona aliqvem Nobilem in praesentiam cujuscunqve Judicis ordinarii citaverit, vel evocaverit, et si idem Nobilis contra ipsam personam Ecclesiasticam ordine judiciario in Sententia convictus fuerit, tunc gravamina majora incurrere non possit, idem Nobilis, nisi homagium suum, scilicet emendam Capitis, praecise eodem modo, sicut ipsa Ecclesiastica persona; et de damnis tam ex parte Ecclesiasticarum, qvam se-

cularium personarum, judex damnum patienti satisfactionem impendere teneatur. 1439. *Art.* 38.

3. Personae laicales contra personas Ecclesiasticas in facto potentiae, vel Calumpniae convinci non debeant pro ipso facto potentiae, vel calumpniae in poena Sententiae Capitali, ac amissione possessionum, et bonorum aggravari, sed solummodo in eorum homagiis, qvemadmodum ipsae personae Ecclesiasticae contra personas seculares convinci solent, dampnum tamen illatum ultra id deberet refundi effective. 1447. *Art.* 25.

4. Viri seculares contra Viros Ecclesiasticos in nullo facto in lite seculari, possunt magis aggravari, qvam viri Ecclesiastici aggraventur contra seculares. 1464. *Art.* 14.

5. Qvaecunqve persona Ecclesiastica aliqvem Nobilem in praesentiam cujuscunqve Judicis ordinarii citaverit, seu evocaverit, et si idem Nobilis contra ipsam personam Ecclesiasticam, ordine judiciario in Sententia convictus esset, tunc gravamina majora incurrere non possit, idem Nobilis, nisi in homagio suo, hoc est: in emendae Capitis sui pretio eodem modo, sicut ipsa Ecclesiastica persona contra Nobilem convinceretur, et de damnis tam ex parte Ecclesiasticarum personarum, qvam secularium judex damnificato satisfacere teneatur. 1468. *Art.* 39.

6. Si Praelati, vel aliae Ecclesiasticae personae, in praesentia alicujus judicis, juris ordine convicti fuerint, in eadem gravamina, qvibus adversarios onerare intendebant, eo facto incidant. 1486. *Art.* 28.

7. Qvod seculares personae contra Ecclesiasticas, in judicio, in majori onere non con-

vincantur, qvam Ecclesiasticae contra seculares convincerentur. 1486. *Art.* 72.

8. Seculares personae contra Ecclesiasticas personas, in qvocunqve judicio, in majori onere non convincantur, qvam Ecclesiasticae contra seculares convincerentur. 1492. *Art.* 76.

9. Personae seculares contra Ecclesiasticas, Civitatesqve liberas, et Johagiones Regios, solummodo in poena praenotata (homagio suo) et non in amissione possessionis, aut villae convincantur. 1514. *Art.* 32.

10. Exceptis qvibusdam casibus, in Decreto Regni specificatis, persona Ecclesiastica contra secularem, et e converso, secularis contra Ecclesiasticam in omnibus causis aeqvali poenae, ac gravamini subjaceat. *Decr. Trip. P. II. T.* 44. 1647. *Art.* 16. §. 11.

11. In ceteris causis, et casibus persona spiritualis, et Ecclesiastica contra secularem, et e converso, secularis adversus spiritualem aeqvali poenae, et gravamini subjacet; Emendae scilicet Capitis, vel Homagii, atqve damnorum illatorum refusioni, de qvibus Judex Actori, et damnum passo, juxta modum superius praedeclaratum, satisfactionem impendere tenetur. Et haec consvetudo ex Generali maxime Decreto Serenissimi Principis, qvondam D. Alberti Romanorum, et Hungariae Regis, Austriaeqve Ducis, excerpta est, atqve processit, qvae etiam in Generali moderno Decreto nostro roborata habetur, et confirmata. *P. II. T.* 44. §. 7. 8.

## ARTICULUS XI.

*Sententia Capitalis in Casibus ordinariis contra personas Ecclesiasticas non fertur.*

Sententia Capitalis contra Ecclesiasticas personas, demptis Casibus infra declarandis, non decernitur, neqve pronunciatur, sed solummodo Sententia Emendam, hoc est: redemptionem Capitis concernens, fertur, et declaratur. *P. II. T.* 42. §. 6.

## ARTICULUS XII.

*De Casibus, in qvibus etiam contra Ecclesiasticas personas Capitalis Sententia fertur.*

Sciendum ulterius, qvod tres sunt Casus, in qvibus etiam contra Spirituales, et Ecclesiasticas personas capitalis Sententia pronunciatur, per qvam ultra amissionem patrimoniorum, et beneficiorum ipsorum, capitalis Sententia decernitur, atqve seqvitur.

Primus Casus: Si qvis eorum crimen laesae Majestatis commiserit.

Secundus: Si Notam infidelitatis manifestam incurrerit.

Tertius: Si qvis ipsorum voluntarium, et deliberatum homicidium, ac latrocinium patraverit, aut perpetrari fecerit, propter qvod, praehabita degradatione, capite plecti debebit. In qvibus qvidem Casibus, licet bona Ecclesiarum, qvibus praesunt, non amittant, tamen privata, et separata patrimonia, et jura possessionaria, si qvae habent; insuper cuncta beneficia Ecclesiastica, qvae possident, perdere, et amittere solent. Sed in tertio Casu, deliberato scilicet homicidio, ac latrocinio patrimoniorum proprietatem, et hereditatem non amittunt, si

fratres habuerint Condivisionales, ad qvos illa jure successorio spectant, qvoniam Caput in hac parte capite compensari sufficit. *P. II. T.* 44.

## ARTICULUS. XIII.

*Qvomodo Capitulum, vel Conventus simul, et qvomodo personae privatae seorsim sententionari debeant.*

Item: Si Capitulum, vel Conventus Collectivo nomine pro actibus potentiariis majoribus vel minoribus, qvocunqve Sententiarum genere condemnatur; tamqvam unica, et Singularis persona gravatur, et non singuli singulariter debent condemnari: Exceptis praemissis casibus, homicidii videlicet voluntarii et deliberati, ac criminis laesae Majestatis, et Notae infidelitatis, pro qvibus omnes delinqventes, modo antelato, sunt puniendi. Verum, si certae personae Capitulares, et non tota communitas, aliqvos actus potentiarios de bonis Ecclesiarum perpetraverint, tunc ipsae personae, seorsim a communitate, et eo loco, ubi talia mala commiserunt, ad judicium libere poterunt evocari, praesertim, si patrimonia non habuerint privata. Et qvamvis ea habuerint, nihilominus de loco praenotato citari, et evocari qveunt, ac juxta Causae meritum Sententia contra eos, per judicem ferri poterit, atqve pronunciari. *P. II. T.* 46.

## ARTICULUS XIV.

*Qvaliter debita, ac damna Spirituales personae reddere debeant.*

Item: Si persona Spiritualis, cujuscunqve Status, et dignitatis existat, ad solutionem et

restitutionem aliqvorum debitorum aggravata fuerit, tunc adversario suo pecuniaria solutione satisfacere tenetur. Et si noluerit, aut non poterit, tunc de bonis Ecclesiae, per Judicem adversario ipsi, infra illius spatium temporis, qvo de proventibus ipsorum bonorum debita recuperari poterunt, statuendis, et occupandis, solutio, ac satisfactio est impendenda. Pecuniaria autem appellatione intelligitur hoc loco, qvodlibet aurum et argentum, ac omnis moneta pro tempore currens. Ubi vero ad solutionem, et refusionem damnorum illatorum condemnatus exstiterit, isto casu poterit, si voluerit, rebus cum mobilibus, et venalibus, juxta tamen verum valorem hujusmodi rerum, adversario suo satisfactionem impendere. Alioqvin de bonis, ac juribus possessionariis Ecclesiae, in hac qvoqve parte, Judex Causae, adversario illius personae Convictae statutione debita satisfacere tenetur. *P. II. T.* 45.

## ARTICULUS XV.

*Bona Ecclesiarum propter excessus suos nullus Ecclesiasticus amittere potest.*

Bona, et jura possessionaria Ecclesiarum, sicuti praenarratum est, nemo Praelatorum, aut Abbatum, vel Praepositorum, seu etiam aliarum personarum Ecclesiasticarum propter suos excessus amittere, et ab ipsa Ecclesia alienare potest; sed si qvispiam illorum in Emendae capitis Sententia convictus fuerit, tunc solummodo de homagio, et damnis illatis satisfacere, modo praedeclarato debet. *P. II. T.* 51. §. 1. 2.

Si adversario satisfacere noluerit, aut non poterit, tunc de bonis Ecclesiae per Judicem

adversario ipsi, infra illius spatium temporis, qvo de proventibus ipsorum bonorum damna recuperari poterunt, statuendis et occupandis, solutio, ac satisfactio est impendenda. *P. II. T.* 45. §. 1.

## ARTICULUS XVI.

*Qvomodo Praelatus cum Capitulo, simul, et qvo modo seorsim, Judicium portabit.*

Item: Si Praelatus cum suo Capitulo, vel Conventu fuerit ad Judicium simul evocatus, tunc, si Praelatus et Capitulum, vel Conventus in illis juribus possessionariis, de qvibus actus ejuscemodi potentiarii, aut alia malorum genera commissa, vel patrata fuisse dicuntur, et qvaeruntur, indivisi fuerint comperti, Praelatus in hoc Casu, non separatim a suo Capitulo, vel Conventu, sed simul cum eisdem aut absolvi, aut condemnari debet; qvoniam ratione indivisionis cum suo Capitulo, vel Conventu, una communitas esse censetur. Si tamen de divisis inter eos juribus possessionariis mala ipsa suborta, perpetrataqve fuisse comperientur, tunc Praelatus aut Capitulum, vel Conventus, separatim et seorsim condemnatur. Hinc est: qvod, si Praelatus cum suo Capitulo, vel Conventu simul evocabitur, tunc ratione divisionis, vel non divisionis, etiam juramentum illis diversimode praestandum adjudicatur, Nam, si modo antelato Praelatus cum suo Capitulo, vel Conventu indivisus fuerit, tum ipse Praelatus cum suis Conjuratoribus, tam in sua, qvam etiam totius Capituli, vel Conventus personis Sacramentum praestare debebit. Si vero divisus extiterit, tunc tam idem Praelatus cum suis, qvam etiam Lector, aut

Cantor, sive Custos, vel Decanus, in persona ipsius Capituli, vel Conventus, iterum cum suis conjuratoribus, juxta deliberationem, et Sententiam Judicis, seorsim, et separatim juramenta eorum deponere tenentur. *P. II. T.* 49.

## ARTICULUS XVII.

*De compensatione damnorum per Officiales Ecclesiasticarum personarum irrogatorum.*

Universi Officiales Ecclesiasticarum personarum, sive sint Spirituales, sive seculares, occasione qvorumcunqve actuum potentionariorum, si qvos de Officiolatibus eorum commiserint, vel perpetraverint, de eisdem Officiolatibus ipsorum instar alio um Regni Nobilium, et Officialium libere semper jure conveniri, atqve ad judicium citari et evocari possunt. Et, si in judicio convicti fuerint, de dictis Officiolatibus eorum, tam eorum adversario, qvam etiam Judici ipsorum satisfactio administrabitur, Domini autem illorum, si talia non commissione eorum fuerint illata, vel irrogata, poterunt ipsos Officiales, usqve ad debitam emendationem et satisfactionem, etiam cum detentione personarum suarum compellere, prout hoc de Officialibus habetur etiam in Decreto primo moderni Domini nostri Wladislai Regis Articulo vigesimo qvarto. *P. II. T.* 48.

## ARTICULUS XVIII.

*Spiritualis persona ad statuendum Jobagiones suos citata et non comparens qvo modo convincatur.*

Si Spiritualis persona in Curiam Regiam evocata, vel in Sedem Judiciariam Comitis

Parochialis citata ita fuerit, ut, et per se ipsam comparere, et Jobagiones qvoqve, aut familiares suos ignobiles sistere, vel juri statuere teneatur, tunc, si talis non venerit, solus ipse in persona sua propria, in tribus Marcis gravis ponderis, Jobagiones vero, vel familiares sui ignobiles qvotqvot fuerint, nominatim statui commissi, per singula Capita, in singulis Marcis, hoc est, qvaelibet persona statui commissa, in una Marca, gravis similiter ponderis, convinci, et aggravari, et insuper in actione, acqvisitioneqve Actoris condemnari solet atqve debet. *P. III. T.* 26.

## ARTICULUS XIX.

*Religiosi et Ecclesiastici in Casibus majoris potentiae poenam emendae Capitis incurrunt.*

Religiosae, et Ecclesiasticae personae, nec non mulieres, in praemissis Casibus (*actus majoris potentiae*) poenae emendae Capitis subjacebunt. 1723. *Art.* 10. §. 7.

## ARTICULUS XX.

*Ecclesiasticis prorogatoriae annuae non conceduntur.*

Literae annuales Ecclesiis, et viris Ecclesiasticis ulterius non dentur. 1447. *Art.* 28. *Contrarium P. II. T.* 50.

## ARTICULUS. XXI.

*Prorogatio absentibus Praelatis etc. in omnibus Judiciis conceditur.*

Qvod semel etiam in Octavis vel brevibus Judiciis, qvomodolibet celebrandis, tam DD.

Praelati, qvam Barones, ceteriqve Regnicolae, dum in peregrinationibus extra Regnum hoc, et ultra Partes marinas occupabuntur, semel propter absentiam et non venientiam in aliqvo onere, vel gravamine non convincantur. Illis qvoqve, qvi in Gymnasiis et Studiis literalis scientiae praeoccupati fuerint, Clausula praedicta modo simili semel, et non pluries suffragari debebit. 1500. *Art.* 1.

## ARTICULUS XXII.

*Ecclesiastici contra alienos coram horum Judice qvaerere debent justitiam.*

Statuimus: ut si cuipiam in villa, vel possessione alicujus Domini terrestris, cujuscunqve Status et Conditionis, tam Ecclesiasticus, qvam secularis existat, aliqvalis inferretur injuria, vel offensa, talis laesus, primo ad Judicem illius possessionis justitiam postulare tenetur. 1405. *I. Art.* 8.

# SECTIO IV.

## *Judicium Synodale.*

1. Bis in anno, id est: in festivitate Apostolorum Philippi, et Jacobi, et in Octavis Michaelis Synodum in unoqvoqve Episcopatu celebrari constituimus, in qva ad suum Episcopum conveniant. *Colom. Decret. L. I. C.* 2.

2. Episcoporum, et Comitum Capellani, vel reliqvorum per Sigillum Episcopi, vel Archiepiscopi ad causandum cogantur. *Colom. Decr. L. I. C.* 5.

3. Si duo Abbates contenderint, in eadem Synodo judicentur. *Colom. Decr. L. I. C.* 8.

4. Capellani, qvorum personis indignum est coram Judice inferiori se constituere, in eadem synodo judicentur. *Colom. Decr. L. I. C. 9.*

## SECTIO V.

### *De Obligationibus Ecclesiasticorum.*

#### ARTICULUS I.

*Ecclesiastici non secus, qvam seculares debent observare Constitutiones Regni.*

Has leges, seu Constitutiones ex authoritate Regia duximus salubriter statuendas, qvas ab omnibus et singulis Regnicolis nostris, tam Ecclesiasticis, qvam secularibus, nemine excluso, volumus, et praecipimus plene et integre, et inviolabiliter observari. 1405. *II. Exord.* §. 3. 4.

#### ARTICULUS II.

*Ecclesiastici etiam pro expensis Nunciorum ad Regem in medium Comitatus conferant.*

Qvia ex Comitatibus saepe numero universitas Nobilium Nuncios ad Majestatem Regiam mittere solet, nonnulli autem sunt, tam Spirituales, qvam etiam seculares Domini, Abbates, Praepositi, Capitula, et Conventus, qvi instar aliorum, de bonis ipsorum expensas hujusmodi Nunciis dare recusant; praesenti Decreto sancitum est: qvod a modo omnes et singuli, cujuscunqve Status et Conditionis possessionati homines existant, expensas de bonis suis in medium Communitatis semper persolvere teneantur; demptis tamen illis DD. Praelatis etc. qvi ad Regiam Majestatem nominatim per lite-

ras vocabuntur. Renitentes Comes cum onere trium Marcarum levis ponderis compellere teneatur. 1486. *Art.* 64.

# CAPUT V.

## *De Beneficiis Ecclesiasticis.*

## TITULUS I.

### *Beneficia Ecclesiastica per qvem conferantur.*

### SECTIO I.

#### *Rex beneficia Ecclesiastica conferat.*

#### ARTICULUS I.

*Beneficia Ecclesiastica more antiqvo conferantur.*

In Collationibus beneficiorum Ecclesiasticorum teneatur modus antiqvus. 1472. *Art.* 11.

#### ARTICULUS II.

*Beneficia Ecclesiastica solus Rex Hungaris conferat.*

1. Ut solum Majestas Regia et nemo DD. Praelatorum, praeter simplicem Canonicatum, beneficium conferendi habeat facultatem; non tamen externis, sed Hungaris, et Coronae Hungariae subjectis. 1526. *Art.* 21.

2. Ut augeatur numerus Praelatorum, Majestas Caesarea et Regia dignetur Episcopatus et Praeposituras, tam regulares, qvam seculares, nunc vacantes, conferre personis congruis. 1567. *Art.* 24. §. 10.

3. Collatio beneficiorum Ecclesiasticorum, simul cum bonis, et juribus possessionariis, ad Ecclesias Dei pertinentibus, ad Principem, et Regem nostrum spectare dignoscitur. *P. I. T.* 12. *init.*

4. Ratione fundationis Ecclesiarum Reges Hungariae omnem facultatem Juris patronatus, nominationis, electionis, et Collationis beneficiorum sibi ipsis acqvisiverunt, et vendicarunt, qva ex Causa pertinet semper ad Reges nostros, hoc in Regno beneficiorum Ecclesiasticorum Collatio. *P. I. T.* 11. §. 1.

## ARTICULUS III.

*Majora beneficia Ecclesiastica cum Consilio Consiliariorum conferantur.*

Qvod Majestas Sua Archiepiscopatus et Episcopatus, si qvi vacabunt, de Consilio DD. Consiliariorum conferat personis idoneis, et bene meritis, qvi scilicet ad Servitia Suae Majestatis, et ad curas, et onera Regni subeunda apti videbuntur. Alia vero minora beneficia, etiam Consiliariis irreqvisitis, et inconsultis, per se conferre possit. 1518. *Art.* 16.

## ARTICULUS IV.

*Vacantia beneficia Ecclesiastica statim conferantur.*

### §. I.

*Beneficia Ecclesiastica Rex diu vacare non permittat.*

1. Ecclesiastica beneficia vacatura non faciemus. 1439. *Art.* 21.

2.

2. Ecclesiastica beneficia vacare Dominus Rex non faciat. 1458. *Art.* 20.

## §. II.

*Rex beneficia Ecclesiastica vacantia conferat.*

Qvod si sunt minora beneficia aliqva Ecclesiastica vacantia, vel imposterum qvoqve vacatura, aut qvae apud manus seculares haberentur, illa Sacra Majestas Sua, vigore juris patronatus sui universalis, gratiose conferre dignetur, ut Clerus in Regno, in tanta Ecclesiasticarum personarum penuria, augeatur.. 1569. *Art.* 36.

## §. III.

*Vacantia beneficia Ecclesiastica Gubernator statim conferat.*

Gubernator Ecclesias vacantes tempore debito, cum Consiliariis deputatis, personis idoneis, juxta traditam sibi potestatem, conferat, ne eaedem per longam vacationem ad irrecuperabile dampnum incidant, et ruinam, et neqve ipsas Ecclesias vacantes, per manus laicales faciat occupari, possessionesqve, et bona earumdem detineri. 1447. *Art.* 56.

## ARTICULUS V.

*Rex beneficia Ecclesiastica pingviora pro exsolvendis debitis diutius vacantia retineat.*

1. Anteqvam tamen Majestas Regia illa (*beneficia Ecclesiastica*) aliqvibus conferat, apud manus suas tamdiu de illis beneficiis pingvioribus tanta et talia conservet, qvousqve an-

tiqva sua debita persolvere poterit. 1518. *Bachien. Art.* 17.

2. Anteqvam Majestas Regia illa (*beneficia Ecclesiastica*) aliqvibus conferat, apud manus suas tamdiu, de illorum beneficiis pingvioribus tanta, et talia conservet, qvam antiqva sua debita persolvere poterit. 1519. *Art.* 13.

## ARTICULUS VI.

*Libertates etiam de beneficiis Ecclesiasticis Rex conservet.*

Statutum est; Majestate sua etiam ad novissimam supplicationem id annuente, ut universae libertates, omnium Ordinum ac Statuum, in bonis ac juribus possessionariis, nec non Praelaturis, aliisqve Ecclesiasticis beneficiis, a sua Majestate conserventur. 1552. Art. 30. §. 2.

# SECTIO II.

*Beneficia Ecclesiastica Romae non conferantur.*

## ARTICULUS I.

*Beneficia Ecclesiastica a Curia Romana non impetrentur.*

Qvanta mala, et discordiae ex provisionibus Ecclesiarum Cathedralium, Collegiatarumqve, et aliarum dignitatum ac beneficiorum Ecclesiasticorum per Sedem Apostolicam, praeter voluntatem nostram factis, in hoc Regno exorta fuerint, et sint, peroptime clareret; statuimus itaqve: ut nullus omnino

Clericorum, seu religiosorum virorum absqve praesentatione, et nominatione Regis vel nostra, aliqvam Ecclesiam Cathedralem, vel qvodcunqve beneficium Ecclesiasticum, sibi per Sedem Apostolicam conferri, et se in eisdem consecrari facere audeat qvoqvomodo. Contrarium facientes, infideles, et exules Regni habeantur. 1447. *Art.* 50. *Cf.* 1495. *Art.* 31.

## ARTICULUS. II.

*Beneficia Ecclesiastica, personis Curiae Romanae obligata, intra annum eliberentur, et Regnicolis conferantur.*

Similiter etiam illae personae, qvae aliqva beneficia Ecclesiastica, sive magna, sive parva, qvibuscunqve personis ad Curiam Romanam obligassent, infra unius integri anni spatium, a data praesentium Constitutionum computando, teneantur ea liberare, alioqvin per Majestatem Regiam occupentur, et personis idoneis, Regnicolis scilicet, et non forensibus conferantur. 1498. *Art.* 56.

## ARTICULUS III.

*Beneficiatorum Romae decedentium beneficia, ne Pontifex exteris conferat, Cautelae.*

Qvoniam plurimi Beneficiatorum Ecclesiasticorum, aut privatis eorum pro rebus, aut ceterorum Consociorum negotiis expediendis in Urbem proficiscuntur, ibiqve saepe numero moriuntur, et sic eorum beneficia per summum Pontificem, exteris Nationibus, et advenis, contra Regni hujus libertatem crebro conferuntur; ideo deliberatum est: ut a modo deinceps qvilibet D. D. Praelatorum,

et aliorum virorum Ecclesiasticorum beneficiatorum, Urbem petiturus, anteqvam itineri se submittat, teneatur de patrimonio suo, in proventibus, tantum Majestati Regiae, et Sacrae Coronae suae obligare, qvantum proventus beneficii sui annualis valere dinoscitur; si vero tantum patrimonii non haberet, teneatur, priusqvam ingrediatur, literas a Summo Pontifice assecuratorias impetrare, qvod si etiam in Urbe casu decederet, beneficium nihilominus suum in Regno hoc salvum permaneat, et illaesum. 1514. *Art.* 65.

# TITULUS II.

*Beneficia Ecclesiastica in Hungaria qualibus personis conferenda.*

## SECTIO I.

*Beneficia Ecclesiastica probis, doctis et habilibus personis conferantur.*

### ARTICULUS I.

*In Sacerdotes probi, et docti viri creentur.*

Sacerdotes non creentur, nisi probatae vitae, et docrinae viri; his sacerdotia Ecclesiastica, beneficiaqve conferantur. 1548. *Art.* 6. §. 5.

### ARTICULUS II.

*De D. D. Praelatis, promoventibus juvenes et in habiles ad beneficia Ecclesiastica.*

Sunt pleriqve D. D. Praelatorum, et Virorum Ecclesiasticorum in Collationibus benefi-

ciorum Ecclesiasticorum, in ignominiam totius ordinis Clericalis abutentes, qvi illa non personis idoneis et bene meritis, sed juvenibus et indoctis, ad eadem beneficia penitus incapacibus, absqve consensu Regiae Majestatis conferre, illisqve titulum hujusmodi beneficiorum ascribentes, soli proventus eorumdem exhaurire, et in usus proprios convertere, sicqve cultus divini, propter tales abusiones, qvotidie in Ecclesiis Dei negligi consveverunt. Qvia autem libertate antiqva hujus Regni reqvirente, Collationes qvorumcunqve beneficiorum, in omnibus Ecclesiis Regni, in qvibus Regia Majestas Jus patronatus habere censetur, ad Majestatem suam spectare dignoscuntur. Qvare statutum est: qvod a modo de cetero ipsi D. D. Praelati, et Viri Ecclesiastici, in eorum Ecclesiis, qvibus ex provisione Regiae Majestatis praesunt, absqve annuentia et consensu Regiae Majestatis, nulla beneficia Ecclesiastica, pro tempore vacantia conferre possint; ab illis autem personis juvenibus, atqve idiotis et indoctis, qvibus aliqva beneficia Ecclesiastica, absqve consensu Majestatis Regiae, collata fuissent, per Regiam Majestatem auferantur, et personis idoneis conferantur. Deinceps autem dignetur Majestas sua taliter providere, qvod hujusmodi beneficia Ecclesiastica, qvae animarum sunt refocillamina, sicuti per Majestatem suam, ita etiam per viros Ecclesiasticos, qvibus ad hoc facultatem concesserit, personis tantummodo adultis, et benemeritis, et non juvenibus, neqve idiotis, conferantur; ut servitia divina in Ecclesiis, sacrae coronae hujus Regni subjectis, eo sedulius peragantur. 1498. *Art.* 67.

# SECTIO II.

## *Beneficia Ecclesiastica idoneis tantum conferantur.*

### ARTICULUS I.

*Beneficia Ecclesiastica e manibus laicorum exempta idoneis ocyus conferantur.*

Omnes Episcopatus, Abbatiae, et cetera beneficia Ecclesiastica vacantia, manibus laicalibus, et qvibusvis aliis injustis detentoribus inde exclusis, conferantur personis idoneis, et bene meritis, dilatione sine ulteriori, non tamen alienigenis, sed tantum Regnicolis. 1445. *Art.* 14.

### ARTICULUS II.

*Majora beneficia Ecclesiastica conferantur personis idoneis et bene meritis.*

1.) Qvod Majestas Sua Archiepiscopatus et Episcopatus, si qvi vacabunt, de consilio D. D. Consiliariorum, conferat personis idoneis, et bene meritis, qvi scilicet ad servitia Suae Majestatis, et ad curas, et onera Regni subeunda apti videbuntur. 1518. *Art.* 16.

2.) Praelati beneficia Ecclesiastica et Canonicatus, juxta Art. 67. Wladislai Decreti III. aliasqve leges patrias, personis bene meritis, et idoneis, conferant. 1723. *Art.* 55. §. 2.

3.) Justum porro agnoscit esse altefata etiam Regia Majestas, ut ad Canonicatus pariter nonnisi apti, ac idonei, juriumqve, et Consvetudinum Regni, et lingvae patriae gnari Hungari assumantur. 1741. *Art.* 16.

## ARTICULUS III.

*Beneficia revindicanda vacantia Rex conferat personis idoneis et dignis.*

1.) Si qvae beneficia Ecclesiastica inscripta, vel occupata vacarent, ea Majestas Regia personis idoneis conferat. 1548. *Art.* 8.

2.) Probatur ordinibus et statibus, ut, qvemadmodum Sacra Regia Majestas hortatur benigne fideles suos, penes qvos beneficia aliqva sunt Ecclesiastica, ad limitationem Suae Majestatis, viris dignis et ad Ecclesiastica munia idoneis, ad idqve jam delectis, et nominatis, ea relinqvant libera. 1553. *Art.* 9.

## ARTICULUS IV.

*Rex Episcopatus et Praelaturas vacantes congruis personis conferat.*

Ut augeatur numerus Praelatorum, Majestas Caesarea et Regia dignetur Episcopatus et Praeposituras, tam Regulares, qvam seculares, nunc vacantes, conferre congruis personis. 1567. *Art.* 24. §. 10.

## ARTICULUS V.

*Beneficia Ecclesiastica conferantur bene meritis indigenis.*

Supplicant (O. O. et S. S.) in eo vehementer, ut Praelaturas, et alia Ecclesiastica beneficia, tam majora, qvam minora, qvae ubivis nunc in Regno vacant, et necdum cuipiam a Sua Majestate collata sunt; praecipue autem Archiepiscopatum Strigoniensem, qvi jam inde fere ab ipsis Christianae Religionis in Hungaria primordiis, caput, secundum Regiam

Majestatem in Regno omnium Ecclesiarum fuit, ex qvo Religionis, cultusqve divini, in toto Regno, vel tuendi, vel augendi, praecipua semper ratio dependet, personis bene meritis, et Majestati suae gratis, minimeqve externis conferre dignetur, uti sane Majestas sua, qvam primum fieri qveat, se facturam clementer obtulit, ut sic ubiqve facilius cultus divinus instraurari possit, neqve ulla Regni pars careat cura animarum, sacramentorumqve administratione, qvantum his turbulentis temporibus licet. 1550. *Art.* 18.

## ARTICULUS VI.

*Gubernator beneficia Ecclesiastica personis idoneis conferat.*

Gubernator Ecclesias vacantes, tempore debito cum Consiliariis deputatis, personis idoneis, juxta traditam sibi potestatem conferat. 1447. *Art.* 56.

## ARTICULUS VII.

*Canonicatus qvalibus personis conferendi sint.*

Justum agnoscit esse etiam Regia Majestas, ut ad Canonicatus non nisi apti, idonei juriumqve, et Consvetudinum Regni, et lingvae patriae gnari Hungari assumantur. 1741. *Art.* 16.

## ARTICULUS VIII.

*Croatae, Slavonitae, et Dalmatae pro Hungaris etiam qvoad beneficia Ecclesiastica habeantur.*

Accedente benigna Sacrae Regiae Majestatis resolutione, communi Statuum et Ordinum

voto ultro compertum, et Statutum est: ut praefatorum Regnorum, Regno Hungariae annexorum filii nativi, sub denominatione Hungarorum, qvoad Officia et beneficia Ecclesiastica et Secularia, etiam comprehensi intelligantur. 1741. *Art.* 61.

### ARTICULUS IX.

*Patroni Ecclesiarum beneficia idoneis conferant.*

Illi vero, qvi ex Statibus, seu jam ex collatione Regia, seu jure, et titulo fundationis, aut ex alio justo, et legitimo jure Jus patronatus qvorumcunqve beneficiorum, aut praesentationum haberent, eodem debite utantur, et in casu vacantiae personis aeqve idoneis bene meritis, liberis, et alteri Ecclesiae non obligatis ad praescriptum praecitati Articuli (67. 1498.) conferant. 1723. *Art.* 55. §. 5.

# TITULUS III.

*Pluralitas Beneficiorum Ecclesiasticorum prohibetur.*

## SECTIO I.

*Pluralitas Beneficiorum mixtorum generaliter prohibetur.*

### ARTICULUS I.

*Ecclesiastici duas dignitates Ecclesiasticas et seculares simul tenere non possunt.*

1.) Praelati et Barones duas dignitates, honores, Baronias, scilicet seculares et Eccle-

siasticas simul tenere non valeant. 1439. *Art.* 8.

2.) Praelati et Barones, ceteriqve Beneficiati Clerici, duas dignitates, honores, baronias, seculares scilicet et Ecclesiasticas simul tenere non valeant. 1458. *Art.* 8.

## ARTICULUS II.

*Ecclesiastici an Seculares dignitates tenere possint, in Diaeta concludetur.*

1.) Qvae de Episcopis Comitibus Comitatuum in particulari recensentur, et utrum hujusmodi personae Ecclesiasticae, seculares possint habere dignitates? id in futura Diaeta Rex et Regnicolae concludent. 1606. *Pacifi. Vien. ad* 5. §. 4.

2.) Utrum Episcopi Seculares in Regno habere possint dignitates? id nunc Regia Sua Majestas, durante adhuc hac Diaeta, cum Regnicolis concludet. 1608. A. *C.* *Art.* 6. §. 1.

## ARTICULUS III.

*An Ecclesiastici Honoris Comitatus Capaces sint.*

### §. I.

*Ecclesiis, et Praelatis Comitatus in perpetuum non conferatur.*

Qvod nullum Comitatum Regni nostri Ecclesiis, vel eorum Praelatis in perpetuum conferemus. 1291. *Art.* 2.

### §. II.

*Ecclesiastici honores Comitatuum non teneant, nec pro tempore.*

1.) Majestas Regia nemini ex ipsis D. D. Episcopis et Praelatis, aliisqve Viris Ecclesia-

sticis honorem, vel Officiolatum Comitatus etiam pro tempore dare, et conferre valeat.

2.) Ab illis vero, qvibus perpetuo, aut alio, qvocunqve jure, honor alicujus Comitatus hactenus collatus, et datus fuisset, per ipsam Regiam Majestatem auferatur, et modo praemisso conferatur.

3.) Nisi per Sanctos Reges superinde aliqvas Collationes, sive prvilegia habuerint, qvas producant, si qvi habent, infra Congregationem praesentem, alioqvin invigorosae relinqvantur. 1498. *Art.* 57.

### §. III.

*A Praelatis, qvi in probis super Collatione honoris Comitatuum defecissent, eosdem Rex auferat.*

A. D. D. Praelatis, qvi in exhibitione literarum, a Sanctis Regibus, super Collatione Comitatuum emanatarum, juxta Contenta minoris Decreti, jam defecerunt, honores ipsorum Comitatuum auferat. 1504. *Art.* 3.

## SECTIO II.

## *Ecclesiasticis simultanea pluralitas beneficiorum Ecclesiasticorum prohibetur.*

### ARTICULUS I.

*Pluralitas beneficiorum Ecclesiasticorum sine conditione generatim prohibetur.*

Unus qvisqve, sive Praelatus, sive alius vir Ecclesiasticus, unum tantum beneficium possideat, non plura. 1548. *Art.* 6. §. 7.

## ARTICULUS II.

*Pluralitas beneficiorum Ecclesiasticorum prohibetur, adjectis conditionibus.*

### §. I.

*Duo beneficia uni personae non conferantur, secus ab utroqve exercituare debeat.*

1.) Qvod nos duo beneficia Ecclesiastica uni personae non conferemus, et si contulerimus, de iisdem beneficiis duobus, aut pluribus, personam, eadem habentem, tempore exercitus, secundum antiqvum modum exercituare faciemus juxta posse ipsius. 1471. Art. 13.

2.) Neqve uni personae, extra Casum, qvo ejusdem provisioni necessario prospiciendum foret, plura, qvam unum, beneficia conferantur. 1723. *Art.* 55. §. 3.

### §. II.

*Plura beneficia Ecclesiastica tenentibus auferantur, et dividantur, ut pro defensione Regni plures gentes teneri possint.*

1.) Qvod universas Abbatias, et Praepósituras Ordinibus suis, Abbatibus scilicet, et Praepositis regularibus, Regia Majestas, contemplatione primum omnipotentis Dei, illorumqve sanctorum, qvorum in honorem Ecclesiae ipsae fundatae, et dedicatae existunt, ab Ecclesiis, qvibus annexae sunt, separandas, reddere, et restituere dignetur. 1504. Art. 27.

2.) Cuncta beneficia Ecclesiastica ab illis, qvi ultra unum habent, per Regiam Majestatem auferantur, et juxta generalis contenta Decre-

ti dividantur, ut eo plures Deo glorioso servire, plures etiam gentes pro Regni defensione conservare possint. 1519. *Art.* 12. *Bach.*

3.) Majestas Sua Regia cuncta beneficia Ecclesiastica ab illis, qvi ultra unum habent, auferat, et juxta contenta generalis Decreti, dividantur, ut plures Deo glorioso servire, plures etiam gentes pro defensione Regni conservari possint. 1518. *Bach. Art.* 15.

### §. III.

*Plura beneficia Ecclesiastica nullus teneat, secus ad castra finitima applicentur.*

Qvod praeter unum beneficium nemo spiritualium et Ecclesiasticarum personarum secundum Decreti formam de cetero tenere vel gubernare possit, et ea statim Regia Majestas bene meritis conferat, aliter autem illa ad conservationem Castrorum finitimorum convertantur. 1514. *Art.* 59.

## ARTICULUS III.

*Pluralitas beneficiorum prohibetur cum exceptionibus qvarumdam personarum.*

### §. I.

*Episcopus Bosnensis duo beneficia Ecclesiastica tenere possit.*

Nemo ex D. D. Episcopis et Ecclesiarum Praelatis, aliisqve personis Ecclesiasticis, duas dignitates, aut alia beneficia Ecclesiastica, etiam minutissima tenere, gubernare, et uti valeat, dempto solummodo Episcopo Boznensi pro tempore consituto, qvi duo tantummodo beneficia Ecclesiastica, et non plura

tenere valeat, ex qvo deficit in proventibus, et Castra qvaedam finitima necessario tenere habet. Ab aliis autem, qvi jam de facto duo beneficia Ecclesiastica, vel plura haberent, praeter illud, qvod ipsi Beneficiati ex illis pro se retinere maluerint, usqve festum B. Jacobi Apostoli auferantur, et personis idoneis conferantur. 1498. *Art.* 56.

## §. II.

*Episcopo Vesprimiensi duo beneficia Ecclesiastica ad dies vitae admittuntur.*

Articulus 56. minoris Decreti (praemissi A. 1498.) de Viris Ecclesiasticis, qvi duo beneficia tenere non possunt, modo, et ordine in eodem Decreto specificatis, semper observetur, et Regia Majestas observari faciat. Qvia vero R. D. Georgius Electus Ecclesiae Vesprimiensis, et Secretarius Regiae Majestatis, universo Regno a pluribus jam annis bene meritus esse censetur, sine intermissione etiam in Curia, servitiisqve Regiae Majestatis versatur, et occupatur; imprimis igitur ejusdem Regiae Majestatis, demumqve D. D. Praelatorum et Baronum, ceterorum etiam Regnicolarum sano ad id accedente consilio, conclusum est: qvod idem D. Georgius pro tot, tantisqve fidelium servitiorum suorum laude dignis meritis, Praeposituram Ecclesiae S. Trinitatis de superioribus Calidis Budensibus, ultra Episcopatum Vesprimiensem, simul cum gentium conservatione, de bonis, et juribus possessionariis ejusdem Praepositurae, pro Regni defensione fienda, tenere, gubernare, et uti vita sua durante valeat atqve possit. 1500. *Art.* 31.

## §. III.

*Nemo plura beneficia Ecclesiastica teneat, praeter Petrum Cardinalem.*

Majestas Sua universa beneficia, majora scilicet et minora, ab illis, qvi plura possident, auferat, et unum duntaxat, apud eum, qvod videlicet eligendum pro se duxerit, relinqvat, demptis duabus illis Abbatiis Sexardiensi et Péchvaradiensi, qvas D. Petrus Cardinalis, vita sua durante, possidebit. 1507. *Art.* 13.

## §. IV.

*Cancellario Regio duo beneficia Ecclesiastica admittuntur.*

In Collationibus beneficiorum Ecclesiasticorum renovatur Wladislai Decreti III. Art. 56. Wladislai Decreti VI. Art. 13. Wladislai Decreti VII. *Art.* 59. ne scilicet plura beneficia Ecclesiastica uni conferri possint; Neqve D. D. Episcopi, et Ecclesiarum Praelati, aliaeqve personae Ecclesiasticae, plures dignitates, et plura beneficia possidere valeant. Non provisorum tamen, praesertim D. Cancellarii, in Aula Suae Majestatis occupati, condigna habeatur ratio. 1647. *Art.* 98.

## ARTICULUS IV.

*Beneficia Ecclesiastica per Pontificem conjuncta, separentur, et singulis conferantur.*

1.) Qvod universae Praeposituræ, Abbatiae, et etiam aliae Ecclesiae, per unionem aliis Ecclesiis, post obitum Serenissimi Principis qvondam Domini Matthiae Regis, felicis memoriae annexae, etiam per summum Pontificem confirmatae, demptis duntaxat Eccle-

siis in Decreto generali Specificatis, ab unione dissolvantur, de Praepositura vero Themesiensi (Demeriensi) D.D. Consiliarii, et Assessores experiantur, qvibus de Causis Episcopatui Nitriensi sit unita, et qvod pro laude Dei, et Ecclesiae illius decore melius et honestius ac utilius faciendum videbitur, determinare. 1518. *Art.* 17. *Bach.*

2.) Universae Praeposituræ, Abbatiae, et etiam aliae Ecclesiae, per unionem aliis Ecclesiis post obitum Serenissimi Principis, qvondam Domini Matthiae Regis felicis memoriae annexae, etiam per Summum Pontificem confirmatae; demptis duntaxat Ecclesiis in Decreto generali specificatis, ab unione dissolvantur, et per Majestatem Regiam, qvibus decet, conferantur. 1519. *Art.* 13.

### ARTICULUS V.

*Consiliarii experiantur, Cur Praepositura Demesiensis Episcopatui Nitriensi unita sit.*

De Praepositura Demesiensi D. D. Consiliarii, et Assessores experiantur, qvibus de Causis Episcopatui Nitriensi unita sit, et qvod pro laude Dei, et Ecclesiae illius decore, melius, et honestius, ac utilius faciendum videbitur, determinent. 1518. *Bach. Art.* 17.

## TITULUS IV.

*Qvinam excludantur a beneficiis Ecclesiasticis in Hungaria tenendis.*

### SECTIO I.

*Beneficia Ecslesiastica tantum Hungaris conferantur.*

1.) Praelaturas, et alia beneficia Ecclesiastica in Regno vacantia, Sua Majestas, uti

cle-

clementer obtulit, primo qvoqve tempore Hungaris bene meritis, et Ecclesiasticis, conferre dignetur. 1552. *Art.* 42.

2.) Cum benigna Suae Majestatis annuentia, renovato hoc loci Art. 38. A. 1659. nec non 9. et 10. A. 1608. A. C. editis, ut universa Officia et beneficia, tam Secularia, qvam Ecclesiastica, personis nationalibus, indigenisqve Regni bene meritis conferantur, sancitum est. 1681. *Art.* 27,

3.) Annuit clementer Sacra Regia Majestas demisso statuum, et Ordinum Regni, Partiumqve eidem annexarum petito, atqve benigne resolvit, qvod juxta dictamen legum Regni, qvaevis beneficia, dignitates, et Officia, Ecclesiastica aeqve, ac secularia, de Rege, et Regno bene meritis Hungaris conferet. 1741. *Art.* 15.

## SECTIO II.

### *Beneficia Ecclesiastica extraneis non conferantur.*

### ARTICULUS I.

*Beneficia Ecclesiastica indigenis, non extraneis conferantur.*

1.) Nec Praelaturas, vel qvascunqve Ecclesiasticas dignitates, ad tempus, vel in perpetuum extraneis, vel forensibus, nisi hominibus Hungaris conferemus. 1439. *Art.* 5. §. 1.

2) Omnes Episcopatus Abbatiae, et cetera beneficia Ecclesiastica vacantia manibus laicalibus, et qvibusvis aliis injustis detentoribus inde exclusis, conferantur personis idoneis et bene meritis, dilatione sine ulteriori,

non tamen alienigenis, sed tantum Hungaris. 1445. *Art.* 14.

3) Nullus Praelatorum, et qvorumcunqve hominum, beneficia Ecclesiastica et honores hominibus extraneis conferat, sed Incolis hujus Regni tantum. 1447. *Art.* 20.

4) Alienigenis et exteris hominibus, cujuscunqve Nationis et lingvagii existant, officia, honores, Praelaturae, vel qvaecunqve Ecclesiasticae dignitates, majores, vel minores, ad tempus, vel in perpetuum, in Regno nostro non conferantur, sed Hungaris duntaxat nostris dentur. 1558. *Art.* 6.

5.) Ut solum Majestas Regia, et nemo D. D. Praelatorum, praeter simplicem Canonicatum, beneficium conferendi habeat facultatem, non tamen externis, sed Hungaris, et Coronae Hungaricae subjectis. 1526. *Art.* 21.

6) Supplicant (OO. et SS.) in eo vehementer, ut Praelaturas, et alia Ecclesiastica Beneficia, tam majora, qvam minora, Sua Majestas personis bene meritis et Majestati suae gratis, minimeqve externis conferre dignetur, uti Sua Majestas, qvam primum fieri qveat, se facturam clementer obtulit. 1550. *Art.* 18.

7.) Cum benigna Suae Majestatis annuentia, Statutum qvoqve est, ut Sua Majestas Officia et beneficia Ecclesiastica, personis Nationalibus, et indigenis Regni, bene meritis, nullo autem modo extraneis, gratis conferre dignetur. 1659. Art. 38.

8) Majestati Caesareo Regiae Status et Ordines Regni humiliter supplicant, dignetur de Praeposituris et Conventibus, personis idoneis, nec exteris, qvi earum curam gerant, conferendis, clementer providere. 1567. *Art.* 31. §. 8.

## ARTICULUS II.

*Extranei porro excluduntur a beneficiis Ecclesiasticis.*

1.) Conclusum est: qvod Dominus noster Rex extraneis dignitates Ecclesiasticas conferre non debeat, usqve Diaetam Albae Regalis. 1453. *Art.* 3.

2.) Qvod ipse Dominus Rex neqve dignitates Ecclesiasticas hominibus extraneis dare, et conferre valeat. 1458. *Szilagyi* Art. 7.

3.) D. D. Regnicolae nolunt constringere potestatem, et autoritatem Majestatis suae in aliqvo, demptis duntaxat, forensibus, et externis, qvibus nolunt in hoc Regno Collationes fieri, neqve benificiorum Ecclesiasticorum, neqve etiam Secularium possessionum. 1498. *Art.* 26.

4.) Ut Regia Majestas, juxta suam voluntatem de cunctis juribus possessionariis ad ipsam devolvendis, libere disponere, externi tamen nationibus, prout etiam in priori Descreto cavetur, nulla jura possessionaria Ecclesiastica, et Secularia conferre possit. 1504. *Art.* 10.

5.) Majestati Caesareae, et Regiae Status et Ordines humiliter supplicant, dignetur de hujusmodi Praeposituris et Conventibus tam regularibus, qvam secularibus, personis idoneis, nec exteris conferendis clementer providere. 1567. *Art.* 31.

6.) Qvicunqve D. D. Praelatorum, Baronum, aut aliorum Nobilium, in hoc Regno, super qvibuscunqve beneficiis Ecclesiasticis jus patronatus haberent, qvod illi, qvi hactenus ipso jure usi sunt, talia beneficia Ecclesiasti-

ca, super qvibus hujusmodi jus patronatus habuerint, Incolis hujus Regni, et non forensibus, liberam conferendi habeant facultatem. 1495. *Art.* 31.

7.) Ne vero beneficia Ecclesiastica Extraneis, sed indigenis Regni bene meritis, juxta annorum 1587. Art. 39. 1552. 42. Wladislai Decreti III. Art. 30. conferantur, statuunt Status et Ordines. 1647. *Art.* 98. §. 3.

## ARTICULUS III.

*Beneficia* Ecclesiastica, *exteris collata, ab illis auferantur.*

### §. I.

*Exteri beneficia* Ecclesiastica *in Regno possidentes ad personalem in illis residentiam revocentur.*

1.) Beneficia Ecclesiastica, qvocunqve nomine censeantur, extraneis, et forensibus nationibus non conferantur, et, si qvibus collata fuissent, illi per Majestatem Regiam ad residentiam vocentur ad terminum, per Majestatem suam, ac D. D. Praelatos, et Barones praefigendum, et si venire recusaverint, beneficia illorum Majestas Regia Incolis hujus Regni, de se bene meritis, conferendi habeat facultatem. 1495. Art 30.

2.) Ne beneficia Ecclesiastica extraneis, sed indigenis Regni bene meritis, juxta annorum 1587. Art. 39. 1552. Art. 42. Wladislai Decreti III. (A. 1498.) Art. 30. conferantur; hactenus vero extraneis, in Regno non habitantibus, per qvoscunqve collata, ab eis auferantur, Regni indigenis, et personis idoneis

conferenda, statuunt Status et Ordines. 1647. Art 93. §. 3.

### §. II.

*Beneficia Ecclesiastica ab exteris auferantur.*

1.) De beneficiis Ecclesiasticis hoc est intelligendum: qvod scilicet advenis, et exteris auferantur, Hungarisqve per utramqve Majestatem conferantur. 1525. *Hatvan.* Art. 2.

2.) Beneficia Ecclesiastica, hactenus Extraneis, in Regno non habitantibus, per qvoscunqve collata, ab eis auferantur. Regni indigenis, et personis idoneis conferenda, statuunt Status et Ordines. 1647. Art. 98. §. 3.

### §. III.

*Beneficia Ecclesiastica personis Curiae Romanae obligata, intra annum eliberentur, et Regnicolis conferantur.*

Similiter etiam illae personae, qvae aliqva beneficia Ecclesiastica, sive magna, sive parva, qvibuscunqve personis ad Curiam Romanam obligassent, infra unius integri anni spatium, a data praesentium Constitutionum computando, teneantur ea liberare, alioqvin per Majestatem Regiam occupentur, et personis idoneis, Regnicolis scilicet, et non forensibus, conferantur. 1498. Art. 56.

## ARTICULUS IV.

*Beneficia Ecclesiastica non exteris, sed indigenis conferantur, et oppignorata ordini Ecclesiastico reddantur.*

Supplicatur Suae Majestati, nomine Statuum, ut Sua Majestas beneficia alienige-

nis collata, imposterum indigenis conferre; oppignorata autem redimere, et Ordini Ecclesiastico reddere dignetur, juxta publicas constitutiones praecedentium annorum. 1580. Art. 39.

## ARTICULUS V.

*Beneficia Romae decedentium ne Pontifex exteris conferat, cautelae.*

Qvoniam plurimi beneficiatorum Ecclesiasticorum, aut privatis eorum pro rebus, aut ceterorum consociorum negotiis expediendis, in Urbem proficiscuntur, ibiqve saepe numero moriuntur, et sic eorum beneficia per Summum Pontificem exteris nationibus et advenis, contra Regni hujus libertatem crebro conferuntur; ideo deliberatum est: ut a modo deinceps qvilibet D. D. Praelatorum, et aliorum Virorum Ecclesiasticorum beneficiatorum, Urbem petiturus, anteqvam itineri se submittat, teneatur de patrimonio suo in proventibus, tantum Majestati Regiae, et Sacrae Coronae suae obligare, et inscribere, qvantum proventus beneficii sui annualis valere dinoscitur. Si vero tantum patrimonii non haberet, teneatur, priusqvam ingrediatur, literas a summo Pontifice assecuratorias impetrare, qvod si etiam in Urbe Casu decederet, beneficium nihilominus suum in Regno hoc Salvum permaneat, et illaesum. 1514. Art. 65.

## ARTICULUS VI.

*De qvibusdam particularibus beneficiis Ecclesiasticis exteris collatis.*

### §. I.

*Episcopatus Jaurinensis Cardinali Collatus, indigenae conferatur.*

De Episcopatu Jaurinensi ad longum declararunt Status Causas, propter qvas illum personae Ecclesiasticae Hungarae, et bene meritae conferri postulant: qva in re, cum Sacra Majestas sua, se supplicationis fidelium suorum clementem rationem habituram, et ita provisuram gratiose obtulerit, ut Regnicolae sibi satisfactum sentiant, nec ulterius conqverendi Causam habeant; supplicant Status et Ordines, ut hoc absqve longiori mora et cum effectu facere dignetur, ne Causam habeant, prouti protestati sunt, Decimas Domino Cardinali omnino denegare. 1569. Art. 35.

### §. II.

*Transylvaniensis Episcopatus, alienigenae collatus, eidem maneat.*

Qvod nulla beneficia alienigenis conferemus, imo et collata talibus, ab eisdem auferemus, excepto Episcopatu Transylvaniae Domino Matheo collato. 1444. *Art.* 34.

## ARTICULUS VII.

*Extranei beneficia Ecclesiastica Majora possidentes, Taxam Indigenatus deponant.*

1) Articulo 26. A. 1687. conforme esse agnoscit etiam Sacratissima Regia Majestas, ut

Ecclesiastici extranei beneficia in Regno actu tenentes, et nondum inarticulati, ad persolvendam Regno obvenientem Taxam adstringantur, ac proinde determinatum est: Ut beneficia majora actu possidentes Episcopi, Praepositi, Abbates, uti et Custos Albensis, in suprafato Articulo denotatam mille aureorum taxam ex integro; illi vero, qvi Praepositu-ras, Albatias minorum reddituum, vel Canonicatus tenerent, relaxata eisdem, ex Statuum, et Ordinum benevolentia, residua parte, ducentos aureos ad Cassam numerare, et deponere sint obligati: ac, ut Constitutio praesens effectum qvoqve suum qvo citius conseqvatur, atqve alii etiam, ad deponendam Indigenatus taxam obstricti, praestanda praestent, Regio Locumtenentiali Consilio, qvod alioqvin ad promovendam, procurandamqve Regni legum effectuationem ex Art. 102. A. 1723. obligatum esset, exactionis praemissorum Cura incumbit. 1741. Art. 17.

2) Annuente Sua Regia Majestate, statuitur, ut a paritate Articuli 17. A. 1741. Ecclesiastici extranei beneficia majora adhuc in Regno tenentes, uti sunt: Episcopi, Praepositi, Abbates, mille aureorum taxam ex integro; illi vero, qvi Praeposituras, Abbatias, minorum reddituum, vel Canonicatus tenerent, ducentos aureos, ad Cassam Regni numerare, ac praeterea solitum qvoqve juramentum ad mentem legum, coram Statibus ex Ordinibus Regni diaetaliter congregatis, vel coram Regia Majestate, seu Cancellaria ejusdem Hungarico-Aulica deponere, semetqve, super rite expleta utriusqve ordinis obligatione, usqve celebranda futura generalia Regni Comitia suo modo legitimare teneantur. 1791. Art. 70.

### ARTICULUS VIII.

*Vicariatus Ecclesiastici Italis et forensibus non conferantur, sed indigenis.*

1.) Officia, seu Vicariatus Ecclesiastici, in nullis Ecclesiis Regni, per qvamcunqve personam Ecclesiasticam Italis, et forensibus personis conferantur; alioqvin Sententia talium irrita, et nullius vigoris habeatur. 1495. *Art.* 32.

2.) Qvod Vicarii D. D. Praelatorum, et aliarum personarum Ecclesiasticarum, non forenses, et alienigenae, sed Hungaricae solummodo nationis existant, ne propter non intelligentiam idiomatum, et sermonum Vicariorum, ipsi Causantes, tam in interpretibus, qvam etiam Procuratoribus eorum, superfluas solutiones facere, potissimum vero, ne in responsionibus ipsorum, medio interpretum fiendis deviare, causam qvoqve ipsam amittere cogantur. 1500. *Art.* 35.

## SECTIO III.

*Praelati et Barones extraneos in Servitiis non teneant.*

### ARTICULUS I.

*Praelati et Barones extraneos non teneant.*

Qvod Praelati et Barones homines extraneos, vel forenses non conservent. 1439. *Art.* 5. §. 2.

### ARTICULUS II.

*Praelati etc. forenses et extraneos in Castris suis non teneant.*

Nemo Praelatorum etc. forenses, et extraneos ad Sua Castra, fortalitia, et tenutas

in Offensionem qvorumcunqve inducere debeat sub poena infidelitatis. 1447. *Art.* 19.

### ARTICULUS III.

*Praelati et Barones Officiolatus exteris non conferant.*

Qvod Praelati et Barones homines extraneos, et forenses non teneant; si tenuerint, Officiolatus eisdem non distribuant, neqve tales teneant, qvi in Regno damna committerent. 1458. Art. 6.

## SECTIO IV.

*Nuncio Apostolico deinceps Salarium non detur.*

1.) Qvod Stipendia, seu Salaria Burgoni, et aliis externis Nationibus deputata, de cetero non reddantur. 1525. *Art.* 5.

## SECTIO V.

*Habitus Statui conveniens ad beneficia necessarius est.*

### ARTICULUS I.

*Quod Clerici in habitu laicali beneficia Ecclesiastica tenere non possint.*

Nullus Clericorum Secularem, et laicalem habitum deferentium aliqva beneficia Ecclesiastica, etiam ad parvum temporis spatium, in

habitu Seculari perseverare volens, tenere, et gubernare valeat. 1498. *Art.* 59.

## ARTICULUS II.

*Conventum Credibilem Religiosi sui Ordinis habitum deferentes tenere possunt.*

Qvod nostra Majestas ad omnia loca Capitularia, seu Conventualia, sigilla habentia, Praelatis orbata, ac etiam per manus laicales regentia honestas, et idoneas personas locet, et disponat, ne subditi nostri in eorum juribus defectum patiantur, provideatqve eadem, et arctet omnes seculares personas, claustra, et Ecclesias cujuscunqve Religionis possidentes, ut eadem infra sex menses habitum illius Religionis, in qva stant; induere teneantur; seu Religionem illam intrare; demptis tamen his, qvibus videlicet superinde Apostolica indulta est dispensatio. 1472. *Art.* 3.

## ARTICULUS III.

*Abbatiae et Praepositurae Religiosae conferantur tantum ejusdem Ordinis Professis, et habitum deferentibus.*

1.) Qvod ipsae Abbatiae, et qvaecunqve Praepositurae religiosae, professis suorum Ordinum, et non aliis, conferri debeant. 1445. *Art.* 14.

2.) Volumus, ut Ecclesiae Religiosorum virorum vacantes, et vacaturas, idoneis, et religiosis viris, habitum illius ordinis habentibus, cujus ipsae vacantes, et vacaturae existerent, seu exstiterint, conferat, atqve donet. (Gubernator.) 1447. *Art.* 57.

3.) Ordinatum etiam est; qvod Dominus noster Rex omnes Abbatias et Praeposituras, qvorumcunqve Ordinum regularium, idoneis viris regularibus, capacibus, et in regula Ordinis peritis, tamqvam verus patronus, et nemo alter conferat. 1458. *Art.* 58.

4.) Qvia sunt plures Clerici Praeposituras et Abbatias regulares habentes, qvi in habitu laicali, vel seculari, per plures annos proventus hujusmodi Ecclesiarum exhauriunt, et tandem, locupletes effecti, in blasphemiam illius ordinis, vel matrimonia contrahunt, vel autem Seculares Presbyteri efficiuntur, et sic bona Ecclesiarum consumunt; qvare Statutum est: qvod hujusmodi Praeposituras, et Abbatias regulares, clerici initiati, vel alii seculares clerici, vel Presbyteri, sine habitu regulari tenere non possint, sed infra anni spatium habitum illius Ordinis, sub poena amissionis illius beneficii, induere, et assumere teneantur. 1498. A*rt.* 58.

5.) Circa Art. 58. (A. 1498.) de Clericis, Praeposituras et Abbatias regulares tenentibus, additum est: qvod Regia Majestas hujusmodi Praeposituras et Abbatias, a qvibuslibet Clericis in habitu seculari, contra formam hujus Constitutionis tenentibus, absqve qvavis dilatione auferre, et fratribus regularibus, illius Ordinis professis conferre dignetur. 1500. Art. 32.

6.) Qvod nemo in habitu seculari Praeposituras, et Abbatias Regulares de cetero tenere, et gubernare possit, nam etiam hactenus, contra Deum et blasphemiam Dei, ipsae Praepositurae, et Abbatiae gubernatae existunt. Et qvod universas Abbatias et Praeposituras ordinibus suis, Abbatibus, scilicet et

Praepositis regularibus, Regia Majestas con-contemplatione primum omnipotentis Dei, illorumqve Sanctorum, qvorum in honorem Ecclesiae ipsae fundatae, et dedicatae existunt, ab Ecclesiis, qvibus annexae sunt, separandas, reddere, et restituere dignatur, dempta Abbatia, seu Ecclesia Petri Varadini, qvae ex annuntia RegiaeMajestatis, D. D. Praelatorum et Baronum, ac universorum Regnicolarum Archiepiscopatui Colocensi, honestis ex causis et rationibus, jam pridem annexa exstitit, in qva nihilomiuns divina officia sedulle, et integerrime peragantur. 1504. Art. 27.

7.) Qvod universas Abbatias, Praepositu-ras, et alia monasteria Religiosorum (demtis duabus illis Abbatiis: Sexardiensi, et Péchváradiensi, qvae per R. R. D. Petrum Cardinalem a Curia Romana liberatae existunt, qvasqve idem, vita sua durante, vel infra eum terminum, qvo, Dei munere, in Pontificem forte assumetur, possidebit; viris religiosis, et conseqventer fratribus illius Ordinis, cui Ecclesia ipsa dedicata fuit, si earum possessores habitum regularem ejusdem Ordinis induere, et infra festum Nativitatis beati Joannis Baptistae, proxime venturum, assumere recusaverint, de facto conferat. 1507. *Art.* 13.

## SECTIO VI.

### *De restituendis Beneficiis Ecclesiasticis ablatis.*

### ARTICULUS I.

*Dignitates, beneficia, et possessiones Ecclesiasticae restituantur illis, a qvibus ablatae sunt.*

Omnes Episcopatus, dignitates et beneficia Ecclesiastica qvaelibet, nec non munitio-

nes et possessiones, a viris Ecclesiasticis, qvovis modo ablatas, occupatas et receptas, duximus eis, a qvibus eaedem abalienatae fuerant, pleno jure remittendas. 1403. *Sigismundi Gratia* §. 3.

## ARTICULUS II.

*Rex Ecclesiastica beneficia per seculares occupari non sinat.*

Neqve Ecclesiastica beneficia permittemus per seculares occupari personas. 1439. *Art.* 21.

## ARTICULUS III.

*Vacantia Beneficia Gubernator per manus laicales non faciat occupari.*

Neqve ipsa Ecclesias vacantes per manus laicales faciat occupari, possessionesqve, et bona earumdem detineri. 1447. *Art.* 56.

## ARTICULUS IV.

*Ecclesiastica beneficia Rex per seculares occupari non permittat.*

Ecclesiastica beneficia Dominus Rex non permittat per Seculares occupari. 1458. *Art.* 20.

## ARTICULUS V.

*Beneficia et jura Ecclesiastica, nec inscripta, nec donata, restituantur.*

Beneficia ac bona, et alia qvaelibet jura possessionaria, nec non Decimae, ac alii proventus Ecclesiarum Dei, nulla inscriptione per Regiam Majestatem cuipiam obligata, seu do-

nata, intra Dominicam Palmarum, sub nota infidelitatis, suis Dominis integre restituantur. 1542. *Noviz. Art.* 3.

## ARTICULUS VI.

*Beneficia Ecclesiasticis propter fidelitatem ablata, restituantur.*

In beneficiis Ecclesiasticis, qvibus qvispiam pro fide, et fidelitate, Majestati Regiae debita, per hos annos, spoliatus exstitit, postqvam Deo Optimo maximo authore, sive tractatibus pacis, sive armis Majestas Regia Hungariam recuperaverit, spoliatos in integrum, ut convenit, restituet. 1536. *Art.* 53.

## ARTICULUS VII.

*Beneficia inscripta, vel occupata, vacantia conferantur.*

Si qvae beneficia Ecclesiastica inscripta; vel occupata vacarent, ea Majestas Regia personis idoneis conferat. 1548. Art. 8.

## ARTICULUS VIII.

*Beneficia Ecclesiastica idoneis jam delectis relinqvantur.*

Probatur Ordinibus, et Statibus, ut, qvemadmodum Sacra Regia Majestas hortatur benigne fideles suos, penes qvos beneficia aliqva sunt Ecclesiastica, ad limitationem Suae Majestatis Viris dignis, et ad Ecclesiastica munia idoneis, ad idqve jam delectis, et nominatis, ea relinqvant libera. 1553. Art. 9.

## ARTICULUS IX.

*Beneficia et bona Ecclesiastica a Secularibus recuperentur, et restauranda conferantur.*

Sunt certa beneficia Ecclesiastica, utpote Praeposituræ regulares et seculares, ac Conventus, et Abbatiae, qvas his temporibus vacare contigit, qvae qvidem partim in manibus Capitaneorum Majestatis suae, partim vero aliorum secularium hominum habentur; qvibus abusibus ordo Ecclesiasticus sensim abolescit, qvo confuso, necesse erit, etiam alios Ordines confundi, itaqve Majestati Caesareae, et Regiae Status et Ordines humiliter supplicant, dignetur de hujusmodi Praeposituris et Conventibus, tam regularibus, qvam secularibus personis idoneis, nec exteris, qvi earum curam gerant, conferendis, clementer providere; bona autem Ecclesiastica per Capitaneos, et Ecclesiasticos etiam, qvibuspiam impignorata, Majestas Sua dignetur Ecclesiis suis restitui facere, et qvi pro eis pecuniam mutuarunt, qvaerant ab eo, cui mutuam dederunt, Res etiam argenteas, et alias mobiles Ecclesiarum, qvae vel apud Praelatos, vel alios qvoscunqve habentur, Majestas sua mandet restitui, prout se se Caesarea, Regiaqve Majestas clementer obtulit, qvod, accedente Consilio, ac voto fidelium suorum Consiliariorum Hungarorum, ita provisura sit, ne Ordines ac Status Regni justam, et legitimam conqverendi causam habere qveant. 1567. Art. 31.

Arti-

## ARTICULUS X.

*Taxa literarum Collationalium super beneficiis Ecclesiasticis in Cancellaria Majori.*

Pro literis gratiosis, qvibus Majestas Regia personis aliqvibus bene meritis providet de Praelaturis, aliisqve dignitatibus et beneficiis Ecclesiasticis promoti ipsi solvent, et debent D. Cancellario juxta talium Praelaturarum, et dignitatum exigentiam, pro beneplacito suo, liberales se in redimendis literis exhibere, signanter tamen pro literis Archiepiscopatus Strigoniensis, stante Regno incolumi, per florenos qvadringentos; Calocensis florenos ducentos solvere debent. Pro Episcopatibus et Abbatiis magnis Arces et Castra habentibus, florenos centum; pro titularibus Episcopatibus floreni qvinqvaginta; pro Praeposituris majoribus, et Abbatiis, qvae minores sunt, floreni qvinqvaginta; pro minoribus Ecclesiarum dignitatibus floreni viginti; pro simplicibus Canonicatibus floreni duodecim. 1609. *Art.* 73. §. 33.

# CAPUT VI.

## *De bonis Ecclesiasticis.*

## TITULUS I.

### *De inabalienabilitate et perpetuitate bonorum Ecclesiasticorum.*

## SECTIO I.

### *De jure Ecclesiarum acqvirendi bona.*

### ARTICULUS. I.

*Ecclesiastici bona, et jura possessionaria ex Donatione Regum possident.*

1. Omnes DD. Praelati etc. totius Regni Hungariae, nec non Regnorum eidem incorporatorum, ac Partium sibi subjectarum, universa eorum jura possessionaria ex Donationibus Serenissimorum DD. Regum Hungariae habent, atqve possident. *P. I. T.* 13. *init.*

2. Reges Hungariae terras a Castris regalibus, ad qvae „ veluti Jurisdictionem S. Coronae Regni hujus spectabant, seqvestrantes, Monasteriis, et Ecclesiis in perpetuam Eleemosinam contulerunt. *P. I. T.* 84. §. 1.

3. In jurium possessionariorum Donationibus omnium DD. Praelatorum fundatur exordium fulciturqve dominium. *P. II. T.* 1.

### ARTICULUS II.

*Olim Ecclesiis etiam bona legare licuit.*

1. Si qvis Serviens sine filio decesserit, qvartam partem possessionis filia obtineat: de residuo, sicut ipse voluerit, disponat. 1222. *Art.* 4.

2. Concessimus: qvod si qvis Nobilium, sive Saxonum, sine herede decesserit, idem decedens possessiones suas etiam Ecclesiis, pro remedio animae suae legare in morte, et conferre in vita, liberam habeat facultatem. 1291. *Art.* 32.

## ARTICULUS III.

*Facultas legandi Bona Ecclesiis restricta est.*

1. Excepto solummodo uno Articulo, de eodem Privilegio (*Andreae II. Bulla Aurea anni* 1222. *Art.* 4.) excluso, eo videlicet, qvod homines Nobiles, sine herede decedentes, possint, et qveant Ecclesiis, vel aliis, qvibus volunt, in vita, et in morte dare, vel legare possessiones eorum, vendere, vel alienare; imo, ad ista facienda, nullam penitus habeant facultatem. 1351. *Confirm. Conclus.* §. 11.

2. Episcopi, et Ecclesiarum Praelati, vel eorum alter, pro persona sua, et Ecclesiae suae possessiones, et jura possessionaria secularia, nec a Regia Majestate qvoqvomodo impetrare, neqve pecuniis eorum, jure perpetuo emere, et comparare, aut titulo pignoris habere possint, et valeant. 1498. *Art.* 55.

3. Statutum est: qvod, si qvis Regnicolarum cum DD. Archiepiscopis, vel Ecclesiarum Praelatis, aut eorum altero, ceteris etiam viris Ecclesiasticis, in hoc Regno existentibus, ratione bonorum, et jurium possessionariorum qvorumcunqve, et praesertim ad Majestatem Regiam devolvendorum, aliqvos Contractus, vel etiam aliqva obligamina, hucusqve qvalitercunqve fecisset, vel faceret in futurum, tales Contractus, atqve hujusmodi obligamina, nullius sint roboris et firmitatis, imo universae literae,

in qvibuscunqve locis credibilibus, superinde emanatae, et confectae, inanes habeantur, etiamsi esset consensus Regius super hoc impetratus. Hoc tamen excepto: Si qvispiam fortassis Praelatorum ad hujuscemodi bona jam de facto, aliqvas pecunias dedisset, et aperte, de datis per eum pecuniis, constaret, tali ejuscemodi pecuniae restitui debent, qvibus restitutis bona illa tandem sint libera. 1498. *Art.* 65.

4. De bonis secularibus, Ecclesiasticis non abalienandis, Decreti Andreae II. per Ludovicum I. facta confirmatio approbatur, et realiter observetur. Hic loci renovatur etiam Articulus 55. Decreti III. (1498.) Wladislai Regis. 1647. *Art.* 17.

5. Respectu bonorum Secularium, qvae titulo inscriptitio, vel pignoris, Ecclesiasticae, vel religiosae personae, aut communitates, praesertim cum evictione Fisci Regii, ac etiam privatorum penes literas impignorationales justas nihilominus, et legitimas conditiones hactenus possederunt, conclusum est: ut eaedem Ecclesiasticae, vel religiosae personae, aut communitates, siqvidem in continuo ejusmodi emptionis usu praefuissent, in possessione hujusmodi bonorum, usqve ad eorundem per saeculares fiendam reluitionem, pro hac vice conserventur. A modo vero deinceps Articulus 17. A. 1647. tamqvam hic loci renovatus, observetur exactius. 1715. *Art.* 16. §. 4. 5.

6. Hungari non consentiunt, qvo Jesuitae in Regno Hnngariae jura stabilia, et possessionaria habeant, et possideant. Sua tamen Majestas juribus suis inhaeret. 1606. *Pacif. Vienn. ad* 8.

7. Ut religiosi Ordines, in Regnum istud Hungariae, et Partes eidem annexas voto ta-

men, et Sessione absqve omni, pro receptis, ac stabilitis habeantur, bonaqve fundationalia, pure Secularia, et liberae Fundatorum dispositioni subjecta jure, et titulo duntaxat pignoris possidere valeant. 1715. *Art.* 102. §. 1. 2. et 1723. *Art.* 96. §. 2.

## SECTIO II.

### *Bona Ecclesiis data illis permaneant.*

### ARTICULUS I.

*Bona, Ecclesiae semel data, retractari non possunt.*

Si qvis res suas, aut pradia uni dederit Ecclesiae, nulla interveniente causa subtrahere audeat, et dare alteri. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 23.

### ARTICULUS I.I

*Bona Ecclesiastica maneant inabalienabilia.*

Neqve qvibusvis Praelatis, aut aliis, liceat bona Ecclesiastica oppignorare, aut divendere; et oppignorationes, ac venditiones, hactenus factae, sint invigorosae. 1567. *Art.* 31. §. 12. 13.

### ARTICULUS III.

*Terrae Colonorum, datae Ecclesiis, permaneant.*

Veteres coloni ejecti, terram non habentes alibi, ad suam revertantur, si tamen terra eorum data est Monasteriis, vel Ecclesiis, et ipsi aliam habent, hoc inviolabiliter ita permaneat. *Colom. Decret. L. I. C.* 19.

## ARTICULUS IV.

*Sylvae, Ecclesiis datae, non auferantur.*

Sylvas, Ecclesiis datas, minime auferri concedimus. *Colom. Decr. L. I. C.* 18.

## ARTICULUS V.

*Res Ecclesiarum, qvocunqve translatae, illis restituantur.*

Res Ecclesiarum, ubicunqve inveniantur, sive apud Ecclesias alias, vel apud Dominos, ad priorem Ecclesiam redeant. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 24.

## ARTICULUS VI.

*Piscinae tantum superfluae Ecclesiis auferantur.*

Decrevimus: piscinas Monasteriis, et Eclcesiis datas, alias qvidem reddere, sed necessarias qvotidiano usui fratrum relinqvere, nullas vero, nisi superfluas auferre. *Colom. Decr. L. I. C.* 16.

## ARTICULUS VII.

*Episcopi de bonis Episcopatus disponere non possunt.*

Consensimus petitioni totius Senatus, ut unusqvisqve dominetur propriorum, similiter et bonorum Regis, dum vivit; excepto, qvod ad Episcopatum pertinet. *S. Steph. Decr. L. II. C.* 35.

## ARTICULUS VIII.

*Rex Ecclesiasticorum legitimus Successor est.*

Cunctorum DD. Praelatorum, et virorum Ecclesiasticorum Princeps ipse noster, verus pariter, et legitimus successor est, non qvantum ad bonorum, et jurium possessionariorûm ab Ecclesia ablationem, et seqvestrationem, sed qvantum alteri, vacantibus Pralaturarum sedibus, et Ecclesiarum Rectoratibus, ad gubernandum cum Ecclesia Collationem salvo jure confirmationis Archiepiscopatuum, et Episcopatuum, qvae Jurisdictioni Sacro Sanctae Romanae duntaxat Ecclesiae subesse dignoscitur. *P. I. T.* 10. §. 3.

## ARTICULUS IX.

*In bonis Ecclesiasticis praescribitur intra qvadraginta annos.*

Qvod praescriptio super bonis, et juribus possessionariis venditis occupatis, vel qvomodolibet alienatis Ecclesiarum qvadraginta annorum curriculis completur. *P. I. T.* 78. §. 2.

# SECTIO III.

## *Bona Ecclesiastica non occupentur.*

## ARTICULUS I.

*Bona vacantium Ecclesiarum nec per Regem, nec per Parochianos occupentur.*

Jura etiam ordinamus, imo ab antiqvo ordinata declaramus, ut tempore vacationis bona et possessiones Ecclesiarum non per Dominum Regem, vel ab eo missum, nec per eos, qvi

se nominant Parochianos, occupentur, spolientur, et laedantur in parte, vel in toto. 1298. *Art.* 26.

## ARTICULUS II.

*Seculares, vel Spirituales dignitates Ecclesiasticas non occupent.*

1. Nec homo secularis, sive Vir Ecclesiasticus, dignitates Ecclesiasticas occupative servare possit. 1439. *Art.* 8. §. 1.

2. Neqve homo secularis, neqve Spiritualis dignitates Ecclesiasticas occupative servare possit. 1458. *Art.* 8.

## ARTICULUS III.

*Ratione occupationis bonorum Ecclesiasticorum Sigismundus dat gratiam.*

Ratione occupationis bonorum, seu jurium Ecclesiarum etc. nullo unqvam tempore, qvovismodo per nos, aut alios possint aliqvaliter aggravari. 1403. *Gratia* §. 3.

## ARTICULUS IV.

*Ecclesias, et earum bona laici occupare non permittantur.*

Gubernator Ecclesias vacantes per manus laicales non faciat occupari, possessionesqve, et bona earumdem detineri. 1447. *Art.* 56.

## ARTICULUS V.

*Seculares bona Ecclesiarum non usurpent.*

DD. Barones et seculares bona Ecclesiarum pro se non usurpent, neqve se de illis aliqvo pacto intromittant. 1498. *Art.* 55.

### ARTICULUS VI.

*Praefecti Confiniorum Bona Ecclesiasticorum non occupent.*

Capitanei, et Praefecti Confiniorum certas Ecclesiasticorum, DD. terrestrium bonorum et proventuum occupationes, et avulsiones perpetrasse, sibiqve vendicasse commemorantur, ideo statutum est: ut praedeclarato modo occupata, et avulsa, legitimis eorumdem Dominis, medio DD. Commissariorum restituantur. 1635. *Art.* 36.

## SECTIO IV.

*Bona Ecclesiastica restituantur.*

### ARTICULUS I.

*Bona et jura Ecclesiastica occupata restituantur.*

1. Jura etiam Ecclesiastica, in possessionibus, in foris, in tributis, et aliis, qvocunqve tempore, et per qvoscunqve indebite occupata, penitus restituantur. 1298. *Art.* 3.

2. Castra, Castella, Possessiones, et portiones possessionariae ac terrae, et alia jura Ecclesiastica, per qvoscunqve absqve rationabili causa occupata, remittantur per detentores eorum. 1453. *Art.* 7.

### ARTICULUS II.

*Ecclesiae occupatae restituantur cum Bonis.*

1. Qvod omnes Ecclesiae occupatae, et possessiones, et bona earumdem, ac Praelatorum occupatae a tribus annis, et circa, remit-

tantur, usqve ad qvindecim dies. 1458. *Szilágyi Art.* 1.

2. Generaliter bona universa Ecclesiasticorum fidelium Suae Majestatis, per hos annos, post Serenissimi piae memoriae D. Ludovici Regis obitum indebite occupata, usqve festum B. Mathiae Apostoli proxime venturum, illis, qvibus sunt adempta restituantur. 1536. *Art.* 9.

3. Supplicant Majestati suae Status et Ordines Regni, ut bona, Ecclesiarum tam ea, qvae ad Arces Majestatis Suae occupative tenentur, qvam alia qvaelibet illis, ad qvos pertinent, fidelibus Majestatis Suae jam tandem reddi, et restitui jubere dignetur, sicuti alias publice fuit supplicatum. 1567. *Art.* 32.

4. Recognoscunt Status et Ordines, qvod juxta tenorem Pacificationis Niclspurgensis, arces omnes, et bona immobilia Ecclesiasticorum restitui debuissent; ideo iidem Status et Ordines unanimiter decernunt: ut qvaecunqve bona de simplici, et plano remittantur. 1622. *Art.* 6.

5. De restitutionibus universorum, et singulorum bonorum, ac jurium possessionariorum Ecclesiasticorum decretum est: ut moderni talium bonorum Possessores admoneantur, qvi, nisi confestim restituant, evocati, comparere debeant. 1630. *Art.* 46.

## ARTICULUS III.

*Bona Ecclesiastica ipsi Beneficiati recuperent.*

Si bona qvaepiam, et possessiones, ac proventus Ecclesiastici, ab Ecclesiis, qvibus semel dicatae, et ad qvas possessae fuerunt, per violentiam forte aliqvorum, vel utcunqve indebite avulsae, ad manus alienas pervenissent, si-

ve illi sint Patroni earumdem Ecclesiarum, sive alii, contra tales violentos, et indebitos occupatores juris ordine procedi, et bona hujusmodi juridice repeti debent, juxta contenta Decreti. Si autem Plebani et rectores ipsi beneficiorum hoc facere nollent, aut non possent, aut non auderent, tunc Praelatis qvoqve, et superioribus eorumdem beneficiorum idem semper liceat. 1557. *Art.* 11.

## ARTICULUS IV.

*Bona Ecclesiastica eliberentur, et restituantur.*

1. Ut Ecclesiarum Dei bona omnia occupata, commodius liberari possint, Majestas Regia cum his, qvi ea obtinent, diligenter tractabit. 1536. *Art.* 13.

2. Ut Praelati omnes officio ipsorum possint omni ex parte satisfacere, videntur bona omnia Ecclesiastica, qvocunqve nomine vocentur, proventusqve ac Decimae; item Abbatiae, et alia omnia beneficia, qvae per laicos possidentur, qvaeqve a Majestate Sua Regia ad beneplacitum, vel ad tempus jam praeteritum inscripta sunt, vel per Laicos de facto, et sine titulo occupantur, de manibus qvorumcunqve statim eliberanda esse, et his restituenda, ad qvos spectant. 1548. *Art.* 8.

## ARTICULUS V.

*Servitores eos deserant, qvi bona Ecclesiarum non reddunt.*

Servitores Nobiles eorum, qvi bona aliena, et signanter personarum Ecclesiasticarum reddere recusarent, seqve huic ordinationi qvoqvomodo opponerent, a Servitiis Dominorum

talium avocentur; discedere autem nolentes, tum bonorum confiscatione, tum etiam in personis, ubicunqve deprehendi poterunt, puniantur. 1543. *Art.* 6.

## ARTICULUS VI.

*Bona Ecclesiastica Bochkayo adempta restituantur.*

Justitia divina, et leges humanae dictant, ut suum cuiqve tribuatur, atqve in Articulis qvoqve Pacificationis Viennensis manifeste habetur, ut bona Ecclesiastica per Bochkayum, et sibi adhaerentes adempta, ac inscripta eliberentur, cum alioqvin etiam Donationes Bochkayanae, et sibi adhaerentium, de simplici et plano cassatae, et invalidatae sint. Praeterea emolumentum et fructus, ex talium bonis percepti, magno intervallo, et multiplicatis vicibus capitalem summam Inscriptionis excedunt, iiqve perpauci jam sint, qvi talia bona Ecclesiastica amplius teneant; statutum est: ut ea prae manibus habentes, sine dilatione et renitentia ulla remittant. Si qvi vero id ipsum facere renuerent, ex tunc D. Regni Comes Palatinus statim, et de facto eos ad cessionem bonorum cogere, de manibusqve eorum eximere, atqve legitimis Dominis et possessoribus assignare teneatur. 1613. *Art.* 2.

## ARTICULUS VII.

*Donationes Bethlenianae super bonis Ecclesiasticis cassantur.*

Conclusum erat Niclspurgi: ut Donationes bonorum Ecclesiasticorum, per D. Principem factae, post duos menses revideri debuissent;

ideo Status et Ordines decernunt: ut omnes ejusmodi Donationes vanae, et invigososae sint. 1622. *Art.* 7.

## ARTICULUS VIII.

*Bona Ecclesiastica per Bethlenium inscripta pro restitutis declarantur.*

Fideles Status et Ordines universa bona Ecclesiastica, simul cum aeqvali dimidietate modernae messis falcaturae, et Nonae frumenti, exceptis Decimis restituta esse declarant. 1622. *Art.* 8. §. 1.

## ARTICULUS IX.

*Bona inter Ecclesiasticos et seculares mutuo occupata cognoscantur.*

Si qvi DD. Praelatorum et Baronum Castra, vel alia bona, et jura possessionaria, qvorumcunqve DD. Praelatorum et Baronum, per haec tempora occupata tenerent, pro qvibus vicissim tales Domini Castra et bona, juraqve possessionaria eorumdem Occupatorum, qvasi in recompensam bonorum suorum modo simili occupata haberent; deliberatum est: qvod Majestas Regia de Consilio DD. Praelatorum et Baronum, ac Procerum Regni Hungariae, qvos ad cognitionem Donationum et Inscriptionum delegerit, praescripto termino cognitonis hujusmodi Donationum, et Inscriptionum, inter tales Dominos justam, et legitimam decisionem facere dignabitur. 1542. *Noviz. Art.* 13.

## ARTICULUS X.

*Episcopo Veszprimiensi Petrus Peteö mutuo occupata bona reddere se velle declarat.*

Petrus Petö de Gerse, suo, et fratrum suorum nomine, in ipso Conventu nostro publi-

co, solenniter protestando, retulit nobis; qvod qvia D. Episcopus Veszprimiensis Castrum eorum Thadika, simul cum literis privilegialibus factum bonorum ipsorum concernentibus, ac compluribus rebus eorum, ac aliorum, annis superioribus intercepisset, interceptumqve, simul cum juribus possessionariis, ad idem Castrum pertinentibus, teneret; e converso vero idem Petrus Peteö, una cum fratribus suis, bona Episcopatus Veszprimiensis: Egerszegh et Nova, non de manibus D. Episcopi, sed de manibus aliorum occupasset, nihilominus idem Petö, suo, ut praemissum est, et fratrum suorum nomine offert se ad remittenda bona praedicti D. Episcopi, sive reddat ipse D. Episcopus Castrum eorum Thadika, simul cum Pertinentiis, literisqve Privilegialibus, et aliis rebus in eodem Castro interceptis, sive non. 1542. *Noviz. Art.* 24.

## ARTICULUS XI.

*Joannes et Raphael Podmaniczky occupata bona Ecclesiastica restituant.*

Constat omnibus Statibus Regni, Joannem, et Raphaelem Podmaniczky Castra et Castella, ac omnia bona, et jura possessionaria Ecclesiastica, per hos annos violenter per eos occupata, remittere non curasse; propterea decretum est, ut iidem Joannes et Raphael Podmaniczky, Castra et Castella, ac Oppida, villas, et jura possessionaria Ecclesiarum Dei, infra duos menses, a die ultimi diei praesentis Conventus et Constitutionis computando, remittere, restituere, vel resignare debeant, et eneantur. 1542. *Art.* 44. *Poson.*

## ARTICULUS XII.

*Ecclesiasticis, qvi ad fidelitatem rediverunt, restituantur bona.*

Illis, qvi jam diu resipuerunt, sive sint Ecclesiastici, sive seculares, eorum omnia bona, qvae non essent restituta, statim sine omni renitentia reddantur, Donatione, aut qvacunqve Inscriptione Regiae Majestatis non obstante. 1536. *Art.* 6.

# SECTIO V.

## *De Judice Causarum qvoad bona ab Ecclesiis abstracta.*

## ARTICULUS I.

*Locumtenens Regius est Judex Causarum de bonis ab Ecclesiis distractis.*

1. Causas occupationis bonorum ac possessionum, per hoc decennium, qvocunqve modo ab Ecclesiis Dei distractarum, D. Locumtenens, sive domi suae, sive alias, ubicunqve in Regno fuerit constitutus, vigore generalis Decreti Regni, absqve intermissione judicet. 1538. *Art.* 24.

2. Inscriptiones illas, qvas Regia Majestas super Castris, Castellis, ac cunctis bonis et proventibus Ecclesiarum Dei, per haec tempora fecisset, et juxta Constitutionem Novizoliensem, in propria persona sua revidere debuisset, Majestas sua D. Locumtenenti et Judicibus Regni Ordinariis in proximis Judiciis revidendas, et adjudicandas committere dignetur, ne per absentiam Suae Majestatis indecisae maneant. 1542. *Poson, Art.* 46.

## ARTICULUS II.

*Donationes et Inscriptiones super bonis Ecclesiarum per deputatos cognoscantur.*

Donationes, seu Inscriptiones super Castris et Castellis, Oppidis, aliisqve bonis et juribus possessionariis, ac proventibus Ecclesiarum Dei, per Regiam Majestatem factae, pro qvinto decimo die ejus diei, qvo Regiam Majestatem Viennam, vel ad loca Austriae viciniora advenisse contigerit, eo modo, qvo inter DD. Praelatos, et Barones desuper conventum est, illisqve, qvi hujusmodi Donationes et Inscriptiones habent, insinuatum fuerit, per Majestatem Suam, ac DD. Praelatos et Barones, Proceresqve Regni Hungariae, qvos Sua Majestas ad hujusmodi Donationum, et Inscriptionum cognitionem eligere, et admittere voluerit, ad instantiam eorum, qvorum interest, secundum Dei justitiam cognoscantur, et judicentur. Et, si hujusmodi Donationes et Inscriptiones minus rite, et legitime factae esse compertae fuerint: ex tunc Castra, Castella, Oppida, bonaqve, et jura possessionaria, nec non proventus hujusmodi illis, ad qvos jure pertinent, infra qvintum decimum diem praemissae judiciariae deliberationis Regiae, sub poena praemissa notae perpetuae infidelitatis remittantur. Hic autem Articulus intelligatur etiam de externae nationis hominibus, qvi in hoc Regno super proventibus et bonis Ecclesiasticis Inscriptiones habent. 1542. *Noviz. Art.* 12.

SECTIO

## SECTIO VI.

*Ecclesiarum Bona, prae manibus alterius jure temporaneo habita, per hujus Notam non amittuntur.*

Statuimus, et praesenti Decreto Stabilimus, ut si aliqvem, ex Baronibus, aut Nobilibus hujus Regni nostri Hungariae, possessiones, aut Bona Ecclesiarum, pro pignore, vel qvalitercunqve occupata, possidentibus, temporis per successum, infidelitatis Notam, contra coronam ejusdem Regni incurrere contigerit; extunc illi, qvos perpetuitas hujusmodi possessionum concernit, fideles existendo, propter delictum ejusdem infidelis, hujusmodi jure perpetuitatis eorum non priventur, sed semper talismodi jus perpetuitatis ipsorum salvum permaneat, idemqve, dum eis placuerit, proseqvi valeant, consvetudine horum in contrarium non obstante. 1440. *Art.* 2.

# TITULUS II.

*De immunitatibus et Oneribus Bonorum Ecclesiasticorum.*

## SECTIO I.

*De immunitatibus.*

### ARTICULUS I.

*Populi Ecclesiarum nulla Collecta graventur.*

Super populos Ecclesiarum ipsarum nullam penitus Collectam faciemus. 1222. *Art.* 3. §. 2.

R

### ARTICULUS II.

*Rex in bonis Ecclesiarum nullas Exactiones faciat.*

Qvod in possessionibus et bonis Ecclesiarum, seu qvarumcunqve Ecclesiasticarum personarum violentas exactiones victualium, procurationes hospitalitatum, et alias qvascunqve aggravationes, praeter voluntatem invitantium, D. Rex non faciat, nec ea expensis, victualibus, curruum, et Sarcinarum vecturis pro nunciis, et familiaribus, ac qvibuscunqve ad ipsum pertinentibus, fiendis, ultra eorum spontaneam voluntatem aggravet, sicut abusive, et contra eorum voluntatem retroacto aliqvo tempore fiebat. 1458. *Art.* 18.

## SECTIO II.

*De oneribus et obligationibus bonis Ecclesiasticorum incumbentibus.*

### ARTICULUS I.

*In bonis Ecclesiasticorum vadia, sive arestationes non fiant.*

1.) Nullus omnino hominum in Ecclesiarum possessionibus pignora, seu vadia pro qvibuscunqve factis aliqvorum Incolarum qvorumcunqve, eorum authoritate mediante, auferre, aut recipi facere valeat, neqve possit; Contrarium facientes, in facto majoris potentiae convincantur. 1405. II. *Art.* 2.

2.) De arestationibus Mercatorum, et aliorum, hinc inde proficiscentium, qvae pro debitis, vel aliis excessibus, propriis, aut

alienis in possessionibus per Ecclesiasticos freqventer fieri solent, antiqvam Regni nostri consvetudinem approbantes, declaramus: qvod nullus in suis propriis possessionibus arestationem facere possit, alioqvin in poena trium Marcarum convincatur. 1435. II. *Art.* 13.

3.) Villici in bonis D. D. Praelatorum Jobagiones Nobilium vel captivant, vel arestant, sicqve ipsi Nobiles illorum Judicio astare coguntur; ideo decretum est: qvod in nullo loco arestum fieri possit, neqve Nobiles qvovismodo impediri valeant; ubi aliqvi contrarium fecerint, tales in vivo homagio convicti habeantur. 1492. *Art.* 90.

## ARTICULUS II.

*Coloni ex bonis, vel ad bona Ecclesiasticorum libere migrare possunt.*

1.) Sanximus, ut amodo ut antea, Cives, hospites, seu Jobagiones nostri Regales, de nostris Civitatibus, possessionibus, Oppidis, et liberis villis, Castrorumqve nostrorum tenutis, in Ecclesiarum possessiones, et e converso, earumdem Ecclesiarum Jobagiones, in praefatas nostras possessiones, et generaliter qvilibet liberae conditionis homines, de pessessionibus Nobilium, in Ecclesiarum Possessiones, et de Ecclesiarum possessionibus in Nobilium possessiones, temporibus semper successivis liberam se transferendi habeant facultatem. 1405. *Art.* 6.

2.) Sanximus et annuimus: ut a modo Cives, seu hospites, sive Jobagiones nostri Regales, in Ecclesiarum, et e converso, earumdem Ecclesiarum Jobagiones in nostras tenutas, et generaliter, qvilibet liberae con-

ditionis homines, ex possessionibus Ecclesiarum, in Nobilium, et de Nobilium possessionibus in earumdem Ecclesiarum possessiones, temporibus perpetuis, habita licentia, justo terragio, et debitis solutis, omnimodam se transferendi habeant facultatem. 1405. *II. Art.* 14.

3.) Firmissimo Regio edicto praecipimus universis Comitibus etc. ut ipsi nostros Regios, et earumdem Ecclesiarum Officiales, ipsarumqve Ecclesiarum Rectores, ad praemissi Decreti Regalis observationem cum gravaminibus compellant. 1405. II. *Art.* 16. §. 2.

4.) Coloni ex bonis personarum Ecclesiasticarum per vim alio translati, sub poena generalis Decreti restituantur. 1543. *Art.* 5.

## ARTICULUS III.

*Bona desertarum Ecclesiarum ad erectionem Scholarum convertantur.*

1.) Bona et proventus Monasteriorum, et Claustrorum, ac Capitulorum desertorum ad alendos doctos Parochos, et verbi Dei sinceros praedicatores, qvi populum in veteri orthodoxa, vera catholicaqve fide et religione conservare, et, si qvi ab ea desciverunt, in hoc Regno, ad eam reducere studeant, nec non ad instaurationem et erectionem Scholarum particularium, earumdemqve Magistrorum, qvi docti, et probi sint, intertentionem; et deniqve, ad bonae spei et indolis juvenum, et adolescentum, ut bonis literis operam dare possint, promotionem et auxilium applicentur, et convertantur, qvo tali ratione boni viri alantur, et nutriantur. 1548. *Art.* 12.

2.) Dignetur etiam Majestas sua, qvemadmodum jam superiori anno conclusum erat, bona et proventus Ecclesiarum, et Capitulorum, Conventuumqve desertorum, ad erectionem Scholarum, doctorumqve virorum sustentationem, sine diurturniori mora, ubiqve converti facere, et tergiversantes authoritate sua Regia compellere, qvo sic viris doctis in Regnum conductis, Scholisqve erectis, divinus cultus, et Religio pristina passim celerius repullulet; qvemadmodum Majestas sua benigne se facturam obtulit. 1550. *Art.* 19.

# CAPUT VII.
## *De Praelatis.*

### ARTICULUS I.
*Qvinam habeantur pro Praelatis.*

1.) Per Praelatos intellige, non solum D. D. Archiepiscopos, et Episcopos, sed etiam Abbates, atqve Praepositos, tam seculares, qvam regulares omnes. *P. II. T.* 49. §. 5.

2.) Per Nobiles autem hoc in loco generaliter universos D. D. Praelatos, Barones etc. intellige, qvi sicuti praenarratum est, una, ejusdemqve libertatis praerogativa semper muniuntur. *P. I. T.* 9. §. 7.

### TITULUS I.
*Officia Spiritualia Praelatorum.*

### SECTIO I.
*Episcoporum Jurisdictio Ecclesiastica.*

Ut Episcopi habeant potestatem, res Ecclesiasticas providere, regere, et gubernare,

atqve dispensare, secundum Canonum authoritatem, volumus, ut laici eorum Ministerio obediant, ad regendas Ecclesias viduas, et Orphanos defensandum; et ut obedientes sint eis ad eorum Christianitatem servandam; consentientesqve sint Comites judices Praesulibus suis ad justitias faciendas, juxta praecepta legis divinae, et nullatenus per aliqvorum mendacia vel falsum testimonium, neqve per perjurium, aut per praemium lex justa in aliqvo depravetur. *S. Steph. Decr. L. II. C. 2.*

## SECTIO II.

### *De Synodis per Episcopos celebrandis.*

### ARTICULUS I.

*Praelati Visitationes instituant, et Synodos celebrent.*

1.) Bis in anno, id est: in festivitate Apostolorum Philippi, et Jacobi, et in Octavis Michaelis Synodum in uno qvoqve Episcopatu celebrari constituimus, in qva ad suum Episcopum tam Comes, qvam Comites, et aliorum Magistratuum dignitates, et potestates conveniant, ad qvam, qvicunqve, etiam sine Sigillo vocatus, non venerit, reus judicio erit. *Colom. Decr. L. I. C. 2.*

2.) Statutum est: qvod juxta Constitutiones superioris Conventus anni 1557. et etiam aliorum D. D. Praelati Archidiaconos suos ad visitationes suas peragendas emittant, Synodos celebrent, aliaqve, ad eorum Officia Spectantia in rebus Ecclesiasticis obire non omittant, ac tempore Synodi, vel Convocationis

generalis, sive particularis teneantur omnes Plebani et Presbyteri qvalescunqve, tam ex bonis Dominorum et Nobilium, qvam ex Cicitatibus liberis ad convocationem Praelatorum suorum, qvorum Diaecesi subsunt, pro accipienda salutari doctrina, sine omni renitentia convenire. Qvod si vero aliqvi forent, qvi Plebanos ipsorum ad Convocationem Episcopi, et Praelati sui, manifesta Contumacia ducti, retinere, neqve illos, praemoniti et reqvisiti, ad Synodum ipsam admittere vellent, contra tales, sive Domini, et Nobiles sint, sive vero civitates, Sacra Majestas Caesarea, pro tutandis, conservandis, et manutenendis libertatibus, et juribus Ecclesiasticis, munus, et Officium Principis Christiani, qvod Suae Majestati, ut Regi Hungariae incumbit, qvemadmodum se gratiose obtulit, peragere, et exeqvi dignetur. 1559. Art. 41.

## ARTICULUS II.

*Praelati Plebanos ab accedenda Synodo pro pecunia non dispensent.*

Praelati Ecclesiarum Synodum qvam in eorum Ecclesiis, pro exstirpandis vitiis, et plantandis moribus plebanorum, in Diaecesibus suis constitutorum, institutione Canonica necessario celebrare habent, pro pecuniis, sicuti qvidam ex eis facere consveverant, relaxare, aut Plebanos eosdem, propter relaxationem hujusmodi Synodi in aliqvo taxare, neqve etiam Plebani qvipiam se ipsos, ab ipsa Synodo qvovis modo redimere praesumant. 1498. Art. 68.

# SECTIO III.

## *Eeiscopi Plebanos ad Subsidium charitativum non cogant.*

1.) Qvoniam sunt nonnulli Ecclesiarum Praelati, qvi ex qvadam prava abusione Plebanos Ecclesiarum per impositiones taxarum, pro suo libitu plurimum opprimere consveverunt, illi vero Plebani, sub hoc onere gementes, interdum Calices et cetera bona Ecclesiarum diripere, cum illisqve se ab hujusmodi taxis redimere, interdum vero, egestate coacti, Ecclesias eorum deserere, et alio aufugere coguntur, propter qvod ipsi D. D. Praelati crebro ad Parochianos illorum Interdictum Ecclesiasticum imponere, sicqve illos aggravare non verentur. Qvare Statutum est, qvod ipsi Praelati Ecclesiarum nunqvam de cetero, nisi semel, pro redemptione Bullarum suarum, et hoc qvidem cum moderatione debita; a Plebanis Ecclesiarum suarum Dioecesium, charitativum potius, qvam coarctativum subsidium petere, et exigere, vel eos qvovis modo ad eorum libitum taxare, neqve etiam propter ipsos Plebanos, Parochianos eorumdem, per Interdicta Ecclesiastica turbare, seu molestare debeant. 1498. *Art.* 69.

2.) Qvoniam sunt nonnulli Ecclesiarum Plebani, qvi Plebanos Ecclesiarum, Dioecesibus eorum subjectarum nomine Charitativi subsidii taxare solent adeo, ut interdum calices et alia Ecclesiarum bona, per eosdem plebanos, necessitate adurgente diripiantur, nonnullae etiam ipsarum Ecclesiarum longa per tempora vacant; propterea ordinatum est: qvod a modo deinceps nullus omnino D. D. Praelatorum,

infra qvatuor integrorum annorum, a die electionis et confirmationis suae computando, spatia; plebanos Ecclesiarum suarum qvovis modo taxare possit. Transacto vero ipsorum qvatuor annorum spatio, semel, et nunqvam amplius charitativum subsidium, juxta videlicet Plebanorum proventuum exigentiam, ad redemptionem Bullae suae, ab iisdem Plebanis pro se habere, et exigere valeat, atqve possit. Si vero infra terminum dictorum qvatuor annorum, talis Praelatus alio beneficio, vel Praelatura potietur, seqvens Praelatus idem facere debebit. 1504. *Art.* 12.

## SECTIO IV.

### *De exactione pecuniae Christianitatis et Messorialis.*

1.) Ex qvo inter D. D. Praelatos ab una, parte vero ab altera D. D. Barones, et ceteros Regnicolas, ratione et praetextu exactionis pecuniarum Christianitatis et Messorialium, hactenus per ipsos D. D. Praelatos exactarum, qvaedam differentia, et contentio est exorta, ipsiqve D. D. Barones et Regnicolae, hujusmodi exactiones contra eorumdem libertates, et privilegia abusive fuisse introductas; e converso vero iidem D. D. Praelati vigore efficacissimorum Privilegiorum easdem exactiones fecisse, superindeqve ambae Partes literas, et literalia Instrumenta pro se habere, qvas, et qvae non in praesentiarum, sed in ulteriori termino producere velle asserunt; qvare pro ejusdem rei finali decisione conclusum est, qvod ipsi D. D. Praelati universas literas, et literalia Instrumenta, si qvas, et qvae, in

facto praemisso habent confectas, et emanata, vel etiam ipsi D. D. Barones et Regnicolae, si qvas interim reperire poterunt, in Octavis festi B. Michaelis Archangeli, proxime affuturis, coram Majestate Regia producere, et exhibere debeant, et teneantur, qvibus visis, Majestas sua inter Partes deliberationem, et finalem Conclusionem faciendi in praemissis, omnimodam habeat facultatem. 1495. *Art.* 43.

2.) De pecuniis Christianitatis et Messorialibus, qvae hactenus valde abusive exigebantus, taliter determinatum est: qvod ex qvo ipsi D. D. Praelati, et Viri Ecclesiastici, ratione proventuum eorum decimalium, gentes eorum de cetero pro defensione hujus Regni, necessario tenere habebunt; sunt autem qvamplurimi Rusticorum qvi nec vineas habentes, neqve etiam araturas facientes, de qvibus eisdem D. D. Praelatis Decimae provenire deberent, absqve solutione ullarum Decimarum in plerisqve locis commorantur, seqve Christianos esse, praedictis Praelatis Ecclesiarum, sub qvorum Diaecesibus degunt, minime recognoscunt. Qvare, ut de cetero inter ipsos Praelatos Ecclesiarum, et Christicolas debitus ordo observetur, Statutum est: qvod a modo imposterum omnes, et singuli rustici, seu Jobagiones qvorumcunqve, qvi sive de vinis, sive de frugibus, et biadis ipsorum, in Diaecesi qvorumcunqve D. D. Praelatorum, et Virorum Ecclesiasticorum Decimas solverint, tales nec pecunias Christianitatis, neqve etiam Messoriales solvere debent. Messores autem de portionibus, sibi pro labore eorum, ab his tantummodo, qvi Decimas solvere hucusqve consveverunt, et non Nobilibus provenire debentibus; decimas solvant. Pecunias autem Chri-

stianitatis aut messoriales non solvant; nec interim portiones eorum de campo abducere, seu excipere audeant, donec eorum portiones, una cum rebus Decimalibus colonorum decimabuntur. Illi autem, qvi nec ex vinis, nec frumentis seu bladis decimas solverint, pro pecuniis Christianitatis sex tantummodo denarios solvere teneantur. 1498. *Art.* 52.

# TITULUS II.

## *Praelati in Comitiis.*

## SECTIO I.

### *Praelati semper in Comitiis erant, Articulos concluserunt, et Regi pro approbatione praesentarunt.*

1.) Et consensu Venerabilium Patrum, Archiepiscoporum, Episcoporum, 1291. *Exord.*

2.) Nos itaqve Joannes Dei gratia Archiepiscopus Colocensis Aulae D. Regis Cancellarius, Petrus, Transylvaniensis, Andreas, Agriensis, Thomas, Bosnyensis, Benedictus, Vesprimiensis, Qvinqve Ecclesiensis Paulus per Pvocuratores suos solempnes, Haab Vaciensis, Theodorus Jauriensis, Michael Zagrabiensis, Emericus Varadiensis, Anthonius Chanadiensis Ecclesiarum Episcopi, apud Ecclesiam Fratrum Minorum in Pesth, anno Domini 1298. in festivitate B. Dominici confessoris, cum omnibus Nobilibus Hungariae, singulis saxonibus, Cumanis in unum convenientes, accepta auctoritate ex consensu Domini Regis, et aliorum, invocata spiritus Sancti gratia, tractare cepimus de his, per qvae Regiae Magnificentiae, et Statui Regni totius, ac etiam

ipsarum Ecclesiasticarum personarum, et Ordinum aliorum consuleretur; ideo statuimus. 1298. *Exord.* §. 2.

3.) Praelatorum et Baronum nec non Procerum et Nobilium Regni nostri caetus et universitatis identitas nostrum Regium conspectum adeundo, et libertates ipsius Regni nostri, qvibus ipsi Praelati etc. freti fuere, et gavisi, in qvam plurimis Articulis diminutas esse recitantes, et nostram Regiam Serenitatem super reformatione Status dicti Regni nostri, precibus et instantiis propulsantes justis se illibate conservari humillime supplicarunt. 1439. *Exord.*

4.) §. I. Nos itaqve hujusmodi petitionibus Praelatorum Baronum etc. aures exaudibiles inclinantes, supradictos Articulos praesentibus literis inseri fecimus. 1439. *Concl.*

5.) Certos Articulos ex aliis literis, olim Praelatorum Ecclesiasticorum, et Nobilium Regni, tempore Coronationis condam alterius Andreae Regis Hungariae dicti de Venetiis, emanatis extractos, et exceptos in se continentibus. 1440. *Exord.* §. 3.

6.) Congregationem indixit generalem ad hoc, ut per Praelatos et Viros Ecclesiasticos, nec non et Nobiles hujus Regni, huic Regno casuro salubriori consilio, qvo posset, subveniretur. 1440. *Exord.* §. 3.

7.) Cum nuper per Universitatem D. D. Praelatorum efficaci vocatione et electione ad suscipienda hujus Regni gubernacula invitati et perducti fuissemus, tamen nunc ipsi Praelati etc. 1440. *Exord.* §. 2.

8.) Nos universi Praelati, Barones etc. in praesenti generali Congregatione simul congregati. 1445. *Exord.*

9.) D. D. Praelati etc. post maturam superinde factam deliberationem Articulos infra scriptos nobis, praesentarunt. In qvorum testimonium praesentes literas nostras eisdem Praelatis etc. duximus concedendas. 1446. *Art.* 5.

10.) Datum in amplissima Praelatorum, Baronum, et Regnicolarum Congregatione generali. 1446. *Concl.*

11.) Praelati, Barones etc. Regni Hungariae universi, in hac nostra conventione. 1447. *Exord.*

12.) Post Congregationem certorum Praelatorum et Baronum, anno tertio, circa festum B. Dorotheae Virginis in Alba Regali factam. 1447. *Art.* 17.

13.) Qvod Praelati, Barones et Nobiles Regni nostri Hungariae generali Conventione primum nuper Viennae ad nos congregati, invitassent nos in hanc Civitatem Posoniensem; tandem praefati Praelati, Barones et Nobiles universi, exhibuerunt nobis Articulos infra scriptos. 1453. *Exord.* §. 1. 2.

14.) Dominus noster Rex ea, qvae in Congregatione Praelatorum, et Baronum ac Regnicolarum deliberata fuerint, et conclusa, firmiter observabit. 1453. *Art.* 3. §. 2.

15.) Juxta contenta dispositionum nostrarum, una cum dictis Praelatis Baronibus et electis hominibus, per vos deputatis, in superioribus articulatim conscriptarum. 1454. *Art.* 16.

16.) In qvorum omnium testimonium praesentes literas nostras Universitati Praelatorum Baronum etc. duximus concedendas. 1454. *Concl.*

17.) Qvod nobis, una cum D. D. Praelatis, Baronibus etc. convenientibus, pro fa-

ciendis ordinationibus, praefati D. D. Praelati, Barones etc. exhibuerunt nobis Articulos, patentes, ut eos, et in eis contenta; rata habere, ac per nos, et praefatum Dominum nostrum Matthiam Electum Regem, observaturos promittere dignaremur. 1458. *Szilagy. Exord.* §. 1.

18.) Petitionibus D. D. Praelatorum Baronum etc. inclinati, Articulos et praesentes literas universitati D. D. Praelatorum, Baronum etc. duximus concedendas. 1458. *Szil. Concl.*

19.) Habita generali Conventione, Praelati etc exhibuerunt nobis Articulos infra scriptos. 1458. *Exord.* Praesentes literas nostras eidem Universitati Praelatorum etc. duximus concedendas. *Ibidem Concl.*

20.) Generali Congregatione habita, Praelati, Barones etc. exhibuerunt nobis Articulos infra scriptos. 1459. *Exord.* Praesentes literas nostras Universitati Praelatorum etc. duximus concedendas. *Ibidem Concl.*

21.) In praesenti Congregatione universorum Praelatorum, Baronum etc. 1462. *Exord.* Inter alia iidem Praelati, Barones etc. unanimi omnium consensu.

22.) Et voto obtulerunt nobis qvosdam Articulos, antiqvam legem, et Consvetudinem ipsius Regni nostri innovantes 1462. *Exord.* supplicaverunt nobis Praelati etc. ut Articulos Regio Consensu approbantes, dignaremur deinceps facere observari. Nos itaqve supplicationibus eorumdem Praelatornm etc. inclinati, praedictos Articulos, et qvemlibet eorum acceptantes et approbantes, decrevimus deinceps inviolabiliter observandos, observabimusqve, et observari faciemus cum effectu. 1462. *Concl.*

23.) Qvod constitutis nobis una cum fidelibus nostris Praelatis in praesenti Congregatione generali eorumdem in Oppido Tholnavár; iidem Praelati etc. exhibuerunt qvosdam Articulos. Nos Praelati etc. in praesenti Congregatione nostra. 1463. *Exord.* Qvod Praelati etc. qvi ad concludendum in negotiis Regni nostri, in Congregatione generali deputati fuerant, exhibuerunt nobis qvaedam Privilegia Ludovici ac Sigismundi Praedecessorum nostrorum decreta eorumdem continentia, ac insuper qvosdam Articulos, qvos ipsi Praelati etc. antea, et in praesenti Congregatione denuo fecissent; supplicantes Majestati nostrae, ut eadem, et eosdem approbare dignaremur. Ad supplicationem Praelatorum etc. Articulis, praemissis, qvos iidem Praelati etc. denuo fecissent acceptis, eosdem praesentibus literis insertos approbamus. 1464. *Exord. et Concl.*

24.) Per certos dies cum Praelatis et Baronibus nostris, ac de uno qvoqve Comitatu electis Nobilibus permansuri, iidem Praelati etc. qvosdam Articulos produxerunt in medium. 1468. *Exord.*

25.) Qvod, cum in praesenti Diaeta, seu Conventu, Praelati, Barones etc. totum Regnum repraesentantes, nobiscum convenissent, obtulerunt ultro de singulis portis unum florenum auri, etiam a bonis omnium Praelatorum etc. cum eisdem Praelatis etc. matura prius deliberatione praehabita, ordinavimus. 1470. *Exord.*

26.) Qvod, cum nos hanc Conventionem generalem omnibus Praelatis etc. ediceremus, iidem Praelati etc. cupientes se certis libertatibus, et privilegiis fulciri, sive qvod in Decretis praeteritis ita sufficienter expressae non

habebantur, exhibuerunt nobis Articulos infra scriptos. 1571. *Exord.*. Qvibus expeditis, iidem Praelati etc. supplicarunt nobis, ut eosdem Articulos approbare dignaremur. 1471. *Concl.*

27.) Qvod cum teneremus omnium Praelatorum communem, seu generalem Conventionem, iidem D. D. Praelati etc. exhibuerunt nobis hos Articulos 1472. *Exord.* Praelati Barones etc. supplicarunt nobis, ut eosdem Articulos approbare, ipsosqve, pro ipsorum libertate firmanda, in iisdem illibate conservare dignaremur. 1472. *Concl.*

28.) Nos Praelati, Barones etc. in praesenti Conventione congregati, totum Regnum repraesentantes. 1474. *Exord.*

29.) Qvod, cum his diebus fideles nostri Praelati etc. convenissent, concluserunt inter se communi eorum voluntate certos Articulos, qvos per literas eorum unanimi voluntate comprobaverunt, et qvia cognovimus, qvod iidem D. D. Praelati etc. in dicta eorum Conventione praemissos Articulos ad utilitatem Regni nostri concluserunt, et approbarunt, qvia nos Praelatis etc. in dictis Articulis plenam superioribus temporibus dedimus facultatem, dictas literas eorumdem D. D. Praelatorum etc. simul cum praefatis Articulis approbavimus. *Dipl. Conf. Art.* A. 1474. *Suppl. ad Vest. Comit. T. II. p* 238.

30.) Qvod nobis una cum Praelatis etc. congregationem generalem tenentibus, obtulerunt iidem Praelati etc. Articulos, Supplicantes, ut eosdem approbare dignaremur. 1475. *Exord.* suppliationibus Praelatorum etc. inclinati, praescriptos Articulos approbamus, decer-

decernentes, una cum eisdem Praelatis etc. 1475. *Concl.*

31.) Qvod in Diaeta generali, fidelibus nostris, universis Praelatis etc. tractantibus, iidem D. D. Praelati etc. praesentarunt nobis certos Articulos, supplicantes, ut eos ratificare dignaremur. 1478. *Exord.* Qvibus Articulis, per eosdem Praelatos etc. praesentatis, ad supplicationem eorumdem, eosdem ratificavimus, dictosqve Praelatos etc. in eisdem conservare polliciti sumus. 1478. *Concl.*

32.) Qvod nos, cum D. D. Praelatis etc. in praesenti Diaeta constitutis, super bono communi, et reformatione Status omnium, tam spiritualium, qvam Secularium personarum tractantes, communi omnium eorumdem D. D. Praelatorum etc. voluntate, in hos convenimus Articulos 1481. *Exord.* §. 1. Qvos Articulos per nos, ac dictos Praelatos etc. de bene placita omnium voluntate, et consensu, pro bono tam spiritualium, qvam secularium confectos ratificamus. 1481. *Concl.*

33.) Generalem Diaetam, Budae celebrandam, cunctis Praelatis etc. instituimus. 1486. *Exord.*

34.) Qvos Articulos nos Matthias Rex cum supradictis D. D. Praelatis etc. in praesenti generali Diaeta nobiscum existentibus, de eorumdem D. D. Praelatorum etc. et totius Regni consilio, voluntate, et assensu pro perpetuo Decreto sancimus, et confirmamus. In cujus rei memoriam Articulos ipsos, de eorumdem D. D. Praelatorum etc. voluntate et consilio fecimus communiri. 1486. *Concl.*

35.) Praeter Articulos, in praesenti Decreto peculiariter inscriptos, D. D. Praelati etc. alios plures, tam ratione Decimarum, qvam

Ecclesiasticorum beneficiorum, et ceterorum negotiorum in scriptis nostrae Majestati praesentarunt, Sed qvia iidem D. D. Praelati etc. super hujusmodi Articulis certis ex causis, et rationibus, debitam, atqve perfectam deliberationem ad praesens facere neqviverunt; pro eo, deliberationem, et finalem Conclusionem Articulorum hujusmodi ad futuram Diaetam, de voluntate D. D. Praelatorum etc. duximus prorogandam eo modo, ut praemissos Articulos coram nobis assumere, ac veluti nobis, ac eisdem D. D. Praelatis etc. pro utilitate hujus Regni nostri commodius utiliusqve videbitur, et fieri poterit, finaliter concludere, et approbare promittimus. 1492. *Concl.* §. 4. *Seq.*

36.) Cum in Diaeta universorum D. D. Praelatorum etc. per nos eisdem indicta, et eorumdem DD. Praelatorum consilio, qvaedam Decreta stabilivissemus, minime tamen pro tunc perfecta, nostris literis inscribi facientes, ipsis D. D. Praelatis etc. tradidissemus defectus qvoslibet in Diaeta per nos celebranda, supplere, tandem praefati D. D. Praelati etc. in praesenti Diaeta nostrae Majestatis venientes in conspectum, praefata nostra Decreta, nec non qvosdam Articulos de novo formatos Majestati nostrae praesentare curarunt, supplicantes, ut easdem literas, simul cum praefatis Articulis, confirmare, confirmataqve observare, et observari facere dignaremur. 1495. *Exord.*. Nos itaqve supplicationibus praefatorum D. D. Praelatorum exauditis, praetacta Statuta et Decreta pro ipsis D. D. Praelatis etc. innovando, perpetuo valitura confirmamus. 1495. *Concl.*

37.) Cum nos binis jam post sese vicibus diversas Constitutiones ad humillimam sup-

plicationem fidelium nostrorum Praelatorum etc. 1498. *Exord.*

38. DD. Praelati etc. supplicassent, ut certas Constjtutiones et Decreta sancire, atqve veterem eorum libertatem eisdem innovare, et gratiose confirmare dignaremur. 1500. *Exord.*

39. Dum Diaetam, seu Conventionem generalem universis DD. Praelatis etc. indixissemus. 1504. *Exord.* §. 2.

40. Ad humillimam fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. supplicationem variis vicibus varias Constitutiones, et Statuta addidissemus. 1504. *Exord.*

41. Generalem Conventum universis DD. Praelatis etc. indiximus. Itaqve DD. Praelati etc. collatis Sententiis, et re conclusa, qvosdam Articulos, communi voto, et consensu parili, demptis Articulis, facta Criminalia, et honestatem Clericalem concernentibus, ad qvos ipsi DD. Praelati consentire non potuerunt, formatos obtulerunt nostrae Majestati. 1514. *Exord.*

42. Nos praemissis supplicationibus praefatorum DD. Praelatorum etc. nostrae factis Majestati, inclinati, praescriptos Articulos approbamus, et ratificamus. 1514. *Concl.*

43.) Haec sunt nomina Praelatorum, qvi praenotatos Articulos composuerunt, et ad eorum observationem compromiserunt: Thomas Cardinalis Strigoniensis Legatus, Hipolytus Estensis Cardinalis Agriensis, Georgius Qvinqve Ecclesiensis, Franciscus de Warda Transylvaniensis, Simon Zagrabiensis, Petrus Baryzlo Vesprimiensis, Joannes Gozthon Jaurinensis, Ladislaus Vaciensis Cancellarius, Stephanus Podmaniczky Nitriensis, Michael Kesserö Boz-

nensis Ecclesiarum Episcopi, Paulus Praepositus, S. Sigismundi Thesaurarius, Laurentius Praepositus Albensis, Blasius Praepositus Budensis. 1518. *Concl.*

44. Reverendissime in Christo Pater! Reverendi etc. 1543. *Resp. Exord.*

45. Qvod, cum nos universis fidelibus nostris D. Praelatis etc. indixissemus Congregationem generalem, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt nobis Articulos uno, concordiqve animo per eos conscriptos et editos, supplicantes nobis, ut eosdem confirmare dignaremur. 1546. *Exord.* Intellexerunt DD. Praelati etc. *Praef.* Nos itaqve, accepta D.D. Praelatorum Supplicatione, eos Articulos clementer approbavimus. 1546. *Concl.*

46. Praelati etc. Sacrae Regiae Majestati gratias agunt pro conservatione ipsorum. 1547. *Art.* 1.

47. Qvod cum nos universis fidelibus nostris DD. Praelatis etc. generalem indixissemus Congregationem, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt coram nobis certos Articulos uno, concordiqve animo per eos conscriptos, et editos, supplicantes, ut eosdem confirmare dignaremur. 1548. *Exord.*

48. Nos itaqve, accepta praefatorum fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. supplicatione, praescriptos Articulos confirmavimus. 1548. *Concl.*

49. DD. Praelati etc. in praesenti generali Congregatione exhibuerunt nobis Articulos, supplicaruntqve, ut eos confirmare dignaremur. 1550. *Exord.*

50. Nos igitur Supplicatione dictorum fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1550. *Concl.*

51. Qvod DD. Praelati etc. in generali Conventu praesentarunt nobis Articulos, in Conventu ipso communibus votis conclusos, supplicaruntqve nobis, ut eos confirmare dignaremur. 1552. *Exord.*

52. Nos igitur supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Aiticulos confirmamus. 1552. *Concl.*

53. Qvod DD. Praelati etc. in praesenti generali Conventu congregati, exhibuerunt nobis infra scriptos Articulos, communibus eorum votis conclusos, supplicantes, ut ipsos coufirmare Articulos dignaremur. 1553. *Exord.*

54. Nos igitur supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1553. *Concl.*

55. Qvod DD. Praelati etc. in eorum Conventu exhibuerunt nobis infra scriptos Articulos, supplicaruntqve nobis, ut ipsos confirmare dignaremur. 1554. *Exord.*

56. Nos itaqve supplicatione fidelium DD. Praelatorum etc. admissa, dictos Articulos approbamus. 1554. *Concl.*

57. DD. Praelati etc. in generali Conventu congregati, miserunt ad nos infra scriptos Articulos, communibus ipsorum votis conclusos, supplicaruntqve nobis, ut ipsos confirmare dignaremur, 1555. *Exord.* Praelati etc. intellexerunt ea, qvae Majestas sua ipsis significanda duxit. 1555. *Art.* 1.

58. Nos igitur supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1555. *Concl.*

59. Qvod DD. Praelati etc. in generali Conventu obtulerunt nobis Articulos, in Conventu ipso communibus omnium votis conclusos,

supplicaveruntqve nobis, ut Articulos ipsos confirmare dignaremur. 1556. *Exord.*

60. Nos itaqve Supplicatione DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos approbamus. 1556. *Concl.*

61. Qvod DD. Praelati etc. praesentaverunt nobis Articulos, in Conventu communibus ipsorum votis conclusos, supplicaruntqve, ut Articulos ipsos confirmare dignaremur. 1557. *Exord.*

62. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1557. *Concl.*

63. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. Constitutionum Articulos in Conventu unanimi, et communi iqsorum voto, atqve consensu decretos, mittendos ad nos curaverunt, supplicantes, ut eosdem confirmare dignaremur. 1559. *Exord.*

64. Fideles DD. Praelati etc. in hoc generali Conventu praesentes, intellexerunt singula, qvae Majestas iis proponere dignata est. 1559. *Art.* 1.

65 Nos itaqve Supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. intellecta, Constitutionum Articulos confirmamus. 1559. *Concl.*

66. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum Conventu praesentaverunt nobis Articulos in eodem Conventu communibus omnium ipsorum votis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicaruntqve nobis, ut Articulos confirmare dignaremur. 1563. *Exord.*

67. Intellexerunt DD. Praelati etc. in hoc generali Conventu eorum congregati, ea qvae Sacra Majestas Sua enumerat. 1563. *Art.* 1.

68. Nos igitur supplicatione D. D. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1563. *Concl.*

69. Qvod DD. Praelati etc. in generali Conventu congregati, miserunt ad nos Articulos, communibus ipsorum votis conclusos, supplicaveruntqve nobis, ut ipsos confirmare dignaremur. 1566. *Exord.*

70. Intellexerunt D. D. Praelati etc. 1566. *Art.* 1.

71. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum D. D. Praelatorum etc. admissa, praemissos Articulos confirmamus. 1566. *Concl.*

72. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum Conventu exhibuerunt nobis infra scriptos Articulos, communibus ipsorum votis, ac pari, et unanimi consensu conclusos, supplicaruntqve nobis, ut eos confirmare dignaremur. 1567. *Exord.*

73. Intellexerunt fideles Majestatis Suae D. D. Praelati etc. qvae Majestas sua referre dignata est. 1567. *Art.* 1.

74. Nos itaqve supplicatione DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmavimus. 1567. *Concl.*

75. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum Conventu exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu communibus, et unanimis ipsorum votis, et suffragiis, generaliqve consensu conclusos, supplicantes, ut universos Articulos confirmare dignaremnr. 1569. *Exord.*

76. Qvae Sacra Regia Majestas proponere dignata est, fideles Praelati etc. attente audiverunt. 1569. *Art.* 1.

77. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in general eorum Conventu exhibuerunt nobis

Articulos, communibus omnium votis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicarunt, ut eos confirmare dignaremur. 1572. I. *Exord.*

78. Fideles DD. Praelati etc. in Diaeta eorum generali Majestatis Suae excusationem libenter acceptant. *Art.* 1.

79. Nos itaqve Supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1572. I. *Concl.*

80. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum Conventu congregati, exhibuerunt nobis Articulos in eodem Conventu communibus ipsorum votis, ac pari et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1572. II. *Exord.*

81. Verbis exprimere neqveunt DD. Praelati etc. ipsorum laetitiam, qvam ex felici Regiae Majestatis in medium ipsorum adventu conceperunt. *Art.* 1.

82. Nos itaqve, supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos approbamus. 1572. II. *Concl.*

84. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum Conventu congregati, exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu communibus ipsorum votis pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut universos Articulos confirmare dignaremur, 1574. *Exord.*

84. Summa cura, et diligentia DD. Praelati etc. de his omnibus tractarunt, qvae a Majestate sua Caesarea, et Regia ipsis scripto proposita fuerunt. *Art.* 1.

85. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1574. *Concl.*

86. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum Conventu cóngregati, exhibuerunt nobis infra scriptos Articulos, in eodem Conventu communibus ipsorum votis, pariqve, et unanimi consensu conclusos supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1575. *Exord.*

87. Causas et rationes, a Sua C. Majestate diserte enumeratas DD. Praelati etc. abunde intellexerunt. *Art.* 1.

88. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1575. *Concl.*

89. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali ipsorum conventu congregati, exhibuerunt nobis Articulos in eodem Conventu communibus, et unanimibus ipsorum votis et suffragiis generaliqve consensu conclusos, supplicantes nobis, ut eos confirmare dignaremur. 1578. *Exord.*

90. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1578. *Concl.*

91. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali ipsorum Conventu congregati, exhibuerunt nobis Articulos, in eorum Conventu communibus, et unanimibus ipsorum votis et Suffragiis, generaliqve consensu conclusos, supplicantes nobis, ut eos confirmare dignaremur. 1582. *Exord.*

92. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc, admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1582. *Concl.*

93. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali ipsorum Conventu congregati, exhibuerunt nobis Articulos in eodem Conventu, communibus, et unanimis ipsorum votis, et

Suffragiis generaliqve consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1583. *Exord.*

94. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1583. *Concl.*

95. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali Conventu congregati exhibuerunt nobis Articulos, communibus, et unanimis ipsorum votis, et Suffragiis, generaliqve consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1588. *Exord.*

96. DD. Praelati Serenissimo Principi D. Ernesto gratias agunt, qvod in medium ipsorum venire non dubitarit. *Art.* 1.

97. Nos itaqve Supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1588. *Concl.*

98. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum Conventu congregati, exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu communibus ipsorum votis, et Suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1593. *Exord.*

99. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1593. *Concl.*

100. Qvod fideles nostri, DD. Praelati etc. in generali eorum Conventu congregati; exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu communibus ipsorum votis et Suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1595. *Exord.*

101. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1595. *Concl.*

102. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum Conventu congregati, exhibuerunt nobis Articulos in eodem Conventu communibus ipsorum votis, et Suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut universos Articulos confirmare dignaremur. 1596. *Exord.*

103. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1596. *Concl.*

104. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum Conventu congregati, exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu communibus eorum votis et Suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1597. *Exord.*

105. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos approbamus. 1597. *Concl.*

106. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum Conventu congregati, exhibuerunt nobis Articulos in eadem Congregatione communibus ipsorum votis et Suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1598. *Exord.*

107. Nos itaqve supplicatione fidelium nostorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1598. *Concl.*

108. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum Conventu congregati, exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1599. *Exord.*

109. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus, 1599. *Concl.*

110. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum congregatione congregati, exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu communibus ipsorum votis, et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1600. *Exord.*

111. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1600. *Concl.*

112. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum Conventu congregati, exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1601. *Exord.*

113. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praefatos Articulos confirmamus, 1601. *Concl.*

114. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum Congregatione congregati, exhibuerunt nobis Articulos in eodem Conventu, communibus eorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1602. *Exord.*

115. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1602. *Concl.*

116. Qvod fideles nostri, DD. Praelati etc. in generali eorum Congregatione congregati, exhibuerunt nobis Articulos in eodem Conventu communibus ipsorum votis et suffragiis,

pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut omnes Articulos confirmare dignaremur. 1603. *Exord.*

117. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1603. *Concl.*

118. Qvod fideles nostri, DD. Praelati etc. in generali eorum Congregatione congregati, exhibuerunt nobis Articulos, in eadem publica Congregatione, communibus ipsorum votis, et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1604. *Exord.*

119. Nos itaqve, supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum, etc. admissa, praefatos Articulos confirmamus. 1604. *Concl.*

120. Fideles suos Hungaros Dominos videlicet Praelatos etc. juramento absolveret. 1608. *Exord.*

121. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, Articulos nobis praesentatos confirmamus. 1608. *Concl.*

122. Intellexerunt DD. Praelati etc. ad indictam sibi Diaetam congregati. 1609. *Art.* 1.

123. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum Conventu congregati, exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1609. *Exord.*

124. Nos itaqve supplicatione DD. Praelatorum etc. admissa, praemissos Articulos confirmavimus. 1609. *Concl.*

125. Generalem Diaetam et Conventum universis DD. Praelatis etc. indiximus; Prae-

fati itaqve DD. Praelati etc. Articulos communi voto, et pari consensu formatos, nostrae obtulerunt Majestati, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1613. *Exord.*

126. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praefatos Articulos confirmamus. 1613. *Concl.*

127. Qvod cum nos fidelibus nostris DD. Praelatis etc. generalem Congregationem indixerimus, iidem exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu communibus ipsorum votis, et suffragiis, pariqve et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1618. *Exord.*

128. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1618. *Concl.*

129. Qvod cum nos fidelibus nostris DD. Praelatis etc. generalem Congregationem indixerimus, iidem Majestati nostrae infra scriptos Articulos, in eodem Conventu generali, communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, praesentarunt, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1622. *Exord.*

130. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1622. *Concl.*

131. Qvod cum nos generalem fidelibus nostris DD. Praelatis etc. indixissemus Congregationem, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes nobis, ut eos confirmare dignaremur. 1625. *Exord.*

132. Illa, qvae in antiqvis Rerum Hungaricarum Annalibus de diversis Regum virtutibus commemorantur, in Sacratissima Majestate DD. Praelati etc. conspicantur. 1625. *Art.* 1.

133. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos approbamus. 1625. *Concl.*

134. Qvod fideles nostri DD. Praelati etc. in generali eorum Conventu congregati, exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1630. *Exord.*

135. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1630. *Concl.*

136. Qvod cum nos generalem fidelibus nostris universis DD. Praelatis etc. indixissemus Congregationem, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu communibus ipsorum votis et suffragiis pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1635. *Exord.*

137. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1635. *Concl.*

138. Qvod cum nos generalem universis Statibus et Ordinibus Conventum indixissemus, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu, communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1638. *Exord.*

139. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum, Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1638. *Concl.*

140. Qvod cum nos fidelibus nostris DD. Praelatis etc. generalem Congregationem indixissemus, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu, communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1646. *Exord.*

141. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1646. *Concl.*

142. Qvod cum nos fidelibus nostris DD. Praelatis etc. generalem indixissemus Congregationem, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt nobis Articulos in eodem Conventu communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi Consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1649. *Exord.*

143. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1649. *Concl.*

144. Qvod cum nos generalem universis DD. Praelatis etc. indixissemus Conventum, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu, communibus ipsorum votis et Suffragiis, pariqve, et unanimi ipsorum Consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1655. *Exord.*

145. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmavimus. 1655. *Concl.*

146. Qvod cum nos generalem universis Statibus et Ordinibus Regni Hungariae Conven-

ventum indixissemus, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu, communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1659. *Exord.*

147. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1659. *Concl.*

148. Qvod, cum nos generalem fidelibus nostris Statibus et Ordinibus Conventum indixissemus, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt nobis Articulos in eodem Conventu communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, qvatenus eosdem confirmare dignaremur. 1662. *Exord.*

149. Nos itaqve supplicatione fidelium nostrorum DD. Praelatorum admissa, praedictos Articulos confirmamus. 1662. *Concl.*

150. Qvod, cum nos generalem universis DD. Praelatis etc. Diaetam indixissemus praefati Praelati etc. exhibuerunt nobis Articulos, in eodem Conventu unanimi ipsorum Conatu, voto, et consensu conclusos, supplicantes, ut eosdem confirmare dignaremur. 1681. *Exord.*

151. Nos itaqve fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. supplicatione admissa, praespecificatos Articulos confirmamus. 1681. *Concl.*

152. Qvod cum universis DD. Praelatis etc. in generali Conventu congregatis subinsertos communibusqve votis conclusos praesentarunt Majestati nostrae illorum Articulos, supplicantes, qvatenus eosdem confirmare dignaremur. 1687. *Exord.*

153. Nos itaqve DD. Praelatorum etc. supplicatione admissa, praeinsertos eorum Articulos confirmamus. 1687. *Concl.*

154. Qvod, cum Serenissimus Princeps, D. Josephus Romanorum Imperator, et Hungariae Rex universis DD. Praelatis etc. generalem Congregationem, seu Diaetam indixisset, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt in eadem Diaeta Articulos communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur. 1715. *Exord.*

155. Posteaqvam universis Statibus, et Ordinibus Conventum, seu Diaetam indixissemus, fideles nostri universi DD. Praelati etc. supplicaverunt Majestati nostrae, ut infrascriptos Articulos acceptare, et confirmare dignaremur. 1715. *Art.* 2. §. 4. *Dipl. Inaug.*

156. Nos itaqve fidelium nostrorum DD. Praelatorum supplicatione admissa, praespecificatos Articulos confirmamus. 1715. *Concl.*

157. Qvod, posteaqvam nos Statibus et Ordinibus generalem Diaetam indixissemus, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt Majestati nostrae Articulos, in eadem Diaeta communibus ipsorum votis, et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, ut eos confirmare dignaremur, 1723. *Exord.*

158. Nos itaqve DD. Praelatorum etc. supplicatione admissa praespecificatos Articulos confirmamus. 1723. *Concl.*

159. Qvod, cum universis DD. Praelatis etc. generalem Congregationem, seu Diaetam indixissemus, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt Majestati nostrae Articulos, in eadem Diaeta communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, sup-

plicantes Majestati nostrae, qvatenus eos confirmare dignaremur. 1729. *Exord.*

160. Nos itaqve DD. Praelatorum etc. supplicatione admissa, praeinsertos Articulos confirmamus. 1729. *Concl.*

161. Qvod posteaqvam universis DD. Praelatis etc. generalem Conventum, seu Diaetam indixissemus, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt Majestati nostrae Articulos, in eadem Diaeta communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, qvatenus eos confirmare dignaremur. 1741. *Exord.*

162. Nos itaqve fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. supplicatione admissa praespecificatos Articulos confirmamus. 1741. *Concl.*

163. Qvod nos universis Statibus et Ordinibus generalem Regni Diaetam promulgavimus, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt Majestati nostrae Articulos, in eadem Diaeta communibus votis, et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes Majestati nostrae, qvatenus eos confirmare dignaremur. 1751. *Exord.*

164. Nos itaqve fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. supplicatione admissa, praespecificatos Articulos confirmamus. 1751. *Concl.*

165. Qvod, nos fidelibus Statibus et Ordinibus generalem Diaetam indixerimus, tandem fideles nostri DD. Praelati etc. exhibuerunt Majestati nostrae Articulos, in eadem Diaeta communibus votis et suffragiis, pariqve et unanimi consensu conclusos, supplicantes Majestati nostrae, qvatenus illos confirmare dignaremur. 1765. *Exord.*

166. Nos itaqve fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. supplicatione admissa praeinsertos Articulos confirmamus. 1765. *Concl.*

167. Qvod, posteaqvam nos universis DD. Praelatis etc. generalem Conventum seu Diaetam indixissemus, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt Majestati nostrae Articulos, in eadem Diaeta communibus votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, qvatenus eos confirmare dignaremur. 1791. *Exord.*

168. Nos itaqve fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. supplicatione admissa praespecificatos Articulos confirmamus. 1791. *Concl.*

169. Qvod posteaqvam nos universis DD. Praelatis etc. generalem Conventum, seu Diaetam indixissemus, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt Majestati nostrae Articulos, in eadem Diaeta communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, qvatenus eos confirmare dignaremur. 1792. *Exord.*

170. Nos itaqve fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. supplicatione admissa, praespecificatos Articulos confirmamus. 1792. *Concl.*

171. Qvod nos fidelibus Statibus et Ordinibus generalem Diaetam indixerimus, tandem fideles nostri DD. Praelati etc. exhibuerunt Majestati uostrae Articulos, in eadem Diaeta communibus votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes Majestati nostrae, qvatenus illos confirmare dignaremur. 1796. *Exord.*

172. Nos itaqve fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. supplicatione admissa, praespecificatos Articulos confirmamus. 1796. *Concl.*

173. Qvod nos generalem Conventum Statibus et Ordinibus indiximus, tandem fideles nostri DD. Praelati etc. exhibuerunt Majestati nostrae Articulos, in eadem Diaeta, communibus ipsorum votis et suffragiis, pariqve, et unanimi consensu conclusos, supplicantes, qvatenus illos coufirmare dignaremur. 1802. *Exord.*

174. Nos itaqve fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. supplicatione admissa praespecificatos Articulos confirmamus. 1802. *Concl.*

175. Qvod posteaqvam universis Statibus et Ordinibus conventum, seu Diaetam indixissemus, tandem fideles nostri DD. Praelati etc. exhibuerunt Majestati nostrae Articulos, in eadem Diaeta communibus votis, et suffragiis, pariqve, et unanimi conseusu conclusos, supplicantes, qvatenus illos confirmare dignaremur. 1805. *Exord.*

176. Nos itaqve fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. supplicatione admissa, praespecificatos Articulos confirmamus. 1805. *Concl.*

177. Qvod posteaqvam nos universis DD. Praelatis etc. indixissemus, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt Majestati nostrae Articulos, in eadem Diaeta communibus votis et suffragiis, pariqve, et unanimi concensu conclusos, supplicantes Majestati nostrae, qvatenus illos confirmare dignaremur. 1807. *Exord.*

178. Nos itaqve fidelium nostrorum DD. Praelatorum supplicatione admissa, praespecificatos Articulos confirmamus. 1807. *Concl.*

179. Qvod cum nos universis DD. Praelatis etc. generalem Conventum, sive Diaetam indixissemus, iidem DD. Praelati etc. exhibuerunt Majestati nostrae seqventes Articulos. Nos itaqve fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc.

supplicatione admissa, praespecificatos Articulos confiimamus. 1808. *Concl.*

180. Qvod cum nos universis DD. Praelatis etc. indixissemus, iidem DD. Praelati etc submiserunt Majestati nostrae seqventes Articulos. Nos itaqve fidelium nostrorum DD. Praelatorum etc. supplicatione admissa, praespecificatos Articulos confirmanus. 1811. *Concl.*

## SECTIO II.

### *Rex ad petitionem Praelatorum Diploma Inaugurale cofirmavit.*

1. De Consilio Praelatorum etc. statuimus, ut Decretum, tempore Coronationis factum, cum suis singulis Articulis et Clausulis in suis vigoribus firmissime permaneat. 1472. *Art.* 15.

2. Qvod qvidqvid DD. Praelati etc. pari voluntate, et communi deliberatione usqve tempus Coronationis concluserint, teneamur literis efficacibus acceptare, qvodqve semper observabimus. 1490. §. 18.

3. Cuncti Reges, usqve in praesens tempus, Sacro priusqvam Diademate coronarentur, super observando Decreto, ac Constitutionibus D. Andreae Regis Praelatis etc. Regni hujus juramentum praestare consveverunt. *P. II. T.* 14. §. 12.

4. Qvod universi DD. Praelati etc. demisse rogaverunt, ut nos infrascriptos Articulos confirmare dignaremur. 1638. *Art.* 1. §. 1.

5. Qvod universi DD. Praelati etc. demisse rogaverunt, ut nos infrascriptos Articulos confirmare dignaremur. 1659. *Art.* 1. §. 1.

6. Posteaqvam universis Statibus et Ordinibus Conventum, seu Diaetam indixissemus, fideles nostri universi DD. Praelati etc. suppli-

caverunt Majestati nostrae, ut infrascriptos Articulos acceptare, et confirmare dignaremur. 1715. *Art.* 2. §. *Dipl. Inaug. Exord.*

7. Universi Praelati etc. desiderio auspicandae felicissimae Inaugurationis nostrae ducti, supplicaverunt, ut omnino ante faustissimam Coronationem nostram infrascriptos Articulos confirmare dignaremur. 1741. *Art.* 2. §. 1.

8. Fideles nostri universi DD. Praelati etc. supplicaverunt Majestati nostrae, ut infrascriptos Articulos confirmare dignaremur. 1791. *Art.* 2. *Exord. Dipl. Inaug.*

9. Fideles nostri universi DD. Praelati etc. supplicaverunt Majestati nostrae, ut infrascriptos Articulos confirmare dignaremur. 1792. *Art.* 2. *Exord. Dipl. Inaug.*

## SECTIO III.

### *Praelati cum ceteris Regnicolis et Rege leges condunt.*

1. Quia saluberrima statuta Regio honori, et statui Regnicolarum magno remedio proficientia, a praedictis venerabilibus Patribus, et ab Incolis totius Regni Hungariae, de legali consensu Domini Regis, et Baronum processerunt, prout in superioribus est expressum, pro — concessa debitam reperiant firmitatem, Dominus Rex, et Regni Barones sigilla sua ad instar Sigilli Praelatorum huic Chartae statutorum apposuerunt. 1298. *Art.* 44.

2. De Inqvisitionibus in factis potentiae, et aliorum similium fiendis, per Praelatos et Barones taliter est decretum. 1298. *Art.* 45.

3. Una cum Praelatis, Baronibus, et Regni nostri potioribus Proceribus decrevimus. 1405. *I. Art.* 17.

4. Reqvisito super eo Praelatorum, Baronum, Procerumqve nostrorum consilio. 1405. *I. Art.* 18. §. 1.

5. Similiter statuimus sanctiendo, habito tamen superinde Praelatorum, Baronum, ac Procerum Consilio, et deliberatione praematura. 1405. *Art.* 20.

6. Celebrato Praelatorum, Baronum, Procerumqve nostrorum Conventu, de ipsorum consilio, authoritate et consensu, maturaqve discussione praehabita. 1405. *II. Exord.* §. 2.

7. Primitus, et primarie una cum Praelatis, Baronibus, potioribusqve Regni nostri Proceribus sanctientes et stabilientes. 1405. *II. Exord.* §. 5.

8. Cum Praelatis et Baronibus nostris dirimendas. 1405. *II. Art.* 12. §. 2.

9. Cum nos, una cum Praelatis et Baronibus nostris, hujusmodi Decretum, perpetuo duraturum, duximus instituendum, 1411. *Exord.* §. 1.

10. Conclusum est, ac Statutum per nostram Majestatem cum Praelatis et Baronibus. 1435. *I. Art.* 2.

11. Per Majestatem nostram de Consilio Praelatorum et Baronum nostrorum, qvid agendum sit, deliberetur. 1435. *I. Art.* 7. §. 2.

12. Una cum fidelibus nostris, Praelatis videlicet, Baronibus ejusdem Regni nostri ad nostram Majestatem confluentibus, certam Conventionem Nobilium convocari fecissemus. 1435. *II. Exord.* §. 2.

13. Tandem ipsorum Congregatione adunata, de eorumdem Praelatorum etc. unanimi consilio, deliberatione et consensu, Constitutiones, statuta et leges, in perpetuum duraturas, et immutabiliter observandas, disposui-

mus, decrevimus, et duximus ordinandas. 1405. *II. Exord* §. 3.

14. Sicuti etiam in Decreto Majori condam Domini Sigismundi Imperatoris, alias Posonii (1435 11.) de unanimi Praelatorum et Baronum ac Procerum hujus Regni nostri Nobilium consilio, assensuqve, et voluntate edito, aperte continetur. 1439. *Art.* 29.

15. Generali Congregatione promulgata, convenit Praelatorum, Baronum etc. multitudo, qvibus per plures dies in tractatibus ressidentibus, tandem una nobiscum, ad infrascriptos Articulos firmissime sub poenis infrascriptis observandos, devenerunt. 1444. *Exord.*

16. Nos universi Praelati, Barones etc. subscriptas dispositiones effective observandas, in hac generali nostra Congregatione duximus provide ordinandas. 1445. *Exord.*

17. Dominus noster Rex ea, qvae in Congregatione Praelatorum et Baronum, ac Regnicolarum deliberata fuerint, et conclusa, firmiter observabit. 1453. *Art.* 3. §. 2.

18. Damnum (*per exercituantes*) passus, valeat damna sua acqvirere jure mediante, secundum Decreta DD. Praelatorum et Baronum. 1454. *Art.* 8. §. 5.

19. Juxta Contenta dispositionum nostrarum, una cum dictis Praelatis, Baronibus, et electis hominibus per vos deputatis, in superioribus articulatim conscriptarum. 1454. *Art.* 16.

20. Juxta ordinationem Praelatorum, Baronum etc. pridem in generali Congregatione hic Budae factam, in Comitatu qvolibet judicium, et justitia celebrari teneatur. 1458. *Szilágy Art.* 3.

21. In omnibus Articulis, prius per Regiam Majestatem, et DD. Praelatos etc. editis, 1478. *Art.* 12.

22. Qvod nos cum DD. Praelatis etc. in praesenti Diaeta constitutis, super bono communi, et reformatione Status omnium, tam Spiritualium, qvam secularium personarum tractantes communi omnium eorumdem DD. Praelatorum etc. voluntate, in hos convenimus Articulos. 1481. *Exord.* §. 1.

23. Qvos Articulos, per nos, ac dictos Praelatos etc. de beneplacita omnium voluntate, et consensu, pro bono, tam spiritualium, qvam secularium confectos, ratificamus. 1481. *Concl.*

24. Communi Consilio, voluntate, et assensu DD. Praelatorum, Baronum etc. Statutum et sancitum est. 1486. *Art.* 53.

25. Statutum est ex communi omnium DD. Praelatorum, Baronum, et Regnicolarum consilio, et deliberatione. 1492. *Art.* 32.

26. Per ipsum D. Matthiam Regem, ac universos DD.. Praelatos etc. ordinatum fuerat. 1492. *Art.* 53.

27. Communi Consilio, voluntate et assensu DD. Praelatorum, Baronum, ceterorumqve Regnicolarum statutum est. 1492. *Art.* 72.

28. Universorum DD. Praelatorum etc. pari voto, et unanimi voluntate, statutum est. 1492. *Art.* 107.

29. Praeter Articulos, in praesenti Decreto peculiariter inscriptos DD. Praelati etc. alios plures, tam ratione Decimarum, qvam Ecclesiasticorum beneficiorum, et ceterorum negotiorum, in scriptis nostrae Majestati praesentarunt, sed qvia iidem DD. Praelati super hujusmodi Articulis, certis ex Causis, et rationibus, debitam, atqve perfectam deliberationem adpraesens facere neqviverunt, pro eo deliberationem, et finalem Conclusionem Articulo-

rum hujusmodi, ad futuram Diaetam de voluntate DD. Praelatorum etc. duximus prorogandam, eo modo ut praemissos Articulos coram nobis assumere, ac, sicuti nobis, ac iisdem DD. Praelatis etc. pro utilitate hujus Regni nostri commodius, utiliusqve videbitur, et fieri poterit, finaliter concludere, et approbare promittimus. 1492. *Concl* §. 4. *Seqq.*

30. Sigismundus Rex de Consilio DD. Praelatorum etc. per modum Generalis Decreti sanxerat. *P. II. T.* 14. §. 26.

31. Qvod cum nos Praelatorum etc. sana deliberatione decrevissemus. *Ibid.* §. 29.

32. Ex certa nostra Scientia, ac Praelatorum etc. Consilio donavimus. *Ibid.* §. 32.

33. Ex serie literarum DD. Praelatorum etc. anno qvadringentesimo qvadragesimo, supra millesinum, editarum, per me verbos tenus excerptis. *Ibid.* §. 42.

34. Tenorem cujusdam Privilegii DD. Praelatorum etc. confecti, inserere duxi. *Ibid.* §. 49.

35. Nos Praelati etc. memoriae commendamus. *Ibid.* §. 50.

36. Nos Praelati in praesenti Congregatione nostra Novizolii Constituti Decrevimus. 1542. *Noviz. Praef.*

37. Sacra Regia Majestas ea omnia, qvae DD. Praelati etc. in Conventu generali Novizolii celebrato, unanimi Sententia, votis, et suffragiis inter se concluserunt, ex Articulis, qvos ad Majestatem Suam transmiserunt, copiose intellexit. 1542. *Noviz. Resp.*

38. Ut liberae Civitates de omnibus mobilibus sexagesimam, de Colonis simili modo sexagesimam, de domibus et vineis etiam sexagesimam contribuerent, de qvo DD. Praelati etc. non parvam perturbationem coepissent,

supplicantes dictae liberae Civitates, ut eas, juxta tenorem DD. Praelatorum Conclusionum clementer conservare dignaremur; Majestas assentit, ut domus et vineae liberarum Civitatum qvoad sexagesimam sint exceptae. 1542. *Noviz. Resp.*

39. Omnium DD. Praelatorum etc. consensu decretum est. 1542. *Poson. Art.* 44. §. 1.

40. Sua Majestas intellexit ex Articulis fidelium suorum DD. Praelatorum etc. in Conventu Constitutiones et Decreta, per eosdem facta. 1545. *Resp. Exord.* Meminerint DD. Praelati etc. *Ibid.* §. 10.

## SECTIO IV.

### *Variae dispositiones in specie, qvas Praelati cum Rege, et reliqvis Regnicolis fecisse referuntur.*

1. Ante reversionem Suae Majestatis in Hungariam oportunum est per Praelatos *et Barones* etc. disponere et providere Comitatibus. *Sigism. Regestr.* 1433. *Art.* 18.

2. Omnia praemissa circa defensionem Regni descripta, relinqvuntur per Majestatem Regiam arbitrio et dispositioni Praelatorum et Baronum, et communitatum Regni, ut qvidqvid pro meliori Statu Regni disponendum videbitur, statuant, ordinent, et disponant. *Ibidem Art.* 25.

3. Licet in praecedentibus sufficienter per Majestatem Regiam sit tactum, qvo modo Sua Majestas vult per Praelatos, Barones et Regnicolas per expressum declarari, usqve qvem locum, et terminum communitatis Regnicolarum generalis exercitus, ingruente necessitate

teneatur proficisci, verum tamen, sicuti prius scriptum est, Regna Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Bosniae, Galliciae, Lodomeriae, et Bulgariae dudum ad Coronam, et Regnum Hungariae pertinuerunt. *Ibidem Art.* 26.

4. Mandat Sua Majestas per Praelatos, Barones, et Regnicolas suos, anteqvam Regnum Hungariae ingrediatur, plenissime informari, qvidqvid ab eisdem fuerit circa hanc materiam dispositum, ordinatum, declaratum, et conclusum. *Ibidem Art.* 27.

5. Qvemadmodum Praelati et Barones Regni Hungariae jam plures concitaverunt, et moverunt Regnicolas contra Hussitas, sic et nunc relinqvitur per Majestatem Regiam arbitrio eorumdem Praelatorum et Baronum, ut in levatione Regnicolarum contra Hussitas, faciant illud, qvod eis videbitur faciendum. *Ibid. Art.* 28.

6. Antiqvam Regni nostri Consvetudinem praesenti Edicto confirmantes, Praelatorum, Baronum, et Nobilium Regni nostri approbatione, communiter stabilimus, et ordinamus. 1435. *II. Art.* 24.

7, Qvantum de jure, et honore, eorumdemqve Praelatorum et Baronum, ac Regni Nobilium consilio et auxilio possumus. 1439. *Art.* 1.

8. Fidelibus nostris, universis Praelatis, Baronibus etc. 1454. *Exord.*

9. Fideles nostri, Praelati, Barones etc. congregati, super eo, qvaliter Imperatoris Turcorum invasio praestolanda, valeret tutius evitari, uniformem habentes tractatum, et deliberationem, 1454. *Exord.* §. 3.

10. Noverunt omnes DD. Praelati et Barones nostri, qvomodo, et qvaliter, propter indebitam Custodiam, et provisionem Sacrae Co-

ronae, ipsa Corona fuit ab hoc Regno alienata. 1464. *Art.* 2.

11. Supplicationibus Praelatorum etc. inclinati, praescriptos Articulos approbamus, decernentes una cum eisdem Praelatis. 1475. *Concl.*

12. Sana deliberatione Regiae Majestatis, Dominorumqve Praelatorum etc. praehabita, conclusum est, et determinatum. 1500. *Art.* 21.

## SECTIO V.

*Articuli in Diaetis conditi, in Epigraphis Constitutionibus praefixis post Exordium Diplomatis Confirmatorii, diserte adscribuntur etiam Praelatis.*

Articuli DD. Praelatorum, Baronum, Nobilium, aliorumqve Statuum et Ordinum Regni Hungariae, et Partium ei subjectarum in Generali eorum Conventu indicti unanimiter decreti et conclusi, 1572. 1575. 1578. 1588. 1595. 1596. 1597. 1598. 1599. 1600. 1601. 1602. 1603. 1604. 1608. 1609. 1613. 1618. 1619. 1622. 1625. 1630. 1635. 1638. 1647. 1649. 1655. 1659. 1662. 1681. 1687. 1715. 1723. 1729. 1741. 1751. 1765. 1791.

## SECTIO VI.

*Episcoporum nomina subscribuntur Diplomatibus Confirmatoriis Constitutionum Comitialium seqventium annorum.*

1222. 1351. 1384. 1405. I. 1405. II. 1464. 1486. 1492. 1495. 1498. 1500. 1504. 1508. Dipl. Inaug. 1514. 1608. *et deinceps omnibus.*

Item Diplomati Inaug. Assecuratorio Wladislai II. R. A. 1508. vide Vest. comitior. p. 455.

## SECTIO VII.

### *Praelati etc. Diaetam indixerunt, et ad Diaetam convocabantur.*

### ARTICULUS I.

*Praelati et Barones Comitia indixerunt.*

Post emanationem literarum Praelatorum, et Baronum, pridem Albae Regali, de, et super Conventione eorumdem, et Regnicolarum in praesentem Congregationem factam. 1445. *Art.* 12. *et* 19.

### ARTICULUS II.

*Rex Praelatis etc. Diaetam indixit, uti etiam in Exordio omnium Diplomatum Confirmationalium supra Tit. I. Sect. I. habetur.*

1. Generalem Diaetam celebrandam cunctis Praelatis etc. instituimus, ubi, una cum eisdem ad laudem imprimis Dei, et ejus genitricis Mariae, Sanctorumqve Regum, patronorum scilicet hujus Regni, et pro totius Regni bono in subscripta Capitula, pari et unanimi omnium voluntate, Consilio, et assensu concordavimus. 1486. *Exord.* Qvos qvidem Articulos, cum Suppradictis DD. Praelatis etc. de eorumdem DD. Praelatorum etc. Consilio, voluntate et assensu confirmamus in praesentem libellum conscriptos, de eorumdem DD. Praelatorum etc. voluntate et Consilio Secreti Sigilli nostri appensione fecimus communiri. 1486. *Concl.*

2. Placuit DD. Praelatis et Baronibus Regni, ut pro habendis tractatibus unam Diaetam, seu Conventionem generalem indiceremus. 1492. *Exord.*

3. Qvandocunqve Majestas Regia, qvocunqve arduo negotio Regni interveniente Diaetam indicere voluerit, singulos DD. Praelatos etc. convocare dignetur, qvorum commuui Consilio, qvid qvid pro utilitate et commodo Regni faciendum erit, decernat. 1495. *Art.* 26.

4. Qvod si Regia Majestas qvempiam Regnicolarum Nota infidelitatis condemnare voluerit, tunc universis DD. Praelatis etc. unam generalem Diaetam, ad certum terminum instituat. 1495. *Art.* 3. *P. II. T.* 75. §. 1.

5. Qvod a modo infra qvatuor annorum spacia, post sese immediate, conseqventerqve affutura, singulis annis Praelatis etc. Congregatio generalis indicatur, et celebretur. 1498. *Art.* 1.

6. Ut Comites et Vicecomites singulorum Comitatuum, indicto DD. Praelatis etc. generali Conventu, tam circa victualia, qvam alias merces, omnisqve generis Opifices, et Mechanicos, eas ineant rationes, per qvas omnium rerum pretium, laborumqve merces ad pristinam limitationem condescendat. 1625. *Art.* 40.

7. Ubi extraordinarius irruptionis hostilis casus emerserit, Status et Ordines non solum consultum, ast et necessarium esse statuerunt, ut Primas Regni, item Praelati etc. intra, et non extra Regnum convocentur. 1715. *Art.* 8.

ARTICULUS

## ARTICULUS III.

*Praelati etc. ad Diaetam etiam sub poenis comparere debent.*

1. Statuimus, ut omnes Praelati, qvos legitimum impedimentum non detinuerit, ad qvindenas B. Georgii in Racus, juxta danubium convenire teneantur. 1298. *Art.* 42.

2. Videtur Regiae Majestati, qvod DD. Praelati et Barones in unum locum, et ad certum terminum facerent generalem convocationem. 1433. *Regestr. Sigism. Art.* 1.

3. Ut cum sic deliberata eorum intentione, aliqvos ex iis instructos possint ad Congregationem Praelatorum, et Baronum destinare. 1433. *Regestr. Sigism. Art.* 10.

4. Qvod singulis annis ad festum Pentecostes omnes Praelati Barones, Magnates et Nobiles Regni, demptis Nobilibus, nullum Jobagionem aut minus qvam 20. Jobagiones habentibus, in eademqve die Gubernator ipse officium Gubernatoris, ceteriqve Barones et Consiliarii honorem et officia ipsorum deponent, tractantqve ibidem ulterius de factis Regni. 1447. *Art.* 45.

5. Si qvis DD. Praelatorum et Baronum hujus Regni incrementum regiminis Majestatis Regiae, salutemqve hujus patriae, et Nobilium suamqve propriam cupit, ad ipsam Diaetam libere venire poterit, se de vero membro hujus Regni declaraturus; verum tamen non cum externis gentibus, sed cum Incolis hujus Regni veniat. 1525. *Art.* 38.

## ARTICULUS IV.

### *Praelati etc. ad Diaetam debito tempore compareant.*

1. Qvia contingit pluries jam fieri, qvod qvando occurrentibus Regni negotiis admodum arduis, et communi omnium DD. Praelatorum et Baronum, Nobiliumqve Regni consilio tractandis, et concludendis, Majestas Regia, necessitate id svadente, universis ipsis DD. Praelatis, et Baronibus atqve Nobilibus Diaetam, seu Conventionem generalem ad certum diem indixit, tunc cunctis Nobilibus, pluribus etiam ex DD. Praelatis et Baronibus ad diem praefixum convenientibus certi DD. Praelati et Barones ita graves se exhibuerunt, qvod non ad ipsum diem praefixum, sed eo lapso, post 15. vel 20. dies venerunt, qvorum expectatio adeo fuit onerosa, qvod, consumtis expensis, Nobiles mediocres, et pauperes de ipsa Diaeta discedere coacti fuerint; qvapropter statutum est unanimi ipsorum DD. Praelatorum etc. consilio, et deliberatione: qvod deinceps, qvandocunqve generalem Regni Majestas Diaetam dictis DD. Praelatis etc. indixerit, tunc non venientes ad Diaetam praefixam, ultra qvatuor dies non exspectentur, alioqvin omnia per comparentes conclusa, pro rato habere teneantur. 1492. *Art.* 108.

2. Si qvis DD. Praelatorum etc. ad primum diem ipsius Congregationis venire, et illic infra qvindecim dies perseverare nollet, talis, si fuerit Praelatus vel Baro, in ducentis Marcis gravis ponderis, 800. florenos auri facientibus, per Regiam Majestatem irremissibiliter exigendis, condemnetur. 1498. *Art.* 1. §. 3.

3. Decernunt Status et Ordines, ut deinceps legati DD. Praelatorum etc. qvi Generalibus Regni Comitiis intersunt, per Comitatus pro solutione expensarum Nunciorum suorum, ad Diaetas ablegatorum, interim, donec iidem munere legationis in Diaetis funguntur, ad nullius taxae solutionem cogi possint. 1647. *Art.* 134.

4. Conclusum est, ut per Regales ad Diaetam invitati, habita cum DD. Archiepiscopis, qvoad personas Ecclesiasticas, sese absentantes, correspondentia; in Sclavonia vero, et Croatia habita, ibi qvoqve, qvoad personas Ecclesiasticas cum D. Zagrabiensi Episcopo, correspondentia, in dupla convicti sint de facto. 1662. *Art.* 53.

5. Statutum est: ut Ablegati ad Diaetam sua Diurna praetendere, et Comitatus ad exsolutionem eorumdem, inclusis DD. Praelatorum etc. bonis, qvi nec per se, nec per Ablegatos ad Diaetam comparuerunt, conscientiose limitare valeant. 1715. *Art.* 47.

6. Praelati ad generalia Comitia juxta Art. 1. A, 1608. P. C. vocati, mature comparere, et ad Diaetae usqve conclusionem sub poena legali interesse teneantur. 1723. *Art.* 7. §. 2. 7.

## ARTICULUS V.

### *Qvi Ecclesiastici in Diaeta locum habeant.*

1. Qvia Oppidorum Modor, S. Georgii et Bozin mentio fit, utrum nimirum ipsi inter Praelatos etc. assidere, votaqve sua habere possint, pro ulteriori deliberatione et resolutione Suae Majestatis, ac Statuum et Ordinum Regni ad proxime futuram Diaetam horum qvo-

qve totum negotium rejicitur. 1606. *Pacif. Vien. ad* 5. §. 6.

2. Nomine Capituli Praepositus una cum Capitulo, inter Regnicolas unam, et conjunctam vocem habeat, Praepositi, qvi nulli immediate Episcopatui subjacent, sed absoluta suae Praeposituræ connexa habent Capitula et Conventus, ii etiam a suis Capitulis et Conventibus non disjungantur, sed pariter unice conjunctam vocem habeant. Deniqve, si qvi Praepositorum et Abbatum infulatorum, et privilegiatorum essent, qvi sua jura possessionaria Praepositurarum et Abbatiarum in Regno haberent, iisqve potirentur, ii qvoqve sub nomine Statuum, et Ordinum Regni comprehensi, vocem suam inter Regnicolas, juxta Constitutiones Viennenses habeant. Sic Generali qvoqve Ordinis divi Pauli Primi Eremitae, una vox conceditur. 1608. *P. C. Art.* 1. §. 4—7.

3. Praelatorum Statum hunc esse volunt, ut qvicunqve Episcoporum Capitulum suum cum Praeposito suo sub sua jurisdictione Episcopali, aut loca residentiae suae habuerit, ex tunc idem Episcopus in Conventu DD. Praelatorum, et Baronum pro sua persona propria locum et vocem habeat. 1608. *P. C. Art.* 1.

4. Ob certos, eosqve rationabiles respectus Status et Ordines unanimiter concludunt, ut imposterum futuris semper temporibus Praepositus Zagrabiensis pro tempore existens, peculiaribus literis Regalibus vocetur ad Comitia, et inter Magnates locum et vocem habeat. 1625. *Art.* 61.

5. Ex qvo sacer ordo Canonicorum Regularium Praemonstratensium olim in Regno hocce Apostolico gloriosissimus, et victricibus Caesareo Regiis armis e faucibus Turcarum ere-

pto, florentissimus, postliminii jure novellas plantationes, in eximium Regni et sui Ordinis incrementum, denuo radicare coepisset; hinc Venerabili Vincentio Walner moderno Abbati Lucensi, et Praeposito S. Stephani de Promontorio Varadiensi, qva per dictum Regnum Hungariae perpetuo sui Ordinis Vicario Generali, actualiter possessionato, ejusdemqve legitimis in Officio Generalis Vicarii, et simul dictae Praepositurae Successoribus; inter DD. Praelatos, Barones et Magnates Sessio cum voto indulta est et admissa. 1715. *Art.* 73.

6. Statutum praeterea est, ut Patres Societatis Jesu, veluti articulariter jam dudum recepti, et per suam Majestatem Sacratissimam ad hanc etiam Diaetam Regalibus invitati, sessionem cum voto inter Status et Ordines, qva bonorum ad Abbatias et Praeposituras pertinentium, actuales possessores, nomine collectivo duo nativi tantum, iiqve usqve ad tempus duntaxat possessionis ejusmodi beneficiorum, ad sessionem admittantur. 1715. *Art.* 73. §. 1.

7. Ut Religiosi Ordines Fratrum Camaldulensium, et SS. Trinitatis de redemtione captivorum, nec non Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei de Scholis Piis, in Regnum istud Hungariae et Partes eidem annexas, voto tamen et sessione absqve omni, pro receptis, ac stabilitis habeantur. 1715. *Art.* 102. §. 1.

8. Ut Ordo crucigerorum Hospitalarium cum Rubea stella in Regnum istud, et Partes eidem annexas, voto tamen, et sessione absqve omni, pro recepto, et stabilito habeatur. 1723. *Art.* 96. §. 2. Religiosum Ordinem Patrum et Fratrum Augustinianorum Eremitarum Status et Ordines Regni in hocce Regnum Hungariae Par-

tesqve eidem annexas, absqve tamen omni voto et Sessione recipiunt. 1729. *Art.* 50. Florentem olim etiam in hoc Regno Hungariae Religiosum Fratrum Praedicatorum S. Dominici Ordinem Status et Ordines Regni in Regnum hocce Hungariae, partesqve eidem annexas, absqve tamen omni voto et Sessione recipiunt. 1741. *Art.* 65. Religiosum Ordinem minorum S. Patris Francisci Seraphici Conventualium Provinciae a S. Elisabeth Status et Ordines, absqve tamen omni voto et Sessione, pro recepto declarant. 1765. *Art.* 42.

## ARTICULUS VI.

### *Ordo Praelatorum et Ecclesiasticorum in Diaeta.*

1. Ex qvo in Art. 108. non apparet, qvalis modus et Ordo debeat observari inter Regiam Majestatem, ac DD. Praelatos etc. ad Diaetam confluentes; imo, ut plurimum, dum ipsi DD. Praelati etc. conveniunt, totam diem solis verbis conterunt; qvare ordinatum est: ut dum aliqvam Diaetam per Majestatem Regiam celebrari contingat, Majestas Sua, convocatis primum DD. Praelatis etc. cuiqve ipsorum juxta honoris et dignitatis, ac Status condecentiam, locum honorificum deputando, ante omnia Causas, rationes et necessitates suas et Regni, propter qvas ipsam Diaetam fieri instituit, eisdem DD. Praelatis etc. proponat. Regia autem Majestas, dum aliqvam Diaetam instituere voluerit, dignetur ante spatium unius integri mensis DD. Praelatis etc. terminum ipsius Diaetae per literas suas significare. 1495. *Art.* 25.

2. Ratione Diaetalium Sessionum in domo DD. Magnatum et Procerum Regni, Venera-

bilis Cleri Sessione inter, eundem mutuo, et competenter ad partem accomodata existente. 1687. *Art.* 10.

### ARTICULUS VI.

*De hospitiis Praelatorum etc. Diaetalibus.*

Praesertim in interiori Civitate Major pars DD. Praelatis, Baronibus Magnatibus, et aliis, qvibus interest, in hospitia distribuantur. 1647. *Art.* 123. §. 3.

## SECTIO VIII.

*Praelati cum Regnicolis varia negotia tractarunt.*

### ARTICULUS I.

*Comitatus ad Praelatos et Barones congregatos mittant Deputatos.*

Videretur Majestati Regiae, qvod Nobiles possessionati cujuslibet Comitatus congregarentur, et de qvolibet Comitatu certi Nobiles, idonei viri eligerentur, qvos de totali intentione eorum plene informatos, ad Praelatos, et Barones Regni congregatos, pro facienda in omnibus conclusione futuris semper temporibus destinarent. 1433. *Art.* 23. *Sigism. Regestr.*

### ARTICULUS II.

*Valor Monetae sine Consilio Praelatorum etc. non mutetur per Regem.*

Monetam auri et argenti in valore, et cursu, qvibus pro nunc existit, sine consilio Praelatorum, Baronum et Regni Nobilium non immutabimus. 1439. *Art.* 10.

## ARTICULUS III.

*Cum Consilio Praelatorum etc. Rex filias emaritet.*

De maritatione filiarum nostrarum agemus cum Consilio Praelatorum et Baronum, ac Regni nostri Hungariae Nobilium. 1439. *Art.* 20.

## ARTICULUS IV.

*De metis Regni Rex cum Praelatis tractat.*

De metis et graniciebus inter Hungariam, et Moraviam qvidqvid de consilio Praelatorum, Baronum, et Regni Nobilium de jure facere debemus, libenter faciemus. 1439. *Art.* 17.

## ARTICULUS V.

*Praelati et Barones in Diaeta tractarunt de unione animorum.*

1. Qvod cum Universitate DD. Praelatorum et Baronum etc. pari consensu ad Articulos infrascriptos concordarunt. 1446. *Exord.*

2. Nos Praelati etc. juxta Majestatis Regiae piam admonitionem, rejectis omnibus odiis, simultatibus ac discordiis intestinis, qvibus Regnum hoc ab obitu qvondam Serenissimi Principis Domini Ludovici Regis usqve ad hoc tempus, perniciosissima divisione distractum, peneqve desolatum, in unionem Christianam venire, et invicem reconciliare volentes, unanimiter decernimus. 1542. *Noviz. Exord.*

## ARTICULUS VI.

*Barones Officiolatus Praelatis etc. pro arbitrio distribuendos stante Diaeta resignant.*

Qvod omnes DD. Barones Honores et Officiolatus eorum, qvos habent, in praesenti

Congregatione deponent, manibusqve, et dispositioni, ac distributioni aliorum DD. Praelatorum, Baronum et Regnicolarum assignabunt. 1446. *Art.* 3.

## ARTICULUS VII.

*Revisio teloniorum siccorum referatur in Diaeta coram Rege, Praelatis etc.*

In singulis Comitatibus eligantur, qvi subscripto juramento de numero, modo, et qvalitate exactionis tributorum inqvisitionem in Registro subscribant, et ad futuram Congregationem generalem coram Regia Majestate, nec non DD. Praelatis etc. praesentare teneantur, ut his visis provideatur, qvid pro utilitate publica melius erit faciendum. 1498. *Art.* 74.

## ARTICULUS VIII.

*Rectificatio proventuum Regiorum differatur ad Conventionem Praelatorum etc. Bachiae*

Super rectificatione proventuum Regiae Majestatis, reformatione fodinarum etc. declaratio ad interessentiam universorum DD. Praelatorum etc. dum Bachiae in unum convenient, prorogata est. 1518. *Toln. Art.* 17.

## ARTICULUS IX.

*Praelati etc. in Diaeta concludunt.*

Universi DD. Praelati etc. in praesenti Diaeta generali festi B. Georgii M. in Campo Rákos celebrata, unanimi consensu concluserunt. 1526. *Art.* 1.

## ARTICULUS X.

*Literae Assecuratoriae Bohemis datae sunt etiam per Praelatos.*

Franciscus Forgach de Ghymes Nitriensis, Lociqve ejusdem Comes Perpetuus, et per Regnum Hungariae Cancellarius, Demetrius Napragy Veszprimiensis, et Loci ejusdem Comes, Petrus Redovitius Vaciensis, Valentinus Lépes Tinniniensis Ecclesiarum Episcopi. 1606. *Exord.*

## ARTICULUS XI.

*Praelati munera occasione Diaetarum nec dent, nec accipiant.*

Munera occasione Diaetalium negotiorum, nec Praelatis aut Baronibus, nec aliis Regnicolis dare, vel accipere liceat, et tam dantes, qvam accipientes, comperta rei veritate in poena infamiae convinci possint. 1649. *Art.* 44.

## ARTICULUS XII.

*Rex sine Praelatorum et Baronum Consilio neminem in Nota condemnet.*

1. Regia Majestas neminem Regnicolarum sine Praelatorum et Baronum consilio nota, sive crimine infidelitatis damnare valeat. 1492. *Art.* 13.

2. DD. Praelati etc. communibus votis, et suffragiis, antiqvata, et obliterata omni, qvalibet praefatae sententiae, ac Notae infidelitatis noxa et vinculo, Georgium Debreczeny, in pristinum suum consortium, et caetum receperunt, et adnumerarunt. 1593. *Art.* 22. §. 2.

## ARTICULUS XIII.

*Praelati etc. Regi pro necessitatibus Subsidium in Diaeta obtulerunt.*

1. Dum exposuissemus Causam suscepti belli contra hereticos, Praelatis etc. ibidem convenientibus. 1468. *Exord. Dipl. Assecur. in Vestig. Comitior. p. 578.*

2. Qvod cum in praesenti Diaeta, seu Conventu, Praelati Barones etc. totum Regnum representantes, nobiscum convenissent, obtulerunt ultro de singulis Portis unum florenum auri, etiam a bonis omnium Praelatorum etc. Cum eisdem Praelatis etc. matura prius deliberatione praehabita, ordinavimus. 1470. *Exord.*

3. In Diaeta festi B. Georgii M. DD. Praelati et Barones, ad provisionem, conservationem, et reparationem Castrorum finitimorum, nec non ad Banderii Regalis erectionem, ad subsidium medii floreni Regiae Majestati obtulerunt per istum unum annum exsolvendum. 1518. *Exord. vid. suppl. ad Vest. Comit.*

4. Ut melius possit confinibus, et Regni necessitatibus, et defensioni subveniri, obtulerunt DD. Praelati etc. se de singulis Jobagionum suorum Portis singulos qvinqvaginta denarios bonae monetae, incluso lucro Camerae ad festum beati Martini proxime venturum daturos. 1526. *Art. 39.*

# SECTIO IX.

*Praelati cavent pro Rege Matthia I. qvod inconsvetas taxas exigere nolit.*

1. Dionysius Cardinalis Archiepiscopus Ecclesiae Strigoniensis summus Cancellarius Re-

gius, Stephanus Archiepiscopus Colocensis, Lociqve ejusdem Comes Perpetuus, Ladislaus Agriensis, Johannes Varadiensis, Albertus Vesprimiensis, Lociqve ejusdem Comes perpetuus; Augustinus Jaurinensis, Lociqve ejusdem Comes Perpetuus, Johannes Qvinqve Ecclesiensis, et Urbanus Sirmiensis Ecclesiarum Episcopi, Nicolaus Bodo Praepositus Ecclesiae Albensis Secretarius Cancellarius Regius. 1462. *Assecuratoriae Praelatorum et Baronum.*

2. Stephanus Cardinalis Ecclesiarum Colocensis et Bachiensis, Joannes Strigoniensis Apostolicae Sedis Legatus Natus, Archiepiscopi; Joannes Agriensis, alter Joannes Qvinqve Ecclesiensis, Albertus Vesprimiensis, Demetrius Jaurinensis, Vincentius Vaciensis, Joannes Chanadiensis Ecclesiarum Archi-Episcopi. 1468. *vide Vestig. Comitior. p.* 380.

3. Stephanus Cardinalis Archiepiscopus Colocensis, Joannes Agriensis, alter Joannes Qvinqve Ecclesiensis, Albertus Veszprimiensis Ecclesiarum Episcopi. 1470. *Ibidem p.* 390.

4. Nos, et ipsi Praelati, Barones, ceteriqve Nobiles et Proceres dicti Regni nostri, spondemus, et fide nostra Christiana praestita, etiam cum nostri, et ipsorum Praelatorum et Baronum sigillorum impressionis roboratione promittimus, et pollicemur, qvod a modo, et deinceps nullo unqvam tempore talem inconsvetam exercituationem promulgabimus, et faciemus, neqve ipsi facient, et promulgabunt, sed tam nos, qvam ipsi Praelati, Barones et Proceres Regni nostri penes dictam antiqvam consvetudinem exercituationis semper permanebimus, et ipsi permanebunt. 1454. *Art.* 14.

TITULUS

# TITULUS III.

## *Praelatorum in Comitiis, et in Consequentiam eorum variae functiones.*

## SECTIO I.

## *Praelatorum in ipsis Comitiis activitas et functiones.*

### ARTICULUS. I.

*Praelati ad electionem Regum concurrerunt.*

1. Regium solium ornat Ordo Pontificum, sine enim illis non constituuntur Reges, nec Principatus. *S. Steph. Decr. L. I. Cap.* 3.

2. Si Dominum Regem qvocunqve tempore decedere contingat, ex tunc DD. Praelati et Barones in electione novi Regis dispares esse non debent, sed de singulis Comitatibus certos Nobiles convocare facientes, cum eisdem unanimiter faciant electionem. 1447. *Art.* 45.

3. DD. Praelati et Barones etc. ad qvos scilicet jus eligendi novum Regem ex vetustissima Regni ipsius libertate, et consvetudine devolutum exstiterat, nos in Regem elegerunt, ac missis nobis obviam, de eorum medio, nonnullis Praelatis, et Baronibus, in ipsum Regnum introduxerunt. 1490. §. 1.

4. In praesenti Diaeta, seu Conventione generali, pro vigesima die festi B. Georgii Martyris, per nos celebrata, universis DD. Praelatis etc. exposuissemus, iidem DD. Praelati etc. nostrae petitioni et desiderio *(Coronandi filium Ludovicum)* benevole accesserunt. 1508. *Wladisl. II. R. Dipl. Inaug. Assecurator. in Vestig. Comitior. p.* 456.

5. Qvod posteaquam universi DD. Praelati etc. nos in Regem atqve Dominum ipsorum, juxta antiqvam consvetudinem et libertatem eorumdem semper observatam, paribus votis, et unanimi consensu, rite, et libere eligerent, proclamarent, coronarent. 1638. *Art.* 1. §. 1. *Dipl. Inaug.*

6. Qvod posteaqvam universi DD. Praelati etc. a Sua Majestate obtinuissent, ut nos in Regem, atqve Dominum ipsorum, juxta antiqvam consvetudinem et libertatem eorumdem semper observatam, paribus votis, et unanimi consensu rite, et libere eligerent, proclamarent, invocatoqve demum Numinis divini auxilio feliciter coronarent. 1647. *Ferd. IV. Dipl. Inaug. Exord. vide suppl. ad Vest. Comit.*

7. Qvod posteaqvam universi DD. Praelati etc. nos in Regem atqve dominum ipsorum, juxta antiqvam consvetudinem, et libertatem eorumdem semper observatam, paribus votis, et unanimi consensu rite, et libere eligerent. 1659. *Art.* 1. §. 1. *Dipl. Inaug.*

8. Qvod posteaqvam universi DD. Praelati etc. a Sua Sacratissima Caesarea Regiaqve Majestate obtinuissent, ut adhuc in vita Majestatis Suae nos in hereditarium Regem, atqve Dominum ipsorum unanimiter, et faustis acclamationibus rite coronarent. 1687. *Josephi I. Dipl. Inaug. vide suppl. ad Vest. Comitior.*

## ARTICULUS II.

*Praelati cum Regnicolis Gubernatorem Regni elegerunt.*

Qvod cum Universitate DD. Praelatorum etc. coadunata, post multos habitos labores, universi DD. Praelati etc. unanimi, et pari

omnium voto et consensu nos, licet immeritos, ad onus hujusmodi Gubernatoris elegerint, idemqve humeris nostris imposuerint exercendum. 1446. *Art.* 5. Cumqve juxta vires nostras, paratum serviendi animum, sicut ipsis DD. Praelatis et Baronibus placuit, voluissemus. *Ibid.*

## ARTICULUS. III.

### *Ex Consilio et voluntate Praelatorum etc. Palatinus eligitur*

1. Regia Majestas Palatinum Regni, antiqva consvetudine ipsius Regni reqvirente, ex Consilio Praelatorum ac Baronum, et Regni Nobilium pari voluntate eligat. 1439. *Art.* 2.

2. Regia Majestas Palatinum ex Consilio Praelatorum et Baronum, et Regni Nobilium pari voluntate eligat. 1492. *Art.* 33.

3. Electio Palatini per Majestatem Regiam et DD. Praelatos etc. juxta formam Decreti, communiter fieri debet, 1526. *Art.* 2.

## ARTICULUS IV.

### *Praelati etc. electionem Locumtenentis Palatinalis ratam habent.*

Cum Sacra Caesarea et Regia Majestas Michaelem de Mera in Locumtenentem Palatinalem eligere, illiusqve electionem partim jam antea, datis ad omnes Regni Comitatus literis suis, partim vero in praesenti ista Diaeta declarare dignata sit, Praelati etc. electionem istam, antea per literas, et nunc in Conventu isto etiam a Sua Majestate factam, administrationem praeterea ejusmodi officii pari consensu ratam, et acceptam habent, literasqve omnes, a die publicationis suae praefatae, sub

ejusdem sigillo emanatas, tamqvam legitimas, ab omnibus observari judicant atqve determinant. 1563. *Art.* 65.

## ARTICULUS V.

*Praelati eligunt Conservatores S. Coronae.*

Ad Conservationem Sacrae Coronae Regni semper de DD. Secularibus duo fideles, et non plures, per Regiam Majestatem, ac universos DD. Praelatos etc. eligantur. 1500. *Art.* 23.

## ARTICULUS. VI.

*Praelati etc. exteros in Indigenas recipiunt.*

1. DD. Praelati etc. Joannem Rueber, et D. Poppel in veros Hungaros solenniter creant, et pronunciant. 1572. *I. Art.* 10. §. 1. 2.

2. Majestas Sua Caesarea DD. Praelatos etc. reqvisivit, ut Albertum Laszky in numerum, et caetum Hungarorum annumerarent. 1575. *Art.* 18.

3. DD. Praelati etc. ad diligentem Majestatis Suae commendationem, Christophorum, Eustachium, Wolfgangum, et Wilhelmum, ab Althan in numerum, et consortium suum acceptarunt. 1578. *Art.* 36.

4. DD. Praelati etc. ad benignam Majestatis Suae reqvisitionem et commendationem Adamum de Waldstein, ac Joannem Jacobum Kisl in Incolam, et membrum Regni sui Hungariae receperunt, et cooptaverunt. 1635. *Art.* 93.

5. Ad extremum DD. Praelati etc. Illustres etc. in numerum, et consortium suum receperunt, et pro veris Hungariae membris habendos decreverunt. 1647. *Art.* 155.

TITULUS

# TITULUS IV.

*Praelati in Judiciis.*

## SECTIO I.

*Praelati Judiciis intersint.*

### ARTICULUS I.

*Praelati in solennizatione S. Stephani Albae interesse debebant.*

Praelati Ecclesiarum, et Archiepiscopi, et Episcopi, ad pauperum qverimoniam audiendam, et infractae forte libertatis confirmationem, nisi canonica forte praepeditione fuerint impediti, teneantur interesse. 1231. Art. 2.

### ARTICULUS II.

*Praelati judicio contra rebelles intersint.*

Ubi aliqvis eorum contra nostram Majestatem rebellizare niteretur, tunc nos tamen cum Praelatis et Baronibus nostris, qvi tunc temporis de consilio nostro fuerint simul, agnitis suis demeritis, punire talem valeamus. *Sigism. Gratia.* 1403. §. 16.

### ARTICULUS III.

*Praelati assistant Gubernatori in Judiciis et Consilio.*

1. Stabunt cum eodem tempore celebrationis Judicii Octavarum duo Praelati Ecclesiastici, et duo Barones Seculares una cum Palatino,

et Judice Curiae, ac Sex Nobilibus ad id deputandi, medio autem tempore unus Praelatus, et unus Baro, et duo Nobiles cum eodem, cum qvibus qverelas et necessitates audiet Regnicolarum, ultra autem hoc Consiliarios de Praelatis Baronibus, et Nobilibus hujus Regni Incolis tot et tantos, qvot, et qvanti sibi necessarii videbuntur, pro, et penes se conservare, consiliumqve reqvirere ab eisdem. 1446. *Art.* 7.

2. Unus Prothonotarius, vel duo absqve Praelatis vel hominibus, qvos iidem in ipsorum personis deputaverint, causas hujusmodi Evocationum adjudicare non possint, neqve valeant. 1463. *Art.* 23.

## ARTICULUS IV.

*Judicia nonnisi consilio Praelatorum etc. celebrentur.*

Praeteritis istis annis hujusmodi Congregationes generales non aliter nisi Consilio DD. Praelatorum etc. celebrentur. 1478. *Art.* 7. §. 3.

## ARTICULUS V.

*Praelati et Barones intersint judiciis.*

Qvia est firmius judicium, qvod plurium Sententiis roboratur, interesse debent judicio hujusmodi Causarum Praelati et Barones, qvi tunc in Curia DD. Regis fuerint constituti. 1462. *Art.* 1. §. 10.

## ARTICULUS VI.

*Qvot et qvales Praelati Judiciis interesse debeant.*

1. Ad exercenda judicia temporalia ita semper ab antiqvo fuit observatum: ultra vi-

delicet et ordinarios Judices, eorumqve Vices gerentes, et Protonotarios, ac duos homines Domini Strigoniensis etiam ultra praesentiam Praelatorum et Baronum, si qvi aderunt, prout etiam in Articulis 1545. super his statutum late exstat. 1557. *Art.* 13.

2. Judices et Assessores, qvemadmodum etiam Praelati et Barones, tam Judiciis, qvam revisionibus Appellationum, ad reqvisitionem Locumtenentis eodem intersint numero, modo et ordine, qvi in proxime praeteriti Conventus Articulis anno 1559. celebrato, habetur expressus. 1563. *Art.* 24. §. 6.

## ARTICULUS VII.

*Praelati et Barones querimonias contra Castra non diruta cum Rege discusserunt.*

Omnia Castra in detrimentum Comitatuum constructa, super qvibus per Nobiles talium Comitatuum nobis, Praelatisqve et Baronibus nostris qverimonia, seu mentio specialis, ac superinde inqvisitio fieret veritatis, diruantur. 1472. *Art.* 2.

## ARTICULUS VIII.

*Judicia praeteriti biennii in facto possessionum referantur in praesentiam Praelatorum etc.*

Qvod judicia in facto possessionum, infra revolutionem duorum annorum praeteritorum facta, reportantur ad Octavas in praesentiam DD. Praelatorum etc. ad discussionem et revisionem. 1478. *Art.* 11. §. 1.

## ARTICULUS IX.

*Rex tres ex Praelatis ad Judicia Octavalia deputet.*

Qvod tempore celebrationis Octavarum Majestas Regia ex Officio suo teneatur tres ex DD. Praelatis etc. pro coassessoribus eligere, et illis, secundum Status exigentiam de salario condigno providere. 1495. *Art.* 8.

## ARTICULUS X.

*Ad Judicia etiam ex Praelatis duo eligantur.*

In Judiciis tam majoribus, qvam brevibus, ultra Judices Ordinarios, etiam ex DD. Praelatis duo etc. per Regiam Majestatem et Regnum eligantur, qvi semper in Judiciis decernendis interesse debeant; DD. autem Praelatis electis ceteri DD. Praelati de ipsorum salariis providere teneantur. 1498. *Art.* 2. §. 5. 7.

## ARTICULUS XI.

*De electione, numero, mutatione, et provisione Praelatorum in Judiciis.*

Ultra Sedecim Juratos Assessores, judiciis interesse debentes ex DD. Praelatis qvatuor per Regiam Majestatem eligantur, qvi in Octavis magnis interesse teneantur, et Budae alternatis vicibus Consvetudines, et jura Regni conscribi facere, et ad Congregationes generales coram Regia Majestate, ac DD. Praelatis etc. praesentare, ubi, si qvae earumdem Regiae Majestati, ac DD. Praelatis etc. rationabiles videbuntur, approbentur. De Salario eorumdem DD. Praelatorum et Baronum, ce-

teri DD. Praelati, et Barones providere tenebuntnr, qvi singulo tertio anno in Congregationibus Regnicolarum mutari debent, ut, si qvi illorum Regiae Majestati, ac DD. Praelatis etc. idonei videbuntur, rursus eligi valeant. Ceteri insuper DD. Praelati et Barones, alias in Consilio Regiae Majestatis residentes, more alias consveto, in Consilium Suae Majestatis semper admittantur. 1500. *Art.* 10.

## ARTICULUS XII.

*Praelati et Barones qvot, et qvi Judiciis intersint ultra Judices ordinarios.*

Qvoniam in omnium judiciorum generalium literis Adjudicatoriis et Sententionalibus mentio fieri solet praesentiae in Judiciis Praelatorum et Baronum; neqvis propterea futuris temporibus causari possit, sedem ipsam Judiciariam, absentibus ab ea Praelatis et Baronibus non fuisse plenam, et integram, eoqve praetextu latas qvoqve finaliter sententias qveat invalidare, Statutum est: ut imposterum omni diligentia curetur, ut deinceps Judiciis ultra Judices Regni ordinarios continuo, et sine exceptione intersint duo Praelati, et totidem Barones, vel adminus unus ex Praelatis, et unus ex Baronibus. Et ex Praelatis qvidem visi sunt RR. DD. Jauriensis et Transylvaniensis moderni Episcopi, sin autem arduis et rationalibus aliqvibus causis praepediti, aliqvando interesse non possint, alii in absentium locum substituantur. Qvia tamen DD. Palatinus et Locumtenens Sacrae Majestatis Suae in revidendis appellationibus necessario aliqvos ex DD. Praelatis et Baronibus secum habere debet; constitutum est: ut juxta proximorum

Conventuum Constitutiones, bini ex Praelatis, et totidem ex Baronibus, non tamen illi, qvi, ut supra dictum est, judiciis intererunt, appellationum ipsarum revisioni interesse debeant. 1559. *Art.* 38.

## ARTICULUS XIII.

*Praelati Judiciis appellatoriis intersint.*

Si in tanta penuria Praelatorum et Baronum, tales ibi interesse non poterunt, nihilominus tamen in revidendis appellationibus omnino necessarium est, ut duo adminus Praelati interesse debeant. 1563. *Art.* 23. §. 9.

## ARTICULUS XIV.

*Praelati duo ad Judicia Appellationum in Tabula Septemvirali constituantur.*

1.) Appellationum revisiones tum in Tabula Regia, tum etiam Septemvirali, ad qvam ultra Praelatos et Barones Regni, etiam alii Jurisperiti, una cum Praelatis juramento adjustitiae administrationem obstringendi adhibeantur, celebrentur. 1715. *Art.* 24.

2.) Benigne admittit Sua Majestas Sacratissima, ut ad Judicium Regium Septemvirale adhuc duo ex Praelatis, pari cum Septemviris voto, et Salario constituantur, ac ad administrationem justitae aeqvali juramento adstringantur. 1723. *Art.* 24.

3.) Sacra Regia Majestas ad demissam Statuum et Ordinum Regni instantiam clementer resolvit: qvod numerum Assessorum Regii Septemviralis Judicii, in Art. 24. A. 1723. denotatum, qvatuor adhuc personis, et una

qvidem ex Statu Praelatorum etc. augere dignabitur. 1741. *Art.* 24.

## ARTICULUS XV.

*De Substitutione Praelatorum loco absentium in Judiciis.*

1.) Eorum loco, qvi (Judiciis Octavalibus) interesse non poterunt, Regia Majestas alios ex DD. Praelatis et Baronibus substituere debeat, 1486. Art. 3. §. 2.

2.) Eorum loco, qvi interesse non poterunt, Regia Majestas alios ex Praelatis et Baronibus substituere debeat. 1492. *Art.* 40. §. 3.

## ARTICULUS XVI.

*Praelati etc. ad Judicia in Diaeta electi sunt.*

RR. D. Colocensis etc. ac Praelati etc. adjudicium et judicandum, nunc in praesenti Congregatione electi, vel saltem eorum media pars, semper in judicio, tam Octavarum, qvam brevium evocationum, interesse debeant, et eorum authoritate, et in praesentia, qvaelibet causa, saltem gravis diffiniri. 1478. *Art.* 12.

## ARTICULUS XVII.

*Praelati Officium Assessoris sub amissione Praelaturae suscipere debent.*

Qvicunqve Dominorum in Assessorem electus, officium ipsum in se levare, suscipereqve nollet; si fuerit Praelatus, in amissione Praelaturae condemnetur. 1507. *Art.* 4.

## ARTICULUS XVIII.

*Praelati Judiciis interesse debentes juramentum praestent.*

1. DD. Praelati, judicio interesse debentes, pariter cum Assessoribus debeant praestare juramentum in forma Sacramenti de Rákos, ad faciendum omnibus sine favore, vel odio judicium justum. 1498. *Art.* 4. §. 2.

2.) Appellationum revisiones tum in Tabula Regia, tum etiam Septemvirali ad qvam ultra Praelatos etiam alii Juris periti, juramento, una cum Praelatis ad justitiae administrationem similitudine Art. 4. Wladislai R. Decreti III. praevie obstringendi adhibeantur, celebrentur. 1715. *Art.* 24.

3. Praelati ad administrationem justitiae aeqvali juramento adstringantur. 1723. *Art.* 24. *Cf.* 1435. *II. Art.* 1. §. 1. 1486. *Art.* 73. §, 1. 1492. *Art.* 33. §. 1.

## ARTICULUS XIX.

*Judicia etiam in absentia Praelatorum, vel Baronum celebrentur.*

Licet in Superiorum annorum Conventibus constitutum fuerit, ut hujusmodi Judiciorum celebrationi semper duo ex Praelatis et totidem ex Baronibus, vel adminus singuli interresse debeant; qvia tamen propter ipsorum DD. Praelatorum, pariter et Baronum necessariam absentiam, qvae saepius ob eorum infirmitatem, et longinqvam distantiam, ac etiam paucitatem, evenire solet, non paucae aliqvoties contigerunt difficultates, propter qvas aliqvando celebrationem ipsam judiciorum

necessariam, a Judicibus etiam intermitti oportuit, cum maximo causantium damno; Statutum est: ut non obstante ipsorum Praelatorum vel Baronum absentia, judicia nihilominus per Judices Regni ordinarios, Magistrosqve Pronototarios, et Juratos Sedis Assessores celebrentur. 1566. *Art.* 22.

## SECTIO II.

### *Cum Judiciis etiam Ecclesiastici assideant, judicium duelli in Sede judiciaria non decernatur.*

1. In Judiciis Personalis Praesentia Regiae Majestatis, semper interesse, literas etiam sigillare debet, is vero ut plurimum spiritualis esse consvevit; intererunt praeterea Archiepiscopi, Episcopi et plures alii spirituales, et idcirco non convenit, ut in Sede Judiciaria duellum decernatur. 1486. *Art.* 18.

2. Statutum est: qvod judicium duelli perpetuo aboleatur; accidit plerumqve qvod in Judiciis Personalis Praesentia Regiae Majestatis interesse, literas etiam sigillare minime poterit; is enim, cui committitur hoc, ut plurimum spiritualis esse consvevit: intererunt praeterea Archiepiscopi, Episcopi, et plures alii spirituales, et idcirco non convenit, ut in Sede Judiciaria duellum decernatur. 1492. *Art.* 37.

## SECTIO III.

### *De Salariis Praelatorum in Judiciis assidentium.*

1. Qvod tempore celebrationis Octavarum Majestas Regia ex Officio suo teneatur tres ex

DD. Praelatis etc. pro Coassessoribus eligere, et illis secundum Status exigentiam de Salario condigno providere. 1495. *Art.* 8.

2. In judiciis tam majoribus, qvam brevibus, ultra Judices ordinarios etiam ex DD. Praelatis duo etc. per Regiam Majestatem *eligantur*, qvi semper in judiciis decernendis *interesse* debeant; Dominis autem Praelatis electis, ceteri DD. Praelati de ipsorum Salariis providere teneantur. 1498. *Art.* 2. §. 5. 7.

3. De Salario DD. Praelatorum, et Baronum ceteri DD. Praelati, et Barones providere tenebuntur. 1500. *Art.* 10.

4. In expensarum sortem DD. Praelatis et Baronibus septingenti floreni auri ad unum integrum annum solvantur, et ad hujusmodi solutionem de singulis Portis singuli *tres denarii*, de universis bonis, tam Regiae, ac Reginalis Majestatis, qvam universorum DD. Praelatorum etc. exigantur. 1507: *Art.* 3.

5. Ne propter absentiam Praelatorum et Baronum aliqvod in progressu judiciorum *objiciatur* impedimentum, dignetur Sacra Majestas Caesarea, qvemadmodum etiam se facturam clementer obtulit, tam Praelatis, qvam Baronibus, qvi in Sede judiciaria praesentes esse debebunt; ac etiam Assessoribus, de expensis, qvamdiu judiciis intererunt, gratiose providere, et superinde Camerariis serio mandare. 1563. *Art.* 24. §. 7.

6. Dignetur *S*acra Majestas Caesarea gratiose committere Camerariis, ut DD. Praelatis et Baronibus, qvi appellationibus intererunt, de eorum Salariis, ac expensis satis faciant. 1566. *Art.* 23.

7. Conqveruntur nonnulli Praelati et Barones, a pluribus annis nihil ipsis esse solu-

tum, et si Judices non convenerint, qvod, si eis non solvatur, facile evenire poterit, nulla erunt judicia. 1567. *Art.* 24. §. 12.

8. In Causis extraordinariis, qvando vocantur, Protonotariis non secus qvovis tempore, ac Assessoribus, et aliis DD. Praelatis, et Baronibus salarium consvetum dari consvevit, qvod ut Majestas Caesarea, et Regia, tam ipsis, qvam DD. Praelatis, et Baronibus, uti antea, ita nunc qvoqve persolvi jubeat, Status et Ordines Regni humillime supplicant. 1567. *Art.* 24. §. 13. 14.

9.) Ac tam DD. Praelatis, et Magnatibus, nec non Assessoribus consveta salaria ex Camera subministrentur. 1635. *Art.* 14.

## SECTIO IV.

### *Praelati ad judicia diaetaliter nominantur.*

1. Ex Praelatis visi sunt RR. DD. Jaurienriensis, et Transylvaniensis moderni Episcopi. 1559. *Art.* 38.

2. Qvod Majestatis Suae benigna voluntas est, ut DD. Praelati et Barones, qvi judiciis intersint, expresse nominati Articulis hujus conventus inserantur, visum est Statibus et Ordinibus hujus Regni, ut, cum alii Praelati non haberentur, vel legitime impediti, interesse neqveant, judiciis ipsis intersint, Stephanus Máthésy Praepositus Jaurinensis; ex hominibus autem D. Strigoniensis Archiepiscopi unus Juratus, qvem ipse constituerit. In Appellationibus vero penes D. Locumtenentem adsint: D. Episcopus Transylvaniensis, et D.

Franciscus Forgách Praepositus Posoniensis. 1567. *Art.* 26. §. 1. 2.

3. Praelati, qvi Judiciis intersint, erunt DD. Praepositus Lelesziensis, vel Vicarius, aut Lector Agriensis. Ad revidendas vero Appellationes Partium superiorum D. Episcopus Varadinensis. 1572. II. *Art.* 4. §. 2.

4. Ultra, citraqve Danubium, Praelati, qvi eis (judiciis( interesse debebant, sunt: D. Electus Episcopus Tinniniensis, aut *D.* Praepositus Jaurinensis. 1572. II. *Art.* 5.

5. Appellationes harum Partium revideat D. Locumtenens cum DD. Praelatis, D. Episcopo Agriensi, et Vesprimiensi. 1572. II. *Art.* 6.

6. In Sclavonia vero judicia publica celebrentur, qvibus intersit D. Episcopus *Qvinqve* Ecclesiensis. 1572. II. *Art.* 7.

7. In Sede judiciaria Suae Majestatis in Eperies' pro Praelatis intersint DD. Episcopus Chanadiensis, vel Franciscus Pankottanus *Vicarius* Agriensis alternatim. Ad revidendas Appellationes Partium Superiorum: Episcopus Varadinensis, et Episcopus Tinniniensis. In Judiciis Partium ultra, et cis-Danubianarum adsint pro Praelatis D. Nicolaus Telegdinus Praepositus Strigoniensis, vel Stephanus Mathésy Praepositus Jaurinensis. In Appellationum vero Posoniensium revisione intersint DD. Episcopi Vespriniensis, et Tinniniensis. 1574. *Art.* 17.

3. Loco Praelatorum, Judiciis Partium superiorum alternatim intersint: Franciscus Pankottanus Vicarius, vel Paulus Zegedy Lector, vel Michael Sciscianus Cathedralis Agriensis. D. Locumtenens in revisione Appellationum,

plures, qvam hactenus Praelatos ex DD. Consiliariis adjungat. 1575. *Art.*.3.

9. In Judiciis Tyrnaviensibus pro Praelatis nominantur DD. Stephanus Máthésy Praepositus Jaurinensis, vel Joannes Gherödy Archidiaconus Nittriensis. In Appellationibus, penes RR. D. Locumtenentem Suae Majestatis, et Officii Palatinalis Locumtenentem nominantur Praelati RR. DD. Episcōpi Georgius Bornemisza Varadinensis, Nicolaus Telegdinus Qvinqve Ecclesiensis, et Zacharias Mossoczy Vaciensis. 1582. *Art.* 4. §. 4. 6.

10. In Judiciis Posoniensibus pro Praelatis nominantur: DD. Petrus Heresinczy Praepositus Zagrabiensis, vel Stephanus Máthésy Praepositus Jaurinensis. In Appellationibus penes RR. D. Locumtenentem Suae Majestatis RR.DD. Episcopi Nicolaus Telegdinus Qvinqve Ecclesiensis, Stephanus Fejérköy Vesprimiensis, et Zacharias Mossózy Vaciensis. 1582. *Art.* 5.

11. Pro Comitatibus Partium Superiorum in Judiciis pro Praelatis nominantur: DD. Benedictus Beyczy Praepositus Ecclesiae Regiriensis, vel Martinus Paczona, ejusdem Ecclesiae Agriensis Cantor. In Appellationibus penes RR. D. Locumtenentem Suae Majestatis nominantur Praelati: RR. DD. Episcopi Martinus Pethe Varadiensis, et Joannes Cherödy Tinniniensis, et Paulus Zegedy Chanadiensis; in Judiciis Posoniensibus pro Praelatis nominantur: DD. Andreas Monosloy Praepositus Posoniensis, vel Petrus Radovitius Vicarius Nitriensis, In Appellationibus penes RR. D. Locumtenentem: RR. DD. Joannes Kutásy Episcopus Qvinqve Ecclesiensis, Stephanus Máthésy Episcopus Vaciensis, et Joannes Cherödy Episcopus Tinniniensis. 1588. *Art.* 30. §. 2. 4. 6. 8.

12. Ad Tabulam Regiam loco Praelati Assessores nominantur: Paulus Almásy Vicarius Strigoniensis, vel Valentinus Lépes Custos Ecclesiae Jaurinensis. 1601. *Art.* 33.

13. In revisionibus appellationum penes RR. D. Locumtenentem, in his Inferioribus Regni Partibus erunt: Praelati RR. DD. Martinus Pethe Archiepiscopus Colocensis, Stephanus Szukay Episcopus Agriensis, et Andreas Monozloy Episcopus Vesprimiensis; pro Partibus vero Superioribus erunt: RR. DD. Nicolaus Micatius Varadinensis, Georgius Szalathnoky Qvinqve Ecclesiensis, et Faustus Verantius Chanadiensis Ecclesiarum Episcopi. 1601, *Art.* 34.

14. Nominantur in Partibus Cis- et ultra Danubianis ad Tabulam Suae Majestatis Regiam pro Praelatis RR. DD. Ladislaus Majthényi Sirminensis et Georgius Máthesy Tinniniensis Episcopi. Ad Appellationem, penes D. Palatinum: RR. DD. Demetrius Napragy Archiepiscopus Colocensis, Valentinus Lépes Nitriensis, et Franciscus Erghelius Vesprimiensis Episcopi. In Partibus Regni superioribus pro Praelatis ad Tabulam Regiam: RR. DD. Joannes Telegdy, Episcopus Bosnensis, vel Joannes Pyber Praepositus Felheriensis; ad appellationem Praelati RR. DD. Frater Simon Bratulich, Zagrabiensis, Paulus Almásy Vaciensis, et Petrus Domitrovich Qvinqve Ecclesiensis Episcopi. 1609. *Art.* 70. §. 3. 5. 6. 8.

15. Nominantur in Partibus Regni Superioribus pro Praelatis RR. DD. Ladislaus Majthenyi Sirmiensis, aut Thomas Balásfy Bosnensis Episcopi; ad Appellationem autem penes D. Palatinum: RR. DD. Joannes Pyber Qvinqve Ecclesiensis, Paulus Almásy Vaciensis,

Joanes Telegdy Varadinensis Episcopi; pro Partibus Cis- et ultra Danubianis pro Praelatis ad Tabulam Regiam: praefatus D. Ladislaus Majthényi, vel RR. D. Paulus David Episcopus Tinniniensis; ad Appellationem Ill. et RR. D. Demetrius Napragy Archiepiscopus Colocensis, Valentinus Lépes Nitriensis, et Franciscus Erghelius Vesprimiensis Episcopi. 1618. *Art.* 64. §. 1 — 4.

16. Nominantur personae ad Tabulam Regiam in Partibus Regni Superioribus pro Praelatis: RR. D. Stephanus Sennyey Episcopus Bosnensis, et alter Stephanus Thelekessy Praepositus Leleszensis. In Partibus Cis- et ultra Danubianis pro Praelatis RR. D. Ladislaus Majthényi Sirmiensis, et Paulus David Tinniniensis Episcopi; ad Appellationem vero, penes D. Comitem Palatinum in Partibus Superioribus RR. DD. Joannes Pyber Varadiensis, Thomas Balásffy Qvinqve Ecclesiensis, et Joannes Telegdy Nitriensis Episcopi; in Partibus vero Cis- et ultra Danubianus RR. D. Archiepiscopus Colocensis, Nicolaus Dallos Vaciensis, et Franciscus Erghelius Vesprimiensis Episcopi. 1622. *Art.* 43. §. 1 — 3.

17. Nominantur pro Partibus Regni Superioribus ad Tabulam Regiam pro Praelatis Admodum Reverendi Stephanus Telekessy S. Crucis de Lelesz, et Ladislaus Hoszuthoty Scepusiensis Praepositi; in Partibus Cis- et Ultra Danubianis: ad Tabulam Regiam pro Praelatis RR. D. Georgius Duboszvky Electus Episcopus Chanadiensis, et Reverendus Nic. Bőjthe Lector, et Canonicus Jaurinensis. Ad appellationem penes Ill. D. Comitem Palatinum pro Partibus Regni Superioribus pro Praelatis RR. DD. Joannes Pyber Agriensis, Paulus

David Qvinqve Ecclesiensis, Emericus Losy Varadinensis Episcopi; in Partibus vero Cis-et Ultra danubianis RR. DD. Joannes Telegdy Archiepiscopus Colocensis, Nicolaus Dallos Jaurinensis, et Franciscus Erghelius Vesprimiensis Episcopi. 1625. *Art.* 51.

18. In locum qvondam defuncti Episcopi Jaurinensis substituto moderno RR. D. Stephano Sennyey ejusdem loci Episcopo. 1630. *Art.* 45.

19. Ex qvo nonnulli DD. Praelatorum et Assessorum, antea nominatorum vel defuncti, vel promoti sunt, in locum talium, ad Partes qvidem Regni Superiores, pro altero Praelato Tabulae Regiae Admodum R. D. Joannes Cheh Praepositus Myslensis, *Lector*, et Canonicus Venerabilis Capituli Ecclesiae Agriensis; pro Appellationibus penes Ill. D. Palatinum RR. DD. Emericus Lósy Agriensis, Ladislaus Hoszúthoty Veradinensis, et Georgius Draskovith Vaciensis Episcopi, in Partibus Regni Cis- et Ultra Danubianis: RR. D. Georgius Lippay Episcopus Vesprimiensis. Ac tam DD. Praelatis et Magnatibus, nec non Assessoribus consveta salaria, ex Camera subministrentur. 1635. *Art.* 14.

20. Cum permutatio officiorum DD. Praelatorum in Tabula Regia, ac penes Ill. D. Comitem Palatinum in revisionibus appellationum Assessorum intercesserit; in Superioribus Partibus pro Praelato Tabulae A. R. D. Albertus Czeglédy Vicarius Ecclesiae Agriensis Praepositus B. M. V. In Appellationibus penes D. Comitem Palatinum RR. D. Episcopus Agriensis; in Partibus porro Cis- et Ultra Danubianis pro Praelato dictae Tabulae Regiae A. R. D. Mi-

chael

chael Kopchanyi Praepositus Posoniensis nominantur. 1638. *Art.* 23. §. 1.

21. Quia nonnulli DD. Praelatorum interim demortui, aut senio confecti essent, vel aliter impediti forent, in locum eorumdem, in Partibus qvidem Superioribus pro Praelato ad Tabulam Regiam D. Joannes Pálfalvay Praepositus Agriensis; ibidem in Appellationibus penes D. Comitem Palatinum: RR. DD. Agriensis: Ladislaus Hoszútothy Vaciensis, et Stephanus Simándy Transylvaniensis Episcopi; ad Partes vero Regni Cis- et Ultra-Danubianas ad Tabulam qvidem pro Praelato RR. D. Benedictus Kisdy Varadinensis; in appellationibus porro penes eundem D. Comitem Palatinum: RR. DD. Joannes Piisky Nitriensis, Georgius Szelepchényi Vesprimiensis, Georgius Széchényi Qvinqve Ecclesiensis Episcopi. 1647. *Art.* 103.

22. In locum nonnullorum Praelatorum et Baronum, et aliorum Assessorum, interim demortuorum, vel aliter legitime impeditorum pro Partibus qvidem Superioribus ad Tabulam R. D. Franciscus Somogyi Praepositum Majorem Capituli Agriensis; ibidem ad Appellationes: loco D. Ladislai Hoszútothy RR. D. Sigismundum Zongor Episcopum Varadinensem; in his vero Partibus Cis- et Ultra-Danubianis, ad Tabulam R. D. Joannem Pálfalvay Lectorem, et Canonicum Ecclesiae Strigoniensis. 1649. *Art.* 76.

23. In Partibus qvidem Superioribus pro Praelato ad Tabulam A. R. D. Franciscum Somogyi Praepositum de Lelesz; ibidem in appellationibus penes D. Comitem Palatinum RR. D. Benedictum Kisdy Agriensem, Matthiam Tarnóczy Vaciensem, et Joannem Pálfalvay Transylvaniensem Episcopos, in Partibus ve-

ro Cis-et Ultra-Danubianis, ad Tabulam qvidem pro Praelato D. Franciscum Folnay Samandriensem Episcopum, in appellationibus porro, penes eundem D. Comitem Palatinum, RR. DD. Georgium Szelepchényi Nitriensem, alterum Georgium Széchényi Veszprimiensem, et Sigismundum Zongor Varadinensem Episcopos. 1655. *Art.* 51.

24. In superioribus qvidem Regni Partibus, in appellationibus, loco defuncti Benedicti Kisdy, RR. D. Thomam Pálffy ab Erdöd modernum Agriensem Episcopum, loco Matthiae Tarnóczy RR. D. Franciscum Szegedy Episcopum Transylvaniensem; in Partibus vero Cis-et Ultra-Danubianis, in appellationibus qvidem, penes D. Comitem Palatinum, loco defuncti olim Sigismundi Zongor, RR. D. Stephanum Sennyey Episcopum Vesprimiensem. 1662. *Art.* 28. §. 2. 3.

25. In Partibus qvidem Regni Superioribus, pro Praelato ad Tabulam Regiam RR. D. Georgium Horváth Episcopum Corbaviensem; in appellationibus vero, penes D. Comitem Palatinum, futurum Episcopum Agriensem, et RR. D. Andream Sebestyén Episcopum Transylvaniensem Praepositum Lelesziensem. 1681. *Art.* 28.

## SECTIO V.

### *Spiritualis Praesentia Regia Causas violentiarum etiam extra Octavas discutere potest.*

Statutum est, et ordinatum, ut etiam extra Octavas; Evocationes breves super actibus potentiariis ab A. D. 1454. patratis, possint

fieri sub Sigillo Judicatus Spiritualis Personalis Praesentiae Regiae, sculpendo proxime pro eodem, qvae tertium Protonotarium in praesentiam constituendum habebit, ita, ut videlicet idem Protonotarius, Domino Rege ubicunqve in suo Regno suo procedente, hic Budae semper existat; et insuper sex prudentes et Nobiles Viri, ex Proceribus Regni deputentur, qvi et in rebus Regiis agendis, consilio, pro arbitrio Regni adhaereant, qvorum etiam opera et ingenio dicta Judicia, praetextu dictarum brevium Evocationum fienda, continuo exeqvantur. 1458. *Art.* 29.

## SECTIO VI.

### *Praelati etiam ad particularia judicia deputantur.*

### ARTICULUS I.

*Praelati ad revidendas Controversias Metales nominantur.*

1. Commissarii ad differentiam inter Kirchschlag, et Borsmonostra, ac inter D. Kinippergh et Nobiles de eorum meta revidenda, ex parte Hungarorum deputati sunt: DD. Episcopus Tinniniensis; ad revisionem metarum inter Hungariam et Moraviam D. Episcopus Tinniniensis. 1574. *Art.* 29.

2. De metis controversis inter Praepositum Chornensem, et Capitaneum de Kis-Marton ratione Villae March. 1578. *Art.* 18. §. 3.

3. De Controversis metis conclusum est, ut singuli Comitatus certos e medio sui emittant, qvi una cum Supremo, vel Vice Comite, et altero Judlium nec non aliqvo ex Prae-

latis, vel Capitularibus personis, ad facies talium metarum profecti, determinationem facere possint. 1635. *Art.* 20.

4. Ad praecavendas graves ratione metarum disconvenientias, qvae inter Possessionem Dobrassow, Episcopatus Nitriensis, ab una, parte vero ab altera possessionem Baboth vigerent, admittunt Status et Ordines, ut pro meliore causae illius decisione utraqve Pars extra personas a Comitatu exmittendas, ex aliis etiam Regni Partibus certos DD. Praelatos etc. ad discussionem illius causae aeqvali numero pro Assessoribus adhibere possit. 1649. *Art.* 88.

5. Occasione metarum in certis possessionibus Adásztrechen, et Budetin Dominia spectantibus, hactenus contraversarum, pro revisione finaliqve ejusdem causae determinatione, atqve decisione denominati sunt pro Judicibus, et qvidem pro Praeside: D. Comes Emericus Cháky Archiepiscopus Colocensis cum plena, loco demortuorum, aut legitime absentium, alios, disinteressatos denominandi facultate; item: DD. Otto Joannes Bapt. a Volkra Episcopus Vesprimiensis, Episcopus Arbensis. 1715. *Art.* 112.

## ARTICULUS II.

### *Pro complanatione privatarum qverelarum in Croatia Praelati nominantur.*

Quantum ad Privatorum qverelas attinet: ut, qvae adhuc determinata non sunt, determinentur, qvae autem determinata sunt, effectuentur; cuius quidem Commissionis instituendae, et ad eandem peragendam ex parte Regnicolarum, nominantur Commissarii RR. D. Georgius Draskovich Episcopus Jaurinensis,

pro Praeside ejusdem Commissionis, vel eodem legitime impedito, R. D. Georgius Jakusith Episcopus Vesprimiensis. 1638. *Art.* 52.

### ARTICULUS III.

*Praelati pro restitutione bonorum confiscatorum, et cassatione Reversalium nominantur.*

Pro cognitione autem, et assignatione praemissarum Commissarios denominant, in Superioribus Regni Partibus: RR. D. Petrum Korompay Episcopum Agriensem; in Partibus Trans danubianis RR. DD. Nicolaum Balogh, Episcopum Chanadiensem, vel Joannem Kalmanczay Episcopum Scardonensem; in Partibus demum Cis-Danubianis RR. D. Aegidium Gönczy Archi-Abbatem Sacri Montis Pannoniae. 1681. *Art.* 11. §. 6—8.

## TITULUS V.

*Praelati ad varias Commissiones Diaetaliter deputantur.*

## SECTIO I.

*Praelati ad Legationes deputantur, et nominantur.*

### ARTICULUS I.

*Praelatus ablegatur ad Comitia Imperialia.*

Ad imminentia S. R. J. Comitia denominantur pro Oratoribus et ablegantur: RR. D. Paulus Hoffmann Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. etc. 1655. *Art.* 17.

## ARTICULUS II.

*Ad negotium Confaederationis Polonicae nominantur Praelati.*

Ad futuram Confaederationis Polonicae tractationem nominant: RR. DD. Cancellarium, D. Varadinensem, D. Vaciensem, et Demetrium Napragy Praepositum Agriensem. 1596. *Art.* 60.

## ARTICULUS III.

*Praelatus ratione rectificationis metarum Regni in Poloniam deputatur.*

Ad intimationem rectificationis metarum, commissionisqve superinde instituendae, expediuntur ad Serenissimum Regem, et Status Poloniae, Reverendus Ladislaus Hoszuthoty Praepositus Scepusiensis. 1622. *Art.* 57.

## ARTICULUS IV.

*Ad legationem Polonicam ratione XIII. Oppidorum Praelati deputantur.*

1. Circa modum et media redemptionis Castri Lublyo, et XIII. Oppidorum Scepusiensium Status et Ordines praemittendam esse censent unam decentem Legationem ad Serenissimum Regem, et Status Regni Poloniae; ad qvam peragendam nominant Venerabilem D. Michaelem Maurovitium Trium Fontium de Beel Abbatem et Praepositum Majorem Agriensem. 1630. *Art.* 26.

2. De Legatione ratione Castri Lublyo, et XIII. Oppidorum in Poloniam adornanda, et Ablegatis ad eam peragendam nominatis, exstat Art. 26. A. 1630. et qvamvis Legati ibidem

nominati, Deo bene propitio, adhuc superstites sint, visum est tamen Statibus et Ordinibus, ut RR. D. Emericus Losy Episcopus Agriensis in illa legatione primas teneat. 1635. *Art.* 66.

3. Legatio ratione eliberationis, Regnoqve Hungariae incorporationis Arcis Lublyo, cum suis Pertinentiis, et XIII. Oppidorum Scepusiensium, per Polonos possessorum, ut tandem adornetur, Status et Ordines decernunt, et denominatur RR. D. Georgius Jakusith Electus Episcopus Vesprimiensis, qvi primas in illa legatione tenebit. 1638. *Art.* 39.

4. Pro eliberatione Arcis Lublyó, ac XIII. Oppidorum Scepusiensium per Polonos possessorum, eorumdemqve ad Regnum Hungariae incorporatione, ad legationem RR. D. Ladislaus Hoszuthoty Vaciensis Episcopus pro Praeside denominatur. 1647. *Art.* 12.

5. Pro redemptione Castri Lublyo, et XIII. Oppidorum Scepusiensium D. Georgium Szelepchényi etc. pro Nunciis denominant. 1649. *Art.* 28.

6. Serenissimo Regi Poloniae Praelatis item, et Baronibus ejus, duorum Praelatorum, et totidem Baronum Majorum Regni Hungariae literis scriptis, sigillisque eorum pendentibus communitis. 1655. *Art.* 82. §. 3.

7. Ad Regem, et Rempublicam Poloniae Commissarios, utpote futurum Episcopum Jaurinensem etc. denominant. 1681. *Art.* 24.

## ARTICULUS V.

*Ad tractatum cum Austriacis de inductione vinorum Hungaricorum Praelati nominantur.*

Pro tractatu insinuando, proseqvendo, et terminando Status et Ordines Regni ex parte

sua RR. DD. Jaurinensem, et Vesprimiensem Episcopos, nec non R. D. Paulum Méhess Praepositum Qvinqve Ecclesiensem pro Commissariis denominant. 1662. *Art.* 42. §. 1.

## ARTICULUS VI.

*Tractatibus Transilvanicis intererant Praelati.*

Per RR. DD. Joannem Kutassy Episcopum Jaurinensem, et Regni Hungariae Cancellarium, ac Stephanum Szuhay Episcopum Vaciensem, praesentibus et mediantibus RR. D. Nuncio Apostolico Caesareo Speciano Episcopo Cremonense, et Serenissimi Hispániarum Regis Catholici Oratore. 1595. *Transyl. init.*

## ARTICULUS VII.

*Praelati ad Transylvaniam ratione Colonorum, et Tricesimae nominantur.*

Denominant ex parte sui pro Commissariis RR. D. Joannem Pâlfalvay Episcopum Transylvaniensem, D. Franciscum Somody Praepositum Lelesziensem. 1655. *Art.* 42. §. 1.

## ARTICULUS VIII.

*Praelati ad Legationem in Bohemiam et Styriam nominantur.*

Nominant ad Sacram Caesaream Majestatem et in Bohemiam RR. D. Archi Episcopum Colocensem Demetrium Napragy, in Styriam autem RR. D. Episcopum Syrmiensem. 1609. *Art.* 68. §. 2. 5.

## ARTICULUS IX.

*Ad recipienda et reincorporanda bona ad Austriam oppignorata Praelati nominantur.*

1. Qvia Sua Majestas Commissionem pro receptione bonorum ad Austriam oppignoratorum, instituendam benigne annuit, nominant RR. D. Joannem Telegdy Episcopum Nitriensem. 1622. *Art.* 62.

2. Qvia ad continuandam commissionem ratione aliorum qvoqve Dominiorum, hactenus eo possessorum: Borostyánkö, Köszegh, Kis-Márton, et Szarvkö, clementer sese Sua Majestas resolvere dignata est, ideo ex parte sua nominant Illustr. D. Joannem Telegdy Archiepiscopum Colocensem et A. R. D. Nicolaum Böjthe Vicarium Strigoniensem. 1635. *Art.* 60.

3. Pro recipiendo eorum Dominio, actualiqve incorporatione, et metarum rectificatione, ex parte sua pro Commissariis RR. Benedictum Kisdy Episcopum Varadiensem; item A. R. D. Stephanum Rohonczy Abbatem de Szalavár denominant. 1647. *Art.* 71. §. 1.

# SECTIO II.

## *Praelati pro reformatione Decretorum nominantur.*

1. Delectis Nobilibus simul, et DD. Praelatis, Majestas Sua opus reformationis (*Decreti*) pertractari curare dignetur. 1550. *Art.* 11. §. 2.

2. Ad qvam (*emendationem Decretorum*) nominantur: D. Cardinalis, D. Demetrius Napragy. 1608. *P. C. Art.* 12. §. 1.

3. Status et Ordines concluserunt: infranominatos, veluti integros, jurium et rerum

patriarum peritos Viros seligi; utpote D. Comitem Emericum Chaky, Archiepiscopum Colocensem, et Suae Majestatis Sacratissimae Intimum Consiliarium, Comitem Ladislaum Adamum Erdödy Episcopum Nitriensem, Comitem Ladislaum Nádasdy Episcopum Chanadiensem; his adjunguntur: Venerabilis Gabriel Spatay Abbas Jánossiensis, Nitriensis Capituli Ablegatus; ex parte vero Croatiae D. Episcopus Zagrabiensis. 1715. *Art.* 24.

## SECTIO III.

### *Praelati ad Deputationes Regnicolares nominantur.*

1. In Publico - Politicis: Eminentissimus S. R. E. Presbyter Cardinalis, S. R. I. Princeps Josephus e Comitibus de Batthyán, Perpetuus in Németh-Ujvár, E. M. Strigoniensis Archiepiscopus, Sacrae Sedis Apostolicae Legatus Natus. I. Regni Hungariae Primas, Summus, et Secretarius Cancellarius, Insignis Ordinis S. Stephani Regis Apostolici Magnae Crucis Eqves, II. Comitatuum, Castriferrei qvidem Perpetuus, Strigoniensis vero Supremus, ac itidem Perpetuus Comes, Sacratissimae Caesareo Regio Apostolicae Majestatis Actualis Intimus Status Consiliarius, et Tabulae Septemviralis Cojudex.

2. Josephus Zabraczky Episcopus Vegliensis, Praepositus S. Petri de Castro Agriensi, Custos et Canonicus Agriensis, nec non S. C. et Regio Apostolicae Majestatis Consiliarius.

3. In Contributionalibus et Commissariaticis: David Zsolnay Abbas B. M. V. de Valle Vesprimiensi, Lector, et Canonicus Vespri-

miensis, Protonotarius Apostolicus, in Spiritualibus Vicarius, et Causarum Auditor Generalis.

4. In Urbarialibus: Antonius Mandich Episcopus Pristinensis, Abbas B. M. V. de Monte Petrivaradini, Canonicus Zagrabiensis, Archidiaconus Sclavonicus, Protonotarius Apostolicus, SS. Theologiae Doctor.

5. Martinus Görgey de eadem, Hereditarius in Toporcz, Paepositus S. Ladislai in Comitatu Simegiensi, Archidiaconus Barsiensis, Canonicus Strigoniensis, et Tabulae Regiae Judiciariae Praelatus.

6. In Juridicis; Nicolaus Konde de Poka-Telek Episcopus Cathariensis Abbas B. M. V. de Candelis, alias Schavnik, Canonicus Strigoniensis, et Tabulae Septemviralis Praelatus.

7. Paulus Rozsos de Szent-Király-Szabadgya Praepositus S. Michaelis Archangeli de Hanta, Canonicus Vesprimiensis, et Tabulae Regiae Judiciariae Praelatus.

8. In Literariis: Antonius Mandich Episcopus Pristinensis; idem, qvi in Deputatione Urbariali.

9. Andreas Szabó Episcopus Noviensis, Abbas S. Jacobi de Silisio, Praepositus S. Joannis Bapt. de Buda, Canonicus Strigoniensis.

10. Chrysostomus Novák Ordinis S. Benedicti, Abbas S. Mauritii de Bakony-Béel.

11. In Ecclesiasticis et Fundationalibus: Praeses sua Eminentia Cardinalis Primas; idem, qvi in Deputatione Publico-Politica.

12. Comes Ladislaus Kollonich de Kollegrad, Perpetuus in Zay-Ugrócz Metropolitanae Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum, canonice unitarum Archiepiscopus S. C. et R. A. Majestatis Actualis Intimus Status Consiliarius,

13. Maximilianus Verhovacz Episcopus Zagrabiensis, Abbas B. V. M. de Thopuszka.

14. Daniel Mitterpacher Episcopus Scutariensis, Abbas B. M. V. de Tzikador, Cathedralis Ecclesiae Qvinqve Ecclesiensis Canonicus, et ad Consilium Regium Locumtenentiale Consiliarius.

15. Michael Dongó, Abbas SS. Petri et Pauli Apostolorum de Tata, et Canonicus Jaurinensis.

16. Joannes Pastelli Cathedralis Ecclesiae Graeci Ritus Catholici Munkachiensis Primicerius, seu Cantor et Canonicus.

17. In Gravaminibus: Gabriel Zerdahelyi de Nittra Zerdahely Consecratus Episcopus Titopolitanus, Electus Corzolensis, Abbas B. M. V. de Poroszló, Cathedralis Ecclesiae Vaciensis Praepositus Major et Canonicus.

18. Sigismundus Grubanovich Abbas B. M. V. de Saary, alias Monostra, Cathedralis Ecclesiae Albaregalensis Praepositus et Canonicus, Protonotarius Apostolicus. 1791. *Art.* 67.

19. In ordine ad Banderia in spiritu Art. 8. A. 1715. exigenda Status et Ordines, benigne annuente Sua Majestate Sacratissima Deputationem Regnicolarem exmittendam decernunt, cujus erunt commembra Ladislaus Kamánházy Episcopus Vaciensis, Antonius Makay de Eadem Abbas B. M. V. de Gágy Metropolitanae Ecclesiae Agriensis Canonicus, et Archidiaconus Cathedralis, ac Tabulae Regiae Judiciariae Praelatus. 1808. *Art.* 4.

# SECTIO IV.

## *Praelati ad Commissiones Rectificationis limitum Regni nominantur.*

1. Ad Scepusium: DD. Episcopi Qvinqve Ecclesiensis, et Vaciensis. 1550. *Art*, 41.

2. Ad Szakolczam: DD. Episcopi Vesprimiensis et Nitriensis. 1550. *Art.* 42.

3. Ad Köszegh: DD. Vesprimiensis et Vaciensis. 1550. *Art.* 43.

4. In Sclavoniam: DD. Episcopi Bosnensis, et Tinniniensis, Canonicus Zagrabiensis, et Archidiaconus Chasmensis. 1550. *Art.* 44.

5. Versus Moraviam: RR. DD. Transylvaniensis et Jaurinensis Episcopi; versus Austriam: D. Episcopus Varadinensis; versus Poloniam Praepositus Scepusiensis. 1563. *Art.* 60.

6. Versus Moraviam: D. Episcopum Tinniniensem; versus Poloniam D. Episcopum Chanadiensem; versus Styriam et Carnioliam Honorabilem Joannem Dombrensem Cantorem et Canonicum Ecclesiae Zagrabiensis. 1569. *Art.* 42.

7. Ad revisionem metarum inter Hungariam et Moraviam D. Episcopus Tinniniensis. 1574. *Art.* 29.

8. Pro cognitione earum, qvae sunt inter Ultra-Danubianos et Austriacos ac Styrenses, nominantur pro idoneis Commissariis RR. D. Zacharias Mossóczy Episcopus Vaciensis. Pro cognitione earum, qvae sunt inter Moravos, et Hungaros, nominantur: RR. D. Nicolaus Telegdinus Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. Ad rectificationem Metarum inter Polonos, et Comitatus Arvensem, Scepusiensem, Sáros etc.

nominantur RR. D. Stephanus Fejérkövy Episcopus Vesprimiensis. etc. 1582. *Art.* 6.

9. Inter Ultra-Danubianos et Austriacos et Styrienses nominantur pro idoneis Commissariis RR. D. Stephanus Máthesy Episcopus Vaciensis. Inter Moravos et Hungaros: RR. D. Joannes Kuthassy Episcopus Qvinqve Ecclesiensis; inter Polonos et Comitatus Scepus, Arvensem et Sáros etc. RR. D. Martinus Petheö Episcopus Varadinensis. 1588. *Art.* 33.

10. Pro parte Commissionis Moravicae nominantur: RR. D. Andreas Monozlói Electus Episcopus Vesprimiensis. 1598. *Art.* 36.

11. Pro rectificatione Polonicarum metarum nominantur RR. D. Petrus Radoëvich, Electus Episcopus Vaciensis, aut Nitriensis. 1599. *Art.* 44.

12. Pro metarum Moravicarum rectificatione nominantur: RR. D. Stephanus Szuhay Episcopus Agriensis; pro Austriae et Styriae metarum rectificatione nominantur: RR. D. Ludovicus Ujlaky Episcopus Jaurinensis. 1602. *Art.* 23.

13. Pro Commissariis Hungaris, pro Moravia: RR. D. Episcopus Vaciensis; pro metarum Polonicarum, et Silesiticarum, ac XIII. Oppidorum, et Villarum, ad Arcem Lublyo pertinentium rectificatione nominantur RR. DD. Georgius Zalathnoky Episcopus Qvinqve Ecclesiensis, vel Episcopus Chanadiensis. 1604. *Art.* 15. §. 3. 4.

14. In locum defunctorum Georgii Zalathnoky, Joannes Pyber Episcopus Qvinqve Ecclesiensis; Petri Radovitii: Paulus Almássy Episcopus Vaciensis. 1613. *Art.* 26. §. 1.

15. Circa Poloniam: RR. D. Ladislaus Majthényi Episcopus Syrmiensis; circa Moraviam: RR. D. Joannes Telegdy Episcopus Varadinen-

sis; circa Silesiam RR. D. Paulus David Episcopus Tinniniensis; circa Austriam, Styriam et Carnioliam; RR. D. Thomas Balásfi Episcopus Bosnensis. 1618. *Art.* 12.

16. Pro rectificatione, et reambulatione metarum, cum vicinis Regnis et Provinciis instituenda, nominantur Commissarii, circa Poloniam qvidem: R. D. Ladislaus Hoszutothy Praepositus Capituli Scepusiensis, circa Moraviam: Illustr. et RR. D. Joannes Telegdy Archiepiscopus Colocensis; circa Silesiam RR. DD. Paulus David Episcopus Qvinqve Ecclesiensis; circa Austriam: RR. D. Emericus Losy Electus Episcopus Varadinensis; inter Croatiam ab una, parte vero ab altera Styriam et Carinthiam usqve Mare RR. D. Petrus Domitrovich Episcopus Zagrabiensis. 1625. *Art.* 23.

17. Qvoad rectificationem et reambulationem metarum cum vicinis Provinciis instituendam; circa Poloniam nominant: RR. D. Emericum Losy Agriensem, et Ladislaum Hoszútothy Varadinensem Episcopos; circa Moraviam Illustr. D. Joannem Telegdy Archiepiscopum Colocensem; circa Silesiam: A. R. D. Joannem Pisky Abbatem de Szkalka; circa Austriam RR. D. Georgium Lippay Episcopum Vesprimiensem; circa Styriam et Carnioliam; RR. D. Benedictum Vinkovich Episcopum Qvinqve Ecclesiensem. 1635. *Art.* 54—58.

18. Pro rectificatione metarum cum vicinis Provinciis et Regnis instituenda, denominantur circa Poloniam: RR. D. Joannes Cheh Electus Episcopus Qvinqve Ecclesiensis; circa Silesiam: RR. D. Georgius Jakossich de Orbova Electus Episcopus Vesprimiensis. 1638. *Art.* 37.

19. Ad eandem Commissionem (*limitaneam versus Transylvaniam*) peragendam deno-

minatur RR. D. Joannes Cheh Electus Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. 1638. *Art.* 41. §. 1.

20. Ad qvam Commissionem (*limitaneam versus Mare Adriaticum*) peragendam ex parte Statuum et Ordinum nominatur R. D. Joannes Somogyi Abbas de Szekszárd. 1638. *Art.* 42. §. 2.

21. Ad rectificationem, et renovationem metarum cum vicinis Provinciis instituendam, circa Poloniam: nominantur Commissarii RR. D. Ladislaus Hoszútothy Episcopus Vaciensis; circa Silesiam et Moraviam: RR. D. Joannes Piisky Episcopus Nitriensis; circa Styriam: RR. D. Georgius Szelepchényi Episcopus Vesprimiensis, A. R. D. Franciscus Folnay Praepositus Castriferrei; ad Partes maritimas RR. D. Petrus Mariani Episcopus Syrmiensis. 1647. *Art.* 70.

22. Versus Marchionatum Moraviae RR. D. Georgium Szelepchényi Episcopum Nitriensem et Aulae Suae Majestatis Cancellarium; ex Parte Poloniae eundem D. Georgium Szelepchényi; ad Mare Adriaticum RR. D. Petrum Mariani Episcopum Syrmiensem. 1649. *Art.* 27. 29. 32.

23. Loco demortuorum Commissariorum, D. nimirum qvondam Joannis Cheh, A. R. D. Franciscus Somogyi Praepositus Major Capituli Agriensis etc. denominantur. 1649. *Art.* 42.

24. Ex parte qvidem metarum circa Austriam, denominantur Commissarii RR. D. Georgius Széchényi Episcopus Vesprimiensis A. R. D. Mathaeus Szent Thamásy Praepositus Chornensis. Ex parte expurgationis alvei Rabae nominatus Praepositus Chornensis, ex parte metarum circa Moraviam RR. D. Matthias Tarnoczy Episcopus Vaciensis; ex parte item metarum circa Silesiam RR D. Paulum Hoffmann

mann Episcopus Qvinqve Ecclesiensis; ex parte itidem metarum inter Regnum Hungariae, et Styriam RR. D. Franciscus Folnay Episcopus Samandriensis A. R. D. Joannes Bény Praepositus capituli Jaurinensis; usqve Mare Adriaticum A. R. D. Joannes Skerlecz. 1655. *Art.* 30. §. 1 — 7.

22. Ex parte Regni RR. Petrus Mariani Segniensis et Modrusiensis Episcopus. 1655. *Art.* 71.

23. Ex parte sui nominant pro Commissario RR. D. Joannem Pálfalvay Episcopum Transylvaniensem. 1655. *Art.* 82. §. 7.

24. Circa Moraviam RR. D. Thomas Palffy Episcopns Vaciensis; cum Silesia: RR. D. Franciscus Szentgyörgyi Episcopus Transylvaniensis; cum Styria: A. R. D. Michael Mathkovich Praepositus de Papócz. 1659. *Art.* 66.

25. Status et Ordines pro rectificationibus metarum complanandis, versus Austriam RR. D- Georgius Széchényi Episcopum Jaurinensem, R. D. Paulum Méhes Praepositum Qvinqve Ecclesiensem, deinde versus Styriam: RR. D. Stephanum Sennyey Episcopum Vesprimiensem, R. D. Georgium Berdoczy Praepositum de Felseö - Eörs; versus Silesiam: RR.D. Franciscum Szentgyörgyi Episcopum Vaciensem, eodem vero legitime impedito: RR. D. alterum Franciscum Szegedy Episcopum Transylvaniensem, A. R. D. Stephanum Bartok Abbatem Péchvaradiensem; versus Moraviam porro Ill. ac RR. D. Georgium Szelepchényi Archiepiscopum Colocensem, Episcopum Nitriensem, et Comitatus Nitriensis Supremum Comitem, ac Sacrae Caesareae, et Regiae Majestatis per Hungariam Aulae Cancellarium, R. D. Georgium Bár-

sonyi Praepositum S. Georgii de Viridi Campo Strigoniensi. 1662. *Art.* 37. §. 4 — 7.

26. Pro rectificationibus metarum Regni Croatiae, et Sclavoniae RR. D. Episcopum Zagrabiensem, eodem vero legitime impedito: vel excusato, Generalem, vel Vice-Generalem Ordinis D. Pauli Primi Eremitae, pro tempore constitutum, ac unum vel duos ex Capitulo Ecclesiae Chasmensis pro Commissariis ex parte Regni denominant. 1662. *Art.* 38. §. 1.

27. Circa Austriam: Ill. et RR. D. Georgius Széchényi, Archiepiscopus Colocensis, RR. D. Joannes Kalmanczay Episcopus Scardonensis, et Praepositus Posoniensis, circa Moraviam RR. D. Joannes Gubasóczy Episcopus Nitriensis, et per Hungariam Aulae Cancellarius; Circa Silesiam: RR. D. Georgius Fenyessy Episcopus Almisiènsis; circa Styriam: RR. D. Paulus Széchényi Episcopus Qvinqve Ecclesiensis A. R. D. Stephanus Telekessy Praepositus S. Adalberti; Circa Carinthiam et Carnioliam: RR. D. Martinus Borkovich Episcopus Zagrabiensis, vel loco illius A. R. D. Michael Boczák, ejusdem Capituli Praepositus Major; Circa Poloniam RR. D. Andreas Sebestyén Episcopus Transylvaniensis; Circa Transylvaniam: futurus Episcopus Agriensis, vel RR. D. Georgius Horváth Episcopus Corbaviensis. 1681. *Art.* 23. §. 1 — 7.

28. Circa metarum cum vicinis Regnis et Provinciis fiendam rectificationem renovatur Artic. 23. A. 1681. cum aliis, ibidem citatis, ac ad latus Eminentissimi D. Leopoldi a Kollonich, S. R. E. Cardinalis, tamqvam Praesidis ad id articulariter denominati in locum priorum Commissariorum, medio tempore,

vel e vivis sublatorum, vel alio, per mutationem dignitatum suarum translatorum, surrogantur, et nominantur circa Austriam: RR. D. Michael Dvornikovich Episcopus Chanadiensis; circa Moraviam: RR. Blasius Jaklin, Episcopus Tinniniensis, Praepositus Major Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis, et Tabulae Regiae Judiciariae Praelatus; Circa Silesiam RR. D. Andreas Péterfy Episcopus Noviensis; Circa Carinthiam et Carnioliam RR. D. Alexander Ignatius Mikúlich Episcopus Zagrabiensis, vel ejus loco RR. D. Stephanus Szelistevich ejusdem Capituli Praepositus Major; Circa Poloniam: RR. D. Nic. Balogh Episcopus Vaciensis; Circa Transylvaniam: RR. D. Augustinus Benkovich Episcopus Varadinensis. 1687. *Art.* 15. §. 1. 2. 3. 5. 6. 7.

29. Ex parte Statuum et Ordinum D. Episcopum Zagrabiensem, et Paulum Cheskovich Praepositum Zagrabiensem resolvit. 1715. *Art.* 116. §. 3.

30. Denominantur circa Austriam: Episcopus Nitriensis D. Comes Ladislaus Adamus Erdödy; Circa Moraviam: Andreas Kürtössy Electus Episcopus Traguriensis; Circa Silesiam Episcopus Almisiensis Ladislaus Pyber, circa Styriam etc. Ill. D. Episcopus Zagrabiensis Comes Emericus Eszterhazy vel eo impedito, Episcopus Bosnensis Georgius Patachich; Circa Poloniam: Exc. ac Ill. D. Archiepiscopus Colocensis Comes Emericus Cháky; Circa Transylvaniam: Ill. D. Episcopus Chanadiensis Comes Ladislaus Nadasdy. 1715. *Art.* 39. §. 1 — 7.

31. Circa Austriam: Exc. ac Ill. D. Episcopus Nitriensis Comes Ladislaus Adamus Erdödy; Circa Moraviam; loco Andreae Kürtössy

Episcopi Traguriensis, senio confecti Ladislaus Szörényi Electus Episcopus Dulcinensis; Circa Silesiam: loco demortui Ladislai Pyber Episcopi Almisiensis Joannes Okolichanyi Electus Episcopus Noviensis, Tabulae Majestatis suae Sacratissimae Praelatus; Circa Styriam ex parte Croatiae, et Carnioliam Exc. ac Ill. D. Episcopus Zagrabiensis, Ill. et RR. D. Petrus Bakith Episcopus Bosnensis, Sacratissimae Caesareae, Regiaeqve Majestatis Consiliarius; Circa Poloniam: Ill. et RR. D. Episcopus Agriensis; Circa Transylvaniam: Ill. et RR. D. Episcopus Chanadiensis. 1723. *Art.* 17. §. 2. 3. 4. 6. 7. 8.

32. Versus Austriam: Ex. ac Ill. D. Comes Emericus Eszterházy Episcopus Nitriensis, I. Comitatus nominis ejusdem Perpetuus Supremus Comes, et S. C. Regiae Majestatis Consiliarius Actualis Intimus; Versus Moraviam Carolus Josephus Zbisko Episcopus Vegliensis, et Consilii Regii Locumtenentialis Consiliarius. Versus Silesiam: D. Gabriel Ordody Tabulae Regiae Judiciariae Praelatus; Versus Styriam, ex parte Croatiae: Ill. DD. Episcopi Zagrabiensis et Bosnensis; versus Poloniam: Ex. ac Ill. D. Comes Franciscus Barkóczy de Szała Episcopus Agriensis, II. Comitatuum Heves, et Exterioris Szolnok Perpetuus Supremus Comes S. C. Regiaeqve Majestatis Actualis Intimus Consiliarius, et Tabulae Septemviralis Assessor. 1751. Art. 26.

33. Versus Moraviam Ill. ac RR. D. Josephus Carolus Zbisko de Kis Kolacsin Episcopus Tinniniensis, Praepositus Scepusiensis S. C. et Regio-Apostolicae Majestatis Consiliarius, et Exc. Tabulae Septemviralis Assessor; versus Silesiam RR. D. Josephus Bajzath, Abbas B. M. V. de Szászvár Ecclesiae metropolitanae

Strigoniensis Canonicus, Archidiaconus Comaromiensis, et Tabulae Regiae Judiciariae Praelatus. Versus Styriam D. Paulus Kiss, Cathedralis Ecclesiae Vesprimiensis Praepositus Major et Canonicus; Versus Styriam et Carnioliam ex parte Croatiae: Exc. Ill. ac RR. D. Franciscus Thauszy Episcopus Zagrabiensis, Abbas B. M. V. de Thopuszka, Perpetuus Comes de Berzencze, utriusqvae Sacratissimae Caesareae, et Regio-Apostolicae Majestatis Actualis Intimus Consiliarius, Ill: ac RR. D. Josephus Antonius Chiolnich de Chiolka Episcopus Bosnensis, seu Diakovariensis, Comitatus Posegani Supremus Comes, Sacrae Caes, et Regio - Apostolicae Majestatis Consiliarius; Versus Poloniam Exc. Ill. ac RR. D. Carolus Eszterhazy de Galantha, Perpetuus in Frakno, Episcopus Agriensis, Comitatuum Heves et Exterioris Szolnok articulariter unitorum Supremus, ac Perpetuus Comes, utriusqve S. C. et Regio - Apostolicae Majestatis Actualis Intimus Consiliarius. 1765. *Art.* 16.

34. Versus Austriam Franciscus Xaverius Fuchs Episcopus Nitriensis; versus Silesiam: Episcopus Daniel Hersching, versus Styriam, Joannes Szily de Felsö - Szopor Episcopus Sabariensis; versus Styriam et Carnioliam ex parte Regnorum Croatiae, et Sclavoniae: Joannes Jessich Episcopus Segniensis: versus Galliciam Comes Joannes Revay Perpetuus in Szklabina, et Blatnicza Episcopus Scepusiensis, Comitatus Turocziensis Perpetuus Comes; Versus Transylvaniam: Franciscus Miklóssy Episcopus Biduanensis, Cathedralis Ecclesiae Agriensis Praepositus Major, et Canonicus. 1791. *Art.* 68.

35. Versus Styriam: Franciscus S. R. E. Presbyter Cardinalis e Comitibus Hrzan de Harras Episcopus Sabariensis, S. C. Regio - Apostolicae Majestatis Actualis Intimus Status Consiliarius; Versus Styriam, et Carnioliam ex parte Regnorum Croatiae etc. Maximilianus Verhovacz, Episcopus Zagrabiensis, S. C. et Regio - Apostolicae Majestatis Actualis Intimus Status Consiliarius; Versus Transylvaniam: Franciscus Miklóssy consecratus Episcopus Titopolitanus, et Electus Biduanensis, Cathedralis Ecclesiae Agriensis Praepositus Major, et Canonicus. 1802. *Art.* 26.

36. Versus Moraviam: Adalbertus Prileszky de Eadem, Abbas S. Spiritus de Bath-Monostra, Cathedralis Ecclesiae Nitriensis Canonicus; versus Styriam: Leopoldus Somogyi de Perlak Episcopus Sabariensis, Praepositus S. Salvatoris de Papócz, et Cathedralis Ecclesiae Jaurinensis Canonicus; versus Styriam et Carnioliam ex parte Regnorum Croatiae: Maximilianus Verhovacz Episcopus Zagrabiensis S. C. et Regio - Apostolicae Majestatis Actualis Intimus Status Consiliarius; Versus Transylvaniam: Petrus Klobusiczky de Eadem, Episcopus Szatthmariensis. 1807. *Art.* 31.

37. Versus Moraviam, in locum demortui Canonici Adalberti Prileszky Adalbertus Borcsiczky de Eadem, Capituli Nitriensis Lector, et Canonicus. 1811. *Art.* 4.

# SECTIO V.

## *Praelati nominantur ad abolenda telonia, et regulanda Vectigalia.*

### ARTICULUS I.

*Praelati nominantur ad abolenda telonia Sicca.*

1. In Partibus Regni Superioribus Cis-Tybiscanis: RR. D. Ladislaus Hoszuthóty Episcopus Varadinensis; Ultra Tybiscanis: A. R. D. Stephanus Telekesy Praepositus Lelesziensis; in Partibus Regni Trans-Danubianis: A. R. D. Joannes Püsky Abbas de Szkalka; in Partibus Regni Cis-Danubianis: RR. D. Georgius Lippay Episcopus Vesprimiensis, A. R. D. Georgius Vasváry Praepositus de Papócz. 1636. *Art.* 72.

2. Per Status et Ordines designantur pro DD. Commissariis, in Partibus qvidem Regni Superioribus Cis-Tybiscanis: RR. D. Ladislaus Hoszuthoty Episcopus Vaciensis, Ultra-Tybiscanis autem RR. D. Stephanus Simándy Episcopus Transylvaniensis; in Partibus Regni Cis-Danubianis: RR. D. Joannes Püsky Episcopus Nitriensis; in Partibus autem Trans-Danubianis A. R. D. Franciscus Folnay Praepositus Castriferrei. 1647. *Art.* 91. §. 1 — 5.

3. Loco demortuorum Commissariorum, pro Partibus qvidem Regni Superioribus, in locum D. qvondam Ladislai Hoszúthoty RR. D. Benedictus Kisdy Episcopus Agriensis; in Sclavonia ad reliqvos Commissarios denominatos. A.R. Nicolaus Dianesevich PraepositusMajor Ecclesiae Zagrabiensis adjungitur. 1649. Art. 77.

4. In Partibus qvidem Regni Hungariae Superioribus RR. D. Benedictus Kisdy Episcopus Agriensis, A. R. D. Franciscus Somody Praepositus S. Crucis de Lelesz; in Partibus vero Cis-Danubianis: RR. D. Georgius Szelepchényi, Episcopus Nitriensis, et Sigismundus Zongor Episcopus Varadinensis; in Partibus vero Trans-Danubianis: RR. D. Georgius Széchényi Vesprimiensis et Franciscus Folnay Samandriensis Episcopi. 1655. *Art.* 29.

5. Executores per Comitatus e medio sui, ubi commode fieri poterit, etiam e Statu Ecclesiastico denominati, Articulum 29. anni 1655. effectuandi habeant facultatem. 1659. *Art.* 57. §. 1.

## ARTICULUS II.

*Praelati ordinantur Commissarii pro rectificandis abusibus, et reformando Vectigali omnium Regni Tricesimarum.*

In Parttbus qvidem Regni Hungariae Superioribus nominantur pro Commissariis: RR. D. Joannes Pálfalvay Episcopus Transylvaniensis A. R. Andreas Makchay Praepositus Major Agriensis; in Partibus vero Cis-Danubianis: RR. D. Matthias Tarnoczy, A. R. D. Franciscus Szentgyörgyi, similiter etiam in Regnis Croatiae, et Sclavoniae denominantur pro Praeside RR. D. Petrus Petreticz Episcopus Zagrabiensis. 1655. *Art.* 100.

## ARTICULUS III.

*Pro rectificatione terminorum inductionis et eductionis Praelati Commissarii decernuntur.*

Cum annuentia Suae Majestatis decernitur: ut termini eductionum et inductionum

per DD. Commissarios, in Art. 100. A. 1655. denominatos, et in locum demortuorum RR. D. Franciscum Szentgyörgyi Episcopum Transylvaniensem, et loco ejusdem A. R. Franciscum Szegedy Vicarium Strigoniensem. 1659. *Art.* 61.

## SECTIO VI.

### *Praelati nominantur ad revisionem expurgationis fluvii Rabae.*

1. Pro peragenda Commissione in facto obstructionis alvei fluvii Rabae Status, et Ordines Regni nominant personas. RR. D. Stephanum Szent-Andrassy Episcopum Transylvaniae etc. 1625. *Art.* 15.

2. Qvoad expurgationem alvei fluvii Rabae Status et Ordines referunt se ad Art. 15. A. 1625. RR. D. Stephano Chiky Episcopo Vesprimiensi, et ceteris adhuc superstitibus, adjunguntur. etc. 1630. *Art.* 14.

3. Qvia expurgatio alvei Rabae manet adhuc imperfecta, ad operis curam et directionem deputantur, RR. D. Stephanus Simándy Episcopus Transylvaniensis etc. 1635. *Art.* 64.

4. Loco RR. D. Stephani Simándy Episcopi Transylvaniae, nominant Spect. ac Magnifi. D. Comitem Franciscum de Nádasd. 1647. *Art.* 129.

5. Ex parte expurgationis alvei Rabae nominatus Praepositus Chornensis. 1655. *Art.* 30.

## SECTIO VII.

### *Praelati nominantur ad Commissionem Jaurinensem.*

1. Posteaqvam ratione jurium et jurisdictionis Episcopi, et Capituli Jaurinensis per Su-

premum, et alios Capitaneos, annonae praefectum, ceterosqve officiales Suae Majestatis, in Praesidio Jaurinensi constitutos factae, ac inter cetera: qvod iidem Capitanei et Officiales jurisdictionem suam in Cives, et subditos eorumdem Episcopi et Capituli extendant, Macella in fraudem lanionum Capitularium, aliis assignent, libertatem educillandi per bimestre annuatim restringant, Constitutiones Opificum qvorumdam, Regio diplomate confirmatas, negligant, exemptionum civilium rationem non habeant, aliaqve molestiarum genera ipsis inferant, Sacra C. Regiaqve Majestas ad arbitrativam revisionem Commissariorum Hungarorum soluta hac Diaeta, immediate eo destinandorum, benignissime condescendit, eisdemqve Commissariis Hungaris in serie praesentium Articulorum per Status et Ordines denominandis, praetacta molestiarum genera de facto complanandi, et effectuandi authoritatem attribuit. Ob haec iidem Status et Ordines pro Commissariis, et plenipotentiariis arbitris nominant Reverendissimum D. Joannem Telegdy Episcopum Varadiensem etc. ad qvos, ut Sua Majestas, juxta benignam suam oblationem, specialia sua mandata superinde extradare, eorumdemqve complanationem et effectuationem pro rato, grato, at accepto habere dignetur. Interim autem ut Officiales Suae Majestatis ab omni molestatione ipsorum Episcopi et Capituli cessent, iidem Status et Ordines dignum censent. Et in hac qvidem Commissione dictus D. Episcopus Varadiensis Praesidis Officio fungatur, non obstante unius, vel alterius Commissarii absentia, cujus loco praefatus D. Praeses alium substituendi habeat authoritatem. 1618. *Art.* 26.

2. De gravaminibus D. Episcopi et Honorabilis Capituli Ecclesiae Jaurinensis contra jura, et jurisdictionem ipsorum per praesidiarios, annonariosqve Praefectos, et Officiales ac Tricesimatorem Jaurinensem illatis, in Diaeta anni 1618. *Art.* 26. speciale Statutum conditum, commissionemqve superinde institutam esse, Status et Ordines etiamnum recenti memoria tenent, qvia tamen, ob certa impedimenta, ejusmodi Statuto hactenus satisfieri neqvivit, ideo ex benigna Sacrae Caesareae, Regiaeqve Majestatis annuentia, merito renovandum, et qvam primum effectuandum esse decernunt eundem Articulum, commissionemqve in eodem institutam, simulqve statuunt, ut, juxta clementem Suae Majestatis resolutionem, Statibus ac Ordinibus superinde elargitam, Commissio eadem instituta et futura, praedictis Officialibus bellicis, annonariis et Tricesimatoribus, adhuc sub hac Diaeta intimetur, et ad delegandos DD. Commissarios mandata extradentur. Ubi porro Commissio ipsa peracta fuerit, determinatio eorumdem DD. Commissariorum pro rato, grato, et accepto habeatur; ac ut iidem omnes et singuli Officiales interim donec nempe Commissio ipsa peragetur, ab omni memoratorum qverulantium Episcopi, et Capituli, subditorumqve eorumdem molestatione supersedere debeant, ac teneantur. Nominantur autem pro Commissariis iidem, qvi Articulo citato nominati fuerant. 1622. *Art.* 50.

3. Pro peracta Commissione Jaurinensi Art. 50. A. 1622. instituta, Sacratissimae Caesareae, Regiaeqve Mejestati Domino ipsorum clementissimo fideles Status et Ordines, nominatim vero RR. D. Episcopus, et Venera-

bile Capitulum Ecclesiae Jaurinensis immortales agunt gratias; et qvamvis deliberatio DD. Commissariorum, qvam de Regiminensium, Jaurini residentium, eisdem Episcopo et Capitulo, tamqvam Dominis fundi subjectione pronunciaverant, per certos DD. Suae Majestatis Consiliarios, ad id deputatos, sub hac Diaeta, in hunc modum est declarata; ut tales Regiminenses non plures, qvam viginti qvatuor, iiqve ut plurimum Germani ibidem interteneri possint, qvi ratione personarum qvidem supremo illius Praesidii Capitaneo, ratione domorum vero Dominis fundi parere, talium defunctorum autem heredes et hereditates, instar aliorum Civium eisdem Dominis fundi subesse; milites porro utriusqve Nationis, de rebus qvidem mobilibus a Judicibus bellicis, de domibus vero a dominis fundi judicium recipere debeant. Reliqva tamen deliberationum, per DD. Commissarios pronunciatarum puncta, Sua Majestas per omnia benigne approbavit, et ratificavit. Ideo ad tollendas ulteriorum qverelarum ansas, ex clementi Suae Majestatis annuentia decernitur: ut deinceps DD. Supremi, et Vice Capitanei, aliiqve bellici pariter et annonarii Officiales, et Tricesimatores illius loci, sese per omnia praetactis DD. Commissariorum deliberationibus accommodare debeant, ac sint obligati, id, qvod Sua Majestas Sacratissima se ipsis serio demandaturam, et procuraturam clementissime obtulit. 1625. *Art.* 18.

4. Qvod Complanationes in negotio RR. D. Episcopi, et Venerabilis Capituli Jaurinensis per Suae Majestatis DD. Commissarios, tam Jaurinum expeditos, qvam vero in proxime praeterita Diaeta Soproniensi deputatos factae,

et declaratae, hactenus majori ex parte manserint inexecutae, non ex parte Suae Majestatis, verum ex parte supremi illius loci Capitanei factum fuit; qvia porro Regnicolae humillime intelligunt, suam Majestatem eidem supremo Capitaneo jam benigne et serio demandavisse, ut is Commissioni jam celebratae nulla penitus suffragante exceptione, aut dilatione, realiter, et cum effectu, sese accommodet, confidunt, Commissiones locum habituras, ulterioresqve qverelas deinceps cessaturas. 1630. *Art.* 34.

5. Qvod Sacra Caesarea, Regiaqve Majestas ad humiles instantias RR. D. Episcopi, et Venerabilis Capituli Jaurinensis, ac etiam Comitatus, Oppidiqve ejusdem nominis se clementer resolvere, petitaeqve Commissioni inter eosdem una, parte vero ab altera Ill. D. modernum ejusdem loci supremum Generalem Capitaneum instituendae benigne annuere, certosqve Commissarios suos ordinare, ac determinare dignata est, humiles agunt gratias fideles Status et Ordines Majestati Suae Sacratissimae; Supplicantes humillime Suae Majestati, ut Commissio haec qvanto ocyus adornetur, effectiveqve per hoc differentiae omnes, partes inter praenotatas sopiantur, ac Art. 18. A. 1625. realiter observetur. 1647. *Art.* 45.

Pro parte sua Regnicolae pro Commissariis denominant: RR.D. Benedictum KisdyElectum Episcopum Varadinensem, A. RR. DD. Stephanum Rohonczy Abbatem de Szalavár, et Franciscum Folnay Praepositum Castriferrei. *Ibidem* §. 1,

6. Cum Jaurinensis Commissio, in Art. 45. A. 1647. pro parte D. Episcopi, Comitatusqve et Capituli Jaurinensis, contra D. Generalem

ejusdem Praesidii Capitaneum ordinata, necdum finem et effectum suum sortita sit, dignum proinde censent, et supplicant Suae Majestati Regnicolae, ut eam qvoqve Commissionem, ad instantiam praemissorum, et aliorum qverulantium primo qvoqve tempore institui, et per denominatos ibidem Commissarios, RR. D. Georgio Széchényi in locum RR. D. Agriensis subrogato, non obstante unius, vel alterius absentia, debito fine determinari, et complanari curare clementer dignetur. 1649. *Art.* 37.

7. Articulus ante Coronationem ad nonum et decimum A. 1608. ac Art. 23. A. 1622. de Generalibus, et Capitaneis Praesidiorum Jaurinensis, et Comaromiensis sanciti, renovantur, et confirmantur; ac eosdem necdum effectuatos, accedente ad hoc etiam benigno suae Majestatis assensu, medio infra denominatorum ex parte sui Commissariorum: RR. D. Georgii Széchényi Episcopi Vesprimiensis; in locum defuncti Michaelis Majthényi: A. R. D. Francisci Szentgyörgyi Abbatis de Bela; in locum defuncti Stephani Rohonczy etc. substitutorum, soluta Diaeta, intra trimestre tempus effectuandos statuunt Regnicolae. 1655. *Art.* 8.

8. Cum benigna suae Majestatis annuentia, decernunt Status, ut Commissio Jaurinensis, in Articulis 45. A. 1647. et 37. A. 1649. item Art. 8. A. 1655, ordinata, necdum tamen effectuata, tandem per suam Majestatem debito fine terminetur, et in locum RR. D. Georgii Széchényi Episcopi Jaurinensis interessati, RR. D. Stephanus Sennyey Episcopus Vesprimiensis, pro RR. D. Francisco Szentgyörgyi A. R. D. Georgius Bársonyi Archidiaconus Tornensis essent substituti. 1659. *Art.* 79.

9. Respectu Contractus Jaurinensis ordinata est Commissio, ad cujus effectum a Statibus et Ordinibus sunt nominati RR. et Exc. DD. Comes Emericus Cháky Archiepiscopus Colocensis, item: Ill. et RR. D. Otto Joan. Bapt. a Volkra Episcopus Vesprimiensis. 1715. *Art.* 43. §. 6.

## SECTIO VIII.

### *Praelati nominantur ad Commissionem restitutionis Valachorum.*

1. Statutum est, ut Valachi per Commissarios, videlicet RR. D. Franciscum Erghelium Episcopum Vesprimiensem, Commissionis Praesidem etc. Regnicolis plenaria jurisdictione restituantur. 1618. *Art.* 32.

2. Pro negotii Valachorum, in Sclavonia, et Croatia existentium executionis et effectuationis complemento, ad Commissionem peragendam Status et Ordines nominant Ill. ac RR. D. Joannem Telegdy Archiepiscopum Colocensem, vel RR. D. Georgium Draskovith Episcopum Qvinqve Ecclesiensem, juxta Suae Majestatis placitum pro Praeside. 1630. *Art.* 24.

3. Pro effectuanda, finaliterqve terminanda ComissionePraesidem etCollegas SuaeMajestatis nominant RR. D. Joannem Telegdy Archiepiscopum Colocensem, aut, eo impedito, RR. Georgium Lippay Episcopum Vesprimiensem. 1635. *Art.* 33.

4. Ex parte Regni, et Sacrae Coronae RR. D. Paulus Hoffmann Electus Episcopus Qvinqve Ecclesiensis pro Praeside. 1655. Art. 66. §. 3.

5. Civitas Capronczensis certos Sclavos et Praedaucios cum qvatuor circiter domibus Vala-

chorum, in territorio Superioris Civitatis locatos, debitam obedientiam antea, dum locarentur, promissam, vel postmodum a DD. Commissariis in A. D. 1635. adjudicatam, detrectare, et alios etiam vicinos Valachos, Sylvas, ac territoria ejusdem Civitatis ulterius occupare conqveritur; dignum proinde censent, et supplicant Regnicolae, ut praemissa justa ipsius Civitatis instantia medio certorum DD. Commissariorum, videlicet RR. D. Petri Petreticz Episcopi Zagrabiensis etc. complanetur et effectuetur. 1659. Art. 95.

## SECTIO IX.

### *Praelati nominantur ad examinandas Rationes Exactionis Contributionis.*

1. Ad executionem (*Exactionis Rationum*) pro Superiori Hungaria nominantur: RR. D. Episcopus Chanadiensis; pro Comitatibus Cis-Danubianis RR. D. Episcopus Nitriensis, pro Ultra Danubianis: RR. D. Episcopus Vespriminensis. 1567. Art. 11. §. 2. 3.

2. Ad examinandas Rationes de Dica anni praeteriti nominatur. RR. D. Episcopus Nitriensis. 1594. Art. 14.

3. Ad examinandas Rationes DD. Deputatorum Regni Hung. anni 1593. nominantur ex Ordine Praelatorum D. Episcopus Vaciensis; Regni Sclavoniae RR. D. Episcopus Tinniniensis. 1594. Art. 44.

4. Pro Inferiorioribus Regni Partibus nominantur ex Ordine Dominorum ad exactionem Rationum RR. D. Matthias Draskovith Episcopus Tinniniensis; pro Superioribus Regni

Par-

tibus: RR. DD. Georgius Szalathnoky Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. 1601. *Art.* 7. §. 1. 2.

5. Exactores Rationum Ultra-Danubiani erunt: RR. D. Bosnensis Episcopus; Cis-Danubium RR. D. Episcopus Vaciensis; pro Superiori Hungaria: RR. D. Qvinqve Ecclesiensis. 1603. *Art.* 4. §. 2.

6. Pro Exactore Rationum priorum annorum in Sclavonia RR. D. Episcopus Zagrabiensis nominatur. 1604. *Art.* 4. §. 1.

7. De diversis restantiis decernitur: ut bona eorum, qvae pro poena tripli occupata sunt, per Commissarios jam denominatos, videlicet: RR. D. Joannem Telegdy Episcopum Varadiensem in simplo remittantur. 1618. *Art.* 16.

8. Ex parte Suae Majestatis RR. D. Benedictus Kisdy Varadiensis, et Georgius Széchényi Qvinqve Ecclesiensis Episcopi, Reverendi Stephanus Rohonczy Abbas de Szalavár, et Frater Georgius Petroviczy Vicarius in Elefant. 1647. *Art.* 151. §. 1.

9. Statuitur: ut D. Comes Regni Palatinus, soluta praesenti Diaeta, veluti Praeses; item: RR. D. Georgius Széchényi Episcopus Ecclesiae Vesprimiensis et R. Stephanus Rohonczy Abbas de Szalavár etc. super universis proventibus publicis sufficientem Rationem exigere possint: 1649. *Art.* 99.

10. Pro Exactoribus earumdem Rationum D. Episcopum Jaurinensem denominant cum plena absolvendi et convincendi facultate. 1662. *Art.* 26.

11. De media Tricesima ab anno 1609. usqve ad praesentem Diaetam in Confiniorum solutionem destinata, aliisqve Subsidiis, et Contributionibus, pro publicis Regni necessitatibus ordinatis, sicut et de Summa Draskovichi-

ana, ab eorumdem Perceptoribus vix aliqvae datae fuissent Rationes; in eum finem Exactores, in Partibus qvidem Cis-et Ultra-Danubianis: RR. D. Petrus Korompay Episcopus Vaciensis; in Partibus vero Hungariae Superioribus: RR. D. Georgius Horváth Episcopus Corbaviensis denominantur. 1681. *Art.* 16.

## SECTIO X.

### *Praelati nominantur ad varias Commissiones particulares.*

#### ARTICULUS I.

*Praelati nominantur ad unionem Civitatis Crisii.*

1. Ad qvod exeqvendum RR. D. Petrus Petreticz Episcopus Zagrabiensis denominatus est. 1659. *Art.* 103.

2. Modernus Episcopus Zagrabiensis denominatur. 1715. *Art.* 127.

3. In locum moderni D. Comitis Episcopi Zagrabiensis, si cum modo adesse non poterit, Praepositus, aut alter e gremio Venerabilis Capituli Zagrabiensis, per modo fatum D. Episcopum constituatur. 1723. *Art.* 95.

#### ARTICULUS II.

*Praelatus ad Commissionem Generalatus Varasdinensis nominatur.*

Proxime instituenda Commissio cum interventu etiam Episcopi Zagrabiensis. 1715. *Art.* 113. §. 1.

## ARTICULUS. III.

*Praelati ad Commissionem neo - aqvisticam nominantur.*

Pro qvarum Commissionum Assistentibus nominantur; et qvidem Posonii: Comes Ladislaus Adamus Erdödy Episcopus Nitriensis; Cassoviae autem: Ladislaus Szentiványi Praepositus Leleszicnsis; Zagrabiae Praepositus Zagrabiensis. 1715. *Art.* 10. §. 3—5.

## ARTICULUS IV.

*Praelatus ad bonificationem Domorum Comaromiensium nominatur.*

Ut, finita praesenti Diaeta, per RR. D. Stephanum Sennyei Episcopum Vesprimiensem etc. aeqvivalentes fundi demonstrentur, et resignentur. 1662. *Art.* 39. §. 1.

## ARTICULUS V.

*Praelatus ad Commissionem Scepusiensem ordinatur.*

Ex parte sui Commissarios A. R. D. Andream Makczay Praepositum Agriensem etc. denominant. 1659. *Art.* 52. §. 2.

## ARTICULUS VI.

*Praelati ad Commissionem ratione fundorum, per Austriacos in Hungaria possessorum, nominantur.*

Ex parte Regni Hungariae: Exc. ac Illustr. D. Episcopus Zagrabiensis Comes Emericus Eszterházy S. C. ac Regiae Majestatis Intimus Actualis Consiliarius, ex parte Austriae: RR. D. Abbas ad Scotos. 1715. *Art.* 72. §. 4 5.

## ARTICULUS VII.

*Ad litem viduae Nádasdianae nominatur Ecclesiasticus.*

Ad qvam Commissionem peragendam, pro parte Hungarorum nominatur D. Ludovicus Ujlaky Praepositus Castriferrei. 1597. *Art.* 32. §. 3.

## ARTICULUS VIII.

*Praelatus nominatur ad asservationem Contributionis.*

Ad pecuniae asservationem et erogationem per Suam Majestatem cum Consilio Hungarorum ordinabuntur, unus ex Praelatis. 1598. *Art.* 10.

## ARTICULUS IX.

*Praelati ad recipienda Acta publica pro Archivo Regni nominantur.*

Per manus Illustr. ac RR. D. Comitis Ladislai de Nádasd Episcopi Chanádiensis, RR. item Adami Achady, Praepositi S. Michaelis Archangeli de Hanta Canonici Jaurinensis fideliter extradari debeant. 1723. *Art.* 45. §. 4.

# TITULUS VI.

*Praelati in Consilio Regis.*

## SECTIO I.

*Jam ab olim Praelati erant in Consilio Regis.*

Donationes pro Servitiis meritoriis per Regem Ladislaum (*IV.*) juste, et legitime factas,

juxta Consilium Archiepiscoporum, Episcoporum, et Consiliariorum nostrorum, per Regnum Deputatorum, conservari faciemus. 1291. *Art.* 7.

Qvod nos Praelatorum, et Baronum nostrorum voto unanimi, et de Consilio eorumdem dedimus. 1342. §. 1.

Una cum fidelibus, Praelatis etc. maturo exinde praehabito, et digesto consilio. Coram nobis, ac ipsis Praelatis et Baronibus nostris una cum eisdem sanximus, decrevimus, et instituimus, super hisqve statutum fecimus. *Sigism. Decr. I.* 1404. §. 8.

Ubicunqve tunc, Deo duce, una cum eisdem Praelatis etc. fuerimus constituti. *Ibidem.*

De Praelatorum, Baronum etc. consilio. 1405. *I. Exord.* §. 3.

Cum Praelatis et Baronibus dirimendas transmittere teneantur. 1405. *I. Art.* 14. §. 2.

Ubi coram ejus Majestate in consilio, praesentibus ibi nonnullis Praelatis et Baronibus Consiliariis Majestatis Suae, eorum omnium, qvae in Consilio acta sunt testibus locupletissimis promiserit: 1542. *Poson. Art.* 43. §. 5.

## SECTIO II.

### *Praelati Consilio Regis intersint.*

1. Statuimus: ut Curia Domini Regis honorificentius regi possit, et Regnum Hungariae decentius gubernari; Dominus noster Rex singulis tribus mensibus, singulos duos Episcopos, secundum exigentiam Ordinis unum de suffraganeis Strigoniensis, et alterum de suffraganeis Colocensis Ecclesiae etc. secum habeat, congruis stipendiis de bono Regio sustentandos. 1298. *Art.* 23.

2. Ultra sedecim Juratos assessores, judiciis interesse debentes, ex DD. Praelatis qvatuor per Regiam Majestatem eligantur, qvi in Octavis magnis interesse teneantur. — Ceteri insuper DD. Praelati et Barones, alias in Consilio Regiae Majestatis residentes, more alias consveto, in Consilium Regiae Majestatis semper admittantur. 1500. *Art.* 10.

3. Statutum est: ut ultra Cancellarium, Thesaurarium et Magistrum Curiae eligantur octo Consiliarii, qvatuor scilicet ex Praelatis et qvatuor ex Baronibus, qvorum qvatuor maneant semper ad latus Regiae Majestatis, et nunqvam illinc discedant, elapso medio anno, alii qvatuor succedant, qvorum officium erit: ut Majestati Suae in omnibus consulant fideliter. 1518. *Art.* 12.

4. Ut omnia praemissa robur sortiantur firmitatis; RR. DD. Cardinalis Strigoniensis, et Archiepiscopus Colocensis, nec non Qvinqve Ecclesiensis et Transylvaniensis Ecclesiarum Episcopi apud Majestatem Regiam Jurati maneant, et in consilio Regio et in Judiciis decernendis sibi assistant, et de Majestatis Regiae bona, et laudabili institutione provideant, statum Curiae suae Regiae ordine bono componant, cuncta officia et dandi, et auferendi, cum Majestate Sua, pariter authoritatem habeant, et generaliter summa omnium rerum Suae Majestatis et Regni apud eos maneat, qvi de nova cultura dispensationeqve salium Regalium, de statu et reformatione montanarum fodinarum auri et argenti, de tributis, de rebus ad montana ipsa deferendis et exigendis justa moderatione, de privilegiorum super exemptione, et tributorum etiam collatione confectorum, ut unicuiqve suum juste Privilegium observetur,

revisione; praeterea de Cancellariatu et Thesaurariatu, nec non Regiae Majestatis, ac proventuum Regiorum bona per Thesaurarium suum dispensatione, et generaliter omnium negotiorum Suae Majestatis, ac Regni sui justa, et honesta, fructuosaqve directione, diligenti cura ex nunc, et postea semper providere, superintendereqve teneantur; ceterorum etiam DD. et Consiliariorum voto, et dignitate, in consilio Majestatis Suae salvis remanentibus. 1518. *Bach. Art.* 40. 1519. *Art.* 27.

5. Ut omnes Constitutiones jam factae, et modo qvoqve formandae, effectum sortiantur, et executioni demandentur, de medio DD. Praelatorum, Baronum et Nobilium Regia Majestas aliqvot personas pro nunc eligat, et penes se accipiat, qvae plenariam authoritatem habeant, infra venturam Generalem Diaetam pro festo Nativitatis B. Joannis Bapt. in Oppido Nagy Hatvan celebrandam, omnia in consilio tractanda, aliis Praelatis forte dissidentibus, et non concordantibus, decernere, concludere, et executioni demandare; Officia Regia, tam finitima, qvam etiam interna, et alia omnia, cum consensu Regiae Majestatis mutare donare et distribuere, bonae et utili, ac Majestati Suae et huic Regno conducibili, proficuaeqve dispensationi proventuum Regiorum superintendere, atqve providere, et generaliter omnia perficere. Domini nihilominus Praelati et Barones, eorum dignitate exigente, in consilio ipso Regio interesse, tractare, et sententias suas declarare, more hactenus consveto, libere possint; summa tamen authoritas omnium rerum apud praenotatas electas personas maneat, ne per varias opiniones et sententias Regiae Majesta-

tis et Regni sui (negotia) turbentur, ac praetermittantur. 1525. *Art.* 1.

6, Ut omnes Constitutiones jam factae, et modo qvoqve formandae atqve concludendae, effectum sortiantur, et executioni demandentur Consilium Regium, qvod magna in parte per exteras nationes gubernatum, et directum est, reformetur; et ut omnia in Consilio Regio maturo tractatu, maturaqve deliberatione fiant, et ad effectum perducantur, nec alter Consiliariorum alteri super dissidio, et non concordi sententia, prout plerumqve contingere solet, culpam impingere possit, et exinde debita executio negotiorum Regni praetermittatur, Majestas Regia DD. Palatinum Regni, ac Cancellarium, Judicem Curiae, et Thesaurarium Suae Majestatis, tamqvam supremos suos Consiliarios penes se accipiat; praeterea de medio qvoqve Nobilitatis hujus Regni octo personas electas, juxta Generalis Decreti contenta, in consilium suum Regium pariter admittat, qvi post Majestatem Suam Regiam plenariam authoritatem habeant, infra venturam generalem Diaetam, pro festo B. Georgii M. proxime venturo celebrandam, omnia in Consilio Regio tractanda, aliis DD. Praelatis et Baronibus forsitan dissidentibus, et non concordantibus, cum Majestate Regia decernere, concludere, et executioni demandare; officia Regia tam finitima, qvam etiam interna, et alia omnia, cum consensu Regiae Majestatis mutare et distribuere, bonae, et utili, ac Majestati Suae, et huic Regno conducibili, proficuaeqve dispensationi proventuum superintendere, atqve providere, et generaliter omnia perficere. DD. nihilominus Praelati et Barones, eorum dignitate exigente, in Consilio ipso Regio interes-

se, tractare, et sententias suas declarare, more hactenus consveto libere valeant atqve possint. Nihilominus per Majestatem Regiam, qvod cum praescriptis Consiliariis conclusum fuerit, ratum maneat atqve firmum. 1525. *Hatvan Art.* 1.

7. Majestas Sua benigne declaravit: ad minus duos, videlicet unum Ecclesiasticum, alterum vero secularem ex Majestatis Suae Consiliariis Hungaris Aulam continue seqvi debere, qvo Majestas ipsa illorum opera in rebus istis Hungaricis, justitiam, et jura, libertatesqve Regni concernentibus uti possit. 1569. *Art.* 38.

8. Nec tamen in Consilium alii, qvam, qvi Episcopales suas Ecclesias, vel alia jura Episcopalia habuerint, admittantur, et inter hos qvidem eorum, qvi ex Nobili prosapia oriundi, habiles sunt, condigna ratio prae ceteris, sicut ante, ita imposterum observetur, sua Caesarea, et Regia Majestas benigne curabit. 1606. *Pacif. Vien. ad qvintum* §. 3.

9. Hoc tamen etiamnum addito: ne tales Episcopi, qvi residentias suas Episcopales in suis Ecclesiis, vel jura possessionaria Episcopalia in Regno non habuerint, ad consilia admittantur. 1608. *A. C. Art.* 6. §. 2.

10. Ne Episcopi, qvi Residentias suas Episcopales in suis Ecclesiis vel jura Episcopalia possessionaria in Regno non habuerint, ad Consilia admittantur, renovatur Art. ad 6. anni 1608. A. C. 1647. *Art.* 99.

11. Sua Majestas Consilium Regium Locumtenentiale instituit cum viginti duobus Consiliariis ex Statu Praelatorum etc. per Regiam Majestatem ex nunc, et in futurum denominandis. 1723. *Art.* 97.

12. Declaravit Sua Regia Majestas, se Regiae Hungarico Aulicae Cancellariae suae, pro supremo munere, atqve altissimo judicio suo, de aptis, et idoneis subjectis Hungaris provisuram, ac in emersuris vacantiarum casibus etiam Venerabilis Cleri benignam reflexionem habituram. 1741. *Art.* 13.

## SECTIO III.

### *Speciales Casus, in qvibus Rex cum Consilio Praelatorum etc. disponet, vel decidet.*

### ARTICULUS. I.

*Resipiscentibus gratia dabitur cum Consilio Praelatorum.*

Adhaerentibus ipsorum aemulorum nostrorum, pro qvibus obsides non habebimus, statuimus: Si usqve ad festum Dominicae Nativitatis coram Majestate nostra personaliter comparuerint, cum Consilio tamen Praelatorum, Baronumqve nostrorum consilii nostri gratiam obtinere. 1403. *Sigism. Gratia* §. 11.

### ARTICULUS. II.

*Potentiariis post decessum Regis Rex nec cum Consilio Praelatorum gratiam facere potest.*

Qvod nec Regia Majestas etiam cum Consilio DD. Praelatorum et Baronum, imo nec ipsum totum Regnum talibus malefactoribus gratiam faciendi habeat facultatem. 1492. *Art.* 107. §. 2.

## ARTICULUS III.

*Monetae Valor et Cursus sine Praelatorum consilio non mutetur.*

1. Monetam auri et argenti in valore et cursu, qvibus pro nunc existit, sine Consilio Praelatorum, Baronum, et Regni Nobilium non immutabimus. 1439. 10.

2. Moneta auri et argenti de valore et cursu moderno, sine Praelatorum etc. consisilio non immutetur. 1458. *Art.* 10.

3. Qvod moneta praesens ad tempus non mutetur; qvando vero mutari deberet, hoc fiat cum Consilio Praelatorum et Baronum, et non aliter. 1490 §. 17.

## ARTICULUS IV.

*In defensione Regni Rex Praelatorum, et Baronum Consilio utatur.*

Qvoad defensiones, conservationes, recuperationes metarum confiniorum in qvacunqve parte Regni, Consiliis Praelatorum et Baronum et Nobilium Rex utatur. 1458. *Art.* 14.

## ARTICULUS V.

*De metis inter Hungariam et Moraviam agat Rex cum Consilio Praelatorum.*

De metis et graniciebus inter Hungariam et Moraviam, qvidqvid de Consilio Praelatorum, Baronum, et Nobilium D. Rex de jure facere debebit, diligenter faciat. 1458. *Art.* 17.

## ARTICULUS VI.

*Rex de Consilio Praelatorum potest prorogare causas violentiales impeditorum.*

Excipiantur duntaxat hi, qvi essent in legationibus Regiis vel Regni, aut in custodia castrorum finitimorum, vel exercitu, talibus D. Rex cum Consilio Praelatorum et Baronum suorum, prorogationem facere possit. 1458. *Art.* 27.

## ARTICULUS VII.

*Rex cum Consilio Praelatorum Castra pro defensione Regni erigi faciat.*

Omnia fortalitia, per qvoscunqve erecta diruantur, demptis illis, qvae Regia Majestas erecta voluerit pro necessitate Regni cum Consilio Praelatorum et Baronum. 1458. *Art.* 41.

## ARTICULUS VIII.

*Rex circa conservationem Coronae cum Consilio Praelatorum disponit.*

Nos de pari consensu, et voluntate DD. Praelatorum et Baronum etc. debemus providere circa debitam custodiam, et conservationem ipsius Coronae Sacrae, locum, alias consvetum, et personas ad id idoneas. 1464. *Art.* 2. §. 2.

## ARTICULUS IX.

*Rex absqve Praelatorum Consilio nullum Nota infidelitatis damnet.*

1. Qvod nos aliqvem, vel aliqvos ex Regnicolis sine Praelatorum et Baronum Regni con-

silio Nota, seu crimine infidelitatis damnare non valeamus. 1464. *Art.* 3.

2. Qvod Regia Majestas neminem Regnicolarum sine Baronum, et Praelatorum consilio Nota, seu crimine infidelitatis damnare debeat. 1486. *Art.* 46.

## ARTICULUS X.

*Lucri Camerae receptio, vel relaxatio fiat cum Consilio Praelatorum.*

1. Si Rex lucrum Camerae dedit in concambium, rescindatur contractus, vel contentetur ille alio modo, secundum arbitrationem Praelatorum et Baronum. 1467. *Art.* 6.

2. Praelatis autem Ecclesiarum ---sub--- immunes---exercituare tenentur, qvibus lucrum Camerae hac ratione cognoscitur relaxatum, fiat per Regem vel competens alleviatio in antea, secundum qvod arbitrabuntur inter D. Regem tales Praelati et Barones. 1467. *Art.* 7.

## ARTICULUS XI.

*Diaetam Rex edicit de Consilio Praelatorum.*

Quod singulis annis circa festum Ascensionis Domini, de consilio Praelatorum et Baronum edicamus generalem conventum, si exigat necessitas. 1471. *Art.* 1.

## ARTICULUS XII.

*Rex absqve consilio Praelatorum nullum praeter ordinem juris captivet.*

Qvod Majestas Vestra aliqvem ex Praelatis etc. non exulet, vel captivet, sine sententia et Consilio DD. Praelatorum etc. sicuti antiqvitus erat consvetum. 1478. *Art.* 10.

## ARTICULUS XIII.

*Rex cum Praelatis et Baronibus limitat tributa.*

Comites Comitatuum loca Teloniorum Regiae Majestatis rescribere teneantur, ut tandem Majestas Sua cum DD. Praelatis et Baronibus possit, et debeat limitare, qvantum qvisqve in suo tributo ab itinerantibus exigere valeat. 1486. *Art.* 35.

## ARTICULUS XIV.

*Rex summam ex redimendis VI. Civitatibus Lusatiae cum Consilio Praelatorum exponat.*

Si successu temporum praefata Dominia a Corona Hungariae per illos, qvibus, juxta Inscriptiones, et obligationes superinde factas, competit, redimerentur, ex tunc illam totam summam pecuniae ad manus Conservatorum Coronae ad Wissegrad, penes Coronam, pro Regni necessitate conservandam assignamus, tandemqve ad defensionem, et utilitatem Regni, juxta voluntatem, et Consilium DD. Praelatorum et Baronum exponamus et convertamus, et de ipsa pecunia praeter voluntatem, et liberum, expressumqve consensum eorundem DD. Praelatorum et Baronum, nulla ratione disponamus qvidpiam, vel agamus. 1490. §. 5. 1492. *Art.* 4.

## ARTICULUS XV.

*Rex Austriam, et loca per Mathiam occupata sine voluntate Praelatorum non remittat.*

Promittimus, et nos obligamus, qvod Austriam ipsam, et cetera loca Caesareae Ma-

jestatis aut Serenissimo D. Romanorum Regi, absqve speciali, et expresso consensu, et libera voluntate, consilioqve DD. Praelatorum et Baronum, nunqvam restituemus, sed teneamus ad Coronam Hungariae, defendamusqve et tueamur contra praefatas Majestates, nec aliqva mundi via ab Hungaria alienemus. 1490. §. 6.

## ARTICULUS XVI.

*Rex cum Austriacis sine consilio Praelatorum et Baronum non concordabit.*

Qvod cum dictis Majestatibus absqve consilio, consensu, et libera, expressaqve voluntate eorundem DD. Praelatorum et Baronum, superinde non concordabimus, et si forte contingeret, qvod de eorum voluntate et consilio et annuentia concordia seqveretur, id totum, qvod ex hujusmodi concordia nostra veniret, et cederet, si id terra, aut dominium aliqvod fieret, perpetuo ad Hungariam, et ejus Coronam annectamus, applicemus, et inscribamus; si vero parata; seu numerata pecunia fieret, illam totam summam ad manus Conservatorum Coronae ad Wissegrad, penes Coronam pro Regni necessitate conservandam, assignemus, tandemqve ad defensionem et utilitatem Regni ejusdem, juxta voluntatem et consilium eorumdem DD. Praelatorum et Baronum exponamus, et convertamus; de ipsa autem pecunia, praeter voluntatem, consilium ac liberum et expressum consensum eorumdem DD. Praelatorum et Baronum, aliter nulla ratione, disponamus. 1490. §. 7.

## ARTICULUS XVII.

*Beneficia Ecclesiastica Rex cum consilio Praelatorum Hungaris conferat.*

Qvod beneficia Ecclesiastica, praesertim vero Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatias et Praeposituras, ceterasqve Praelaturas nonnisi Hungaris, vel qvi sunt Coronae ab antiqvo subjecti, absqve expresso consensu, et libera, et spontanea voluntate Praelatorum, et Baronum, Regniqve Consiliariorum conferre valeamus; conferamus autem personis probitate, ac virtutibus bene meritis. 1490. §. 11.

## ARTICULUS XVIII.

*Rex ultra centum Colonos cum consilio Praelatorum et Baronum conferat.*

1. Regia Majestas usqve ad centum Jobagiones qvibuscunqve voluerit, ultra autem centum, conferat cum consilio Praelatorum et Baronum suorum, prout continetur in literis juramentalibus Suae Majestatis. 1492. *Art.* 9.

2. Licet in Decreto Majori ita prius ordinatum fuerit, et conclusum, qvod Majestas Regia proprio motu, et per se ipsam usqve ad centum Jobagiones conferre possit, ultra vero ipsum numerum cum consilio DD. Praelatorum et Baronum, qvod DD. Regnicolis videtur inconveniens et illicitum, et idcirco nolunt constringere potestatem et auctoritatem Majestatis Suae in aliqvo. 1498. *Art.* 26.

3. Ex certa nostra scientia, ac Praelatorum etc. consilio donavimus. *P. II. T.* 14. §. 32.

ARTICULUS

## ARTICULUS XIX.

*Rex duas dignitates seculares cum consilio Praelatorum conferat.*

Si aliqvando necessitas ingrueret, propterqvam merito deberent alicui personae duae, vel etiam tres dignitates, vel officiolatus conferri, qvod Regia Majestas non faciat, nisi cum consensu et consilio DD. Praelatorum et Baronum. 1498. *Art.* 70.

## ARTICULUS XX.

*Rex cum Consilio Praelatorum Comites Comitatibus praeficiat.*

Ordinatum est: qvod Regia Majestas cum consilio et voluntate Praelatorum et Baronum suorum debeat in qvolibet Comitatu aliqvem in Comitem Parochialem praeficere. 1486. *Art.* 60.

# SECTIO IV.

## *Praelati Gubernatori et Locumtenenti pro Consilio adjuncti.*

## ARTICULUS I.

*Gubernator majora beneficia Ecclesiastica sine consilio Praelatorum etc. non conferat.*

Gubernator nec Archiepiscopatus et Abbatias majores absqve scitu, et voluntate, et consensu, et collaudatione Consiliariorum suorum conferre valeat. 1446. *Art.* 6.

## ARTICULUS II.

*Gubernator sine Consilio Praelatorum Infidelibus gratiam non det.*

Gubernator eligendus qvibuscunqve Infidelibus sine reqvisitione Praelatorum, Baronum et Regnicolarum gratiam facere neqveat. 1446. *Art.* 6.

## ARTICULUS III.

*Duo Praelati, et Barones provideant Gubernatori et Consiliariis de proventibus Regalibus.*

De proventibus Regalibus, qvibus ipse Gubernator, ac sui Consiliarii utantur, et de dispositione ipsis fienda, committitur judicio duorum Praelatorum, et Baronum, qvibus de qvalitate proventuum Regalium plenior certitudo. 1446. *Art.* 8.

## ARTICULUS IV.

*Gubernator a Praelatis recepit limitationem Gubernationis.*

Nos potestatis nostrae Gubernationis limitatione a DD. Praelatis, Baronibus etc. recepta. 1446. *Concl.*

## ARTCUILUS V.

*Locumtenenti Regis adjungantur qvatuor ex Praelatis.*

Dignetur Regia Majestas in absentia sua D. Locumtenenti adjungere ex Ordine DD. Praelatorum qvatuor, totidem ex ordine Baronum, qvorum consilio ipse D. Locumtenens

in omni administratione utatur hic Posonii continue residendo, qvorum pars dimidia semper penes ipsum D. Locumtenentem maneat, 1542. *Poson. Art.* 30.

## SECTIO V.

### *Reliqvae Praelatorum in Consilio partes.*

### ARTICULUS I.

*Praelati et Barones Regnicolis assistant.*

Qvod ipsi DD. Praelati, et Barones in omnibus pro utilitate Regni Regnicolis assistant. 1446. *Art.* 5.

### ARTICULUS II.

*Praelati provideant de modo exstirpandi malefactores.*

Qvod a festo B. Martini Conf. proxime venturo, usqve ad festum similiter B. Martini generale judicium celebrari non faciamus, interea autem DD. Praelati etc. de alio modo cogitare habebunt, qvo malefactores exstirpentur. 1481. *Art.* 14.

### ARTICULUS III.

*Qui in Consilio Regio contra libertatem Regni ageret, universis Praelatis etc. denuncietur.*

Si qvis Dominorum, aut Regnicolarum in Consilio Regiae Majestatis contra libertatem, et commune bonum, atqve Statum hujus Regni palam, publice, et temerarie agere atten-

taret, talem teneantur DD. Assessores in Generali Diaeta proxime semper ventura, universis DD. Praelatis etc. ex nomine manifestare, qvem ibidem, tamqvam Reipublicae, libertatisqve Regni proditorem, et turbatorem, in rebus et persona, juxta sua demerita puniendi habeant facultatem. 1507. *Art.* 7.

## ARTICULUS IV.

*Consiliarios Praelatos et Barones Rex quos vult, retinere potest.*

Qvod cum Praelati et Barones Majestatis Regiae sint Consiliarii, est in arbitrio Suae Majestatis retinere apud se qvos Majestas Sua voluerit. 1526. *Art.* 31.

# TITULUS VII.

*Praelati diversos Officiolatus Regni gerebant.*

## SECTIO I.

*Praelati erant Locumtenentes Regii.*

1. Praelati et Barones Locumtenentes Majestatis Regiae. *Sigism. Regestum Exercituat. A,* 1433. *Art.* 12.

2. Manibus D. Reverendissimi Locumtenentis. 1545. *Art.* 47.

3. Reverendissimo in Christo Patre D. Strigoniensi Locumtenente nostro. 1547. *Resp.* §. 2.

4. Super causis, qvae tempore RR. D. condam Locumtenentis, indecisae apud eam remanserunt. 1550. *Art.* 57.

5. D. Locumtenens in revisione appellationum plures, qvam hactenus, Praelatos ex DD. Consiliariis adjungat. 1575. *Art.* 3.

6. In appellationibus, penes RR. D. Locumtenentem Suae Majestatis. 1582. *Art.* 4. §. 46. *Art.* 5. §. 2. 5.

7. In appellationibus penes RR. D. Locumtenentem Suae Mejestatis. 1588. *Art.* 30. §. 2. 4—8.

8. D. Magister Stephanus Zerdahelyi Prothonotarius RR. D. Locumtenentis. 1594. *Art.* 14.

9. RR. D. Locumtenens. 1596. *Art.* 22. §. 3.

10. In praesentiam RR. D. Locumtenentis. 1600. *Art.* 22.

11. Citentur in praesentiam RR. D. Locumtenentis. 1601. *Art.* 20- 34.

12. Citentur in praesentiam RR. D. Locumtenentis. 1604. *Art.* 8. §. 18.

## SECTIO II.

### *Praelati erant Cancellarii et Vice Cancellarii.*

1. Datum per manus Cleri Aulae nostrae Cancellarii et Agriensis Ecclesiae Praepositi. 1222. *Concl.*

2. Salvo tamen jure Albensis Ecclesiae, et Privilegio, qvod Albensis Ecclesia nostra in ipsa Vice Cancellaria habet, et habere agnoscitur ab antiqvo. 1291. *Art.* 9.

3. Datum per manus discreti Viri Magistri Theodori Albensis Ecclesiae nostrae Praepositi, Aulae nostrae Vice Cancellarii fidelis et dilecti nostri. 1291. *Concl.*

4. Datum per manus Venerabilis in Christo Patris, Domini Nicolai eadem et Apostoli-

cae Sedis gratiâ Episcopi Ecclesiae Zagrabiensis Aulae nostrae Vice Cancellarii, dilecti et fidelis nostri. 1351. *Concl.*

5. Datum per manus RR. in Christo Patris et D. Demetrii miseratione divina Tituli SS. Qvatuor Coronatorum sacro sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis, ac Sanctae Strigoniensis Ecclesiae Gubernatoris Perpetui, et Aulae nostrae fidelis Cancellarii. 1384. *Concl.*

6. Datum per manus RR. in Christo Patris, et DD. Eberhardi, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Zagrabiensis, Aulae nostrae summi Cancellarii, dilecti nostri et fidelis. 1405. *I. Concl.*

7. Datum per manus Venerabilis D. Matthiae de Gathalocz Praepositi Ecclesiae Qvinqve Ecclesiensis, Aulae nostrae Summi Cancellarii, fidelis nostri dilecti. 1435. *II. Concl.*

8. Simon de Rozgon Episcopus Agriensis Sumpmus Cancellarius Regiae Majestatis. 1444. *Concl.*

9. Datum per manus RR. in Christo Patris D. Stephani Colocensis, et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Archiepiscopi, Lociqve ejusdem Colocensis Comitis Perpetui, Aulae nostrae Summi Cancellarii, fidelis nostri dilecti. 1564. *Concl.*

10. Datum per manus R. in Christo Patris D. Joannis Episcopi Ecclesiae Varadinensis, Aulae nostrae Secretarii Cancellarii, dilecti et fidelis nostri. 1486. *Decr. Maj. Concl.*

11. Datum per manus R. in Christo Patris D. Thomae Episcopi Ecclesiae Jaurinensis, et Summi Secretarii Cancellarii nostri, fidelis nobis dilecti. 1492. *Concl.*

12. Datum per manus R. in Christo Patris D. Thomae Postulati Agriensis Aulae nostrae Summi., et Secretarii dilecti et fidelis nostri. 1495. *Concl.*

13. Thoma Strigoniensis, Legato Nato, Summo et Secretario Cancellario nostro, Ecclesiae Archiepiscopo. 1500. *Concl.*

14. Thoma Tituli S. Martini in Montibus S. Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali, Strigoniensis, Summo, et Secretario Cancellario nostro Ecclesiae Archiepiscopo. 1504. *Concl.*

15. Georgio Varadiensis Ecclesiae Fpiscopo Cancellario nostro. 1504. *Concl.*

16. Georgio Qvinqve Ecclesiensis Ecclesiae Episcopo Secretario Cancellario nostro. 1514. *Concl.*

17. Qvod super duobus florenis per RR. Vaciensem, tunc Thesaurarium, nunc vero Cancellarium Regium exactis, ratio detur. 1515. *Toln. Art.* 13.

18. Regnicolis Majestas Sigillum suum Hungarae Nationis homini RR. DD. Cancellario Suae Majestatis bene merito conferre dignetur. 1525. *Art.* 3.

19. Qvum RR. D. Archiepisopo Ecclesiae Strigoniensis ex ejusdem Ecclesiae antiqvis Privilegiis, tamqvam Summo, et Secretario Cancellario Regio jure competat, ut ipse, juxta formam Generalis Decreti Regni tamqvam Personalis Majestatis Regiae Praesentia, unus ex Judicibus Regni ordinariis esse censeatur; tum igitur ex eo, tum etiam, qvod sit, et Hungariae Primas, Majestas Regia inter DD. Locumtenentem, et ceteros Ecclesiasticos Consiliarios, ac Judices, Regni Ordinarios eum faciat ordinem, ut idem D. Strigoniensis, et in Consilio, et Judicio pro suo et Ecclesiae suae ho-

nore, ut convenit, sua libere fungatur authoritate. 1536. *Art.* 15.

20. Desideriis Statuum et Ordinum Regni in eo etiam Sua Majestas, C. Regia clementer, deferre dignata est, qvod altefata Sua Majestas, vigore Art. 10. (*A.* 1741.) duplex etiam Sigillum suum Regium eidem Primati et Archiepiscopo, qva Summo Cancellario, benigne consignatura, eundemqve in avitum, et legalem illius usum restitutura sit. 1751. *Art.* 3.

21. Per RR. D. Joannem Kuthassy Episcopum Jaurinensem, et Regni Hungariae Cancellarium. 1595. *Transylv. Exord.*

22. Qvam ad rem (*negotium Confaederationis Polonicae*) nominant RR. DD. Cancellarium etc. 1596. *Art.* 60.

23. Franciscus Forgách de Ghymes Nitriensis Ecclesiae Episcopus, Lociqve ejusdem Comes Perpetuus, et per Regnum Hungariae Cancellarius. 1606. *Litt. Hung. Bohemis datae.*

24. Datum per manus fidelis nostri, nobis dilecti Reverendi Valentini Lépes Electi Episcopi Nitriensis, Lociqve ejusdem Comitis Perpetui, Consiliarii, et Aulae nostrae Cancellarii. 1608. *Concl.*

25. Neqve DD. Episcopi, et Ecclesiarum Praelati, aliaeqve personae Ecclesiasticae plures dignitates, et plura beneficia possidere valeant. Non provisorum tamen, D. Cancellarii, in Aula Suae Majestatis occupati, condigna habeatur ratio. 1647. *Art.* 98. §. 1. 2.

26. Datum per manus fidelis nostri, nobis dilecti Reverendi Valentini Lépes Episcopi Ecclesiae Nitriensis, Lociqve ejusdem Comitis Perpetui, Consiliarii, et Aulae nostrae Cancellarii. 1609. *Concl.* 1613. *Idem in authentico subscriptus.*

27. Ad rectificationem metarum circa Moraviam commissarii nominantur: RR. D. Georgius Szelepchényi Episcopus Nitriensis et Aulae Suae Majestatis Cancellarius. 1649. *Art.* 27. §. 1.

28. Datum per manus fidelis nostri, nobis sincere dilecti RR. in Christo Patris D. Georgii Szelepchényi Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Archiepiscopi, Administratoris Episcopatus Nitriensis, Locorumqve eorumdem Comitis Perpetui et per Hungariam Aulae nostrae Cancellarii etc. 1659. *Concl.*

29. Ad rectificationem metarum versus Moraviam: Illustr. ac RR. D. Georgium Szelepchényi Archiepiscopum Colocensem, Episcopum Nitriensem, et Comitatus Nitriensis Supremum Comitem, ac S. C. et Regiae Majestatis per Hungariam Aulae Cancellarium. 1662. *Art.* 37. §. 7.

30. Datum per manus fidelis nostri, nobis sincere dilecti RR. in Christo Patris D. Georgii Szelepchényi, Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Electi Archi Episcopi, Administratoris Episcopatus Nitriensis, Locorumqve et Comitatuum eorumdem Supremi ac Perpetui Comitis, Consiliarii nostri Intimi, et per Hungariam Aulae nostrae Cancellarii. 1662. *Concl.*

31. Pro rectificatione metarum Regni circa Moraviam: RR. D. Joannes Gubasóczy Episcopus Nitriensis, et per Hungariam Aulae Cancellarius. 1681. *Art.* 22. §. 2.

32. Datum per manus fidelis nostri, nobis dilecti, Reverendi Petri Korompay Episcopi Nitriensis, Lociqve, ac Comitatus ejusdem Supremi et Perpetui Comitis, Consiliarii no-

stri, et per Hungariam Aulae nostrae Cancellarii. 1687. *Concl.*

33. Datum per manus fidelis nostri, nobis sincere dilecti Reverendissimi Adami Achady de Eadem, Episcopi Vesprimiensis, Lociqve, et Comitatus ejusdem nominis Supremi, ac Perpetui Comitis, Abbatis S. Martini de Vaska, Consiliarii nostri Actualis Intimi, et per dictum Regnum nostrum Hungariae Aulae nostrae Cancellarii. 1729. *Concl.*

## SECTIO III.

### *Praelatus erat Croatiae, Dalmatiae et Sclavoniae Banus.*

Petro Berizlo Vesprimiensis Ecclesiae Episcopo, Sumpmo Thesaurario nostro, ac Regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae Bano. 1514. *Concl.*

## SECTIO IV.

### *Praelati Personalis in Judiciis Praesentia.*

### ARTICULUS I.

*Archiepiscopus Strigoniensis est Personalis Majestatis Regiae Praesentia.*

1. Cum RR. D. Archiepiscopo Ecclesiae Strigoniensis ex ejusdem Ecclesiae antiqvis Privilegiis, tamqvam Summo, et Secretario Cancellario Regio, jure competat, ut ipse, juxta formam Generalis Decreti Regni, tamqvam Personalis Majestatis Regiae Praesentia, unus ex Judicibus Regni Ordinariis esse censeatur; tum

igitur ex eo, tum etiam, qvod sit et Hungariae Primas, Majestas Regia inter DD. Locumtenentem, et ceteros Ecclesiasticos Consiliarios, ac Judices Regni Ordinarios eum faciat ordinem, ut idem D. Strigoniensis et in Consilio, et in Judicio, pro suo, et Ecclesiae suae honore, ut convenit, sua libere fungatur authoritate. 1536. *Art.* 15.

2. Statutum et Ordinatum est, ut etiam post, et extra Octavas evocationes Breves super omnibus actibus potentiariis ab A. D. 1454. patratis, possint fieri sub sigillo Judicatus Spiritualis Personalis Praesentiae Regiae, sculpendo proxime pro eodem, qvae tertium Prothonotarium in Praesentiam constituendum habebit. 1458. *Art.* 29.

3. Accedit: qvod in Judiciis Personalis Praesentia Regiae Majestatis semper interesse, literas etiam sigillare debet; is vero ut plurimum Spiritualis esse consvevit, et idcirco non convenit, ut in Sede Judiciaria duellum decernatur. 1486. *Art.* 18. §. 4.

4. Accedit plerumqve, qvod in Judiciis Personalis Praesentia Regiae Majestatis interesse, literas etiam signare minime poterit, is enim cui committitur hoc, ut plurimum Spiritualis esse consvevit, et idcirco non convenit; ut in Sede Judiciaria duellum decernatur. 1492. *Art.* 37. §. 3.

## ARTICULUS II.

### *Praelati erant Personalis Praesentiae Regiae Locumtenentes*

Stephano Nitriensis Ecclesiae Episcopo Praesentiae nostrae Locumtenente. 1508. *Dipl. Inaug.*

## SECTIO V.

### *Praelatus fuit Supremus Capitaneus.*

Ultra Tybiscum sub Capitaneatu D. Episcopi Varadinensis, qvi nunc Supremum Captaneum in illis Partibus agit. 1555. *Art.* 4. §. 2.

## SECTIO VI.

### *Praelati erant Thesaurarii Regii.*

1. Urbano Electo, et Confirmato Jaurinensi Summo Thesaurario nostro. 1486. *Concl.*

2. Petro Berizló Vesprimiensis Ecclesiae Episcopo, summo Thesaurario nostro, ac Regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae Bano. 1514. *Concl.*

3. Vaciensis Episcopus, antea Thesaurarius, deinde Cancellarius Regius super exactis taxis, et contributionibus rationes reddat. 1518. *Toln. Art.* 13. 1518. *Bach. Art.* 39. 1519. *Art.* 41.

4. Thesaurarius super eo, qvod non aliter procedat, juramentum coram Majestate Regia, ac DD. Consiliariis, et Assessoribus praestet, qvi, si postea contrarium fecisse, repertus fuerit, ex tunc, persona Ecclesiastica existens, in beneficiorum, et etiam patrimoniorum jurium suorum amissione convincatur, qvae Majestas Regia, qvibuscunqve voluerit, liberé conferre possit. 1519. *Art.* 17.

5. Ordines et Status communibus votis elegerunt Thesaurarios, alterum ex ordine DD. Praelatorum RR. D. Episcopum Nitriensem, cui, D. scilicet Episcopo Nitriensi ad qvinqvaginta Eqvites, per tres florenos, atqve insuper sexaginta florenos in singulos menses pro mensa sua constituerunt. 1547. *Art.* 9.

6. Qvod Thesaurarius, sive Perceptor proventuum Regiorum, sive Praefectus, aut qvovis alio nomine appelletur, ut deinceps nativi Hungari semper, et seculares eligantur, conclusum est. 1606. *Pacif. Vien. ad Qvintum.*

## SECTIO VII.

### *Praelati erant Praefecti Camerae Regiae.*

1. Ad manus Venerabilis D. Alberti (*de Pereg.*) Praefecti Camerae suae Regiae, danda, et restituenda (*Castra*) in praesentia ipsius Petri Keglevich commiserit. 1542. *Poson. Art.* 43. §. 5.

2. Cum his revolutionibus, contra expressas Regni leges, signanter vero Art. 5. A. 1618. et ad 5. A. 1608. A. C. nec non Pacificationis Viennensis Art. 5. Officium Thesaurariatus Regni non seculari, sed Ecclesiasticae personae collatum fuisset, ideo, renovatis iisdem legibus, cum benigna Suae Majestatis annuentia statuitur: ut pro eodem officio, stante praesenti Diaeta, secularis persona, ac de patria bene merita, denominetur, qvae loco moderni D. Praesidis, primo qvoqve tempore constituatur, atqve ut idem Officium a modo imposterum semper personae seculari conferatur. 1681. *Art.* 14.

## SECTIO VIII.

### *Praelati erant Loci et Comitatus, Supremi, et Perpetui Comites.*

### ARTICULUS I.

*Archiepiscopus Strigoniensis est Supremus et Perpetuus Comes Comitatus Strigoniensis.*

1. Nicolao Strigoniense Archiepiscopo, Locique ejusdem Comite Perpetuo. 1351. *Concl.*

2. Datum per manus RR. in Christo Patris, et DD. Demetrii miseratione divina Tituli SS. Qvatuor Coronatorum Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis, ac Sanctae Strigoniensis Ecclesiae Gubernatoris, Perpetui, Lociqve ejusdem Comitis similiter Perpetui, et Aulae nostrae fidelis Cancellarii. 1384. *Concl.*

## ARTICULUS II.

### *Archi-Episcopus Colocensis fuit Perpetuus Comes Loci ejusdem.*

1. Datum per manus RR. in Christo Patris D. Stephani Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Archiepiscopi, Lociqve ejusdem Colocensis, Comitis Perpetui. 1464. *Concl.*

2. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti RR. in Christo Patris D. Georgii Szelepchényi Colocensis, et Bachiensis Ecclesiarum, canonice unitarum Archiepiscopi Administratoris Episcopatus Nitriensis, Locorumqve eorumdem Comitis Perpetui. 1659. *Concl.*

3. Versus Austriam: Illustr. ac RR. D. Georgium Szelepchényi Archiepiscopum Colocensem, Episcopum Nitriensem et Comitatus Nitriensis Supremum Comitem etc. 1662. *37. §. 7.*

4. Datum per manus fidelis nostri, nobis sincere dilecti RR. in Christo Patris D. Georgii Szelepchényi Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum Canonice unitarum Archiepiscopi, Administratoris Episcopatus Nitriensis, Locorumqve, et Comitatuum eorumdem Supremi, ac Perpetui Comitis. 1662. *Concl.*

## ARTICULUS III.

*Episcopi et Archiepiscopi Agrienses Supremi et Perpetui Comites Comitatuum Heves, et Exterioris Szolnok.*

1. Qvod Honor Comitatus Hevesiensis, juxta contenta Decreti, personae seculari conferatur; qvia Episcopus Agriensis extra Regnum moratur, qvi, si ad residentiam venerit, vel autem Ecclesia ipsa Praelatum alium residentem habuerit, honor ejuscemodi Comitatus iterum ad Ecclesiam redeat. 1514. *Art.* 56. §. 2.

2. Pro limitibus Regni cum vicinis Provinciis definiendis nominatur versus Poloniam: Exc. ac Ill. D. Comes Franciscus Barkóczy de Szala Episcopus Agriensis II. Comitatuum Heves et Exterioris Szolnok Perpetuus Supremus Comes etc. 1751. *Art.* 26.

3. De differentiis qvoad limites Regni terminandis versus Poloniam: Exc. Ill. ac RR. Comes Carolus Eszterházy de Galantha, Perpetuus in Fraknó, Episcopus Agriensis, Comitatuum Heves et Exterioris Szolnok articulariter unitorum Supremus ac Perpetuus Comes etc. 1765. *Art.* 16.

## ARTICULUS IV.

*Episcopi Nitrienses scribebantur Supremi ac Perpetui Loci et Comitatus Nitriensis Comites.*

1. Franciscus Forgách de Ghymes, Nitriensis Ecclesiae Episcopus, Lociqve ejusdem Comes Perpetuus. 1606. *Literae Hungarorum Bohemis datae.*

2. Datum per manus fidelis nostri, nobis dilecti, Reverendi Valentini Lépes, Electi Epi-

scopi Nitriensis, Lociqve ejusdem Comitis Perpetui 1608. *Concl.*

3. Datum per manus etc. D. Georgii Szelepchényi Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum, canonice unitarum Archiepiscopi, Administratoris Episcopatus Nitriensis, Locorumqve eorumdem Comitis Perpetui. 1659. *Concl.*

4. Datum per manus etc. D. Georgii Szelepchényi Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Electi Archiepiscopi, Administratoris Episcopatus Nitriensis, Locorumqve, et Comitatuum eorumdem Supremi, ac Perpetui Comitis. 1662. *Concl.*

5. Ad rectificationem metarum versus Moraviam: Ill. ac RR. D. Georgium Szelepchényi Archiepiscopum Colocensem, Episcopum Nitriensem et Comitatus Nitriensis Supremum Comitem, 1662. *Art.* 37. §. 7.

6. Datum per manus R. Petri Korompay Episcopi Nitriensis, Lociqve, ac Comitatus ejusdem Supremi, et Perpetui Comitis. 1687. *Concl.*

7. Pro limitibus Regni definiendis, versus Austriam Exc. ac Ill. D. Comes Emericus Eszterházy de Galantha Episcopus Nitriensis I. Comitatus nominis ejusdem Perpetuus Supremus Comes. 1751. *Art.* 26.

## ARTICULUS V.

*Episcopi Vesprimienses scribebantur Loci et Comitatus nominis ejusdem Supremi, ac Perpetui Comites.*

1. Demetrius Napragy Vesprimiensis Ecclesiae Episcopus, et Loci ejusdem Comes. 1606. *Literae Hung. Bohemis datae Exord.*

2. Datum

2. Datum per manus R. Adami Achády de Eadem Episcopi Vesprimiensis, Lociqve, et Comitatus nominis ejusdem supremi, ac Perpetui Comitis. 1729. *Concl.*

## ARTICULUS VI.

*Jaurinensis Episcopus scribitur Loci ejusdem Comes Perpetuus.*

Augustinus Jaurinensis Episcopus, Lociqve ejusdem Comes Perpetuus. 1462. *Cautio pro Matthia. R. Exord.*

## ARTICULUS VII.

*Episcopus Zagrabiensis scribitur Comes Perpetuus de Berzencze.*

Versus Styriam et Carnioliam ex parte Croatiae: Exc. Ill. ac RR. D. Franciscus Thauszi Episcopus Zagrabiensis, Abbas B. M. V. de Thopuszka, Perpetuus Comes de Berzencze. 1765. *Art.* 16.

## ARTICULUS VIII.

*Episcopus Bosnensis fuit supremus Comes Comitatus de Posega.*

Ill. ac RR. D. Josephus Antonius Chiolnich de Chiolka, Episcopus Bosnensis, seu Diakovariensis, Comitatus Posegensis supremus Comes, S. C. et R. A. Maj. Consiliarius. 1765. *Art.* 16.

## ARTICULUS IX.

*Constitutiones de Episcopis supremis Comitibus.*

1. Majestas Regia nemini ex ipsis DD. Episcopis et Praelatis, aliisqve Viris Ecclesia-

sticis honorem, vel Officiolatum Comitatus, etiam pro tempore dare, et conferre valeat, sed personae seculari bene meritae conferatur, ab illis vero, qvi perpetuo, aut alio qvocunqve jure honor alicujus Comitatus hactenus collatus, et datus fuisset, per ipsam Regiam Majestatem auferatur, et modo praemisso conferatur, nisi per Sanctos Reges superinde aliqvas collationes, sive Privilegia habuerint, qvas producant, si qvi habent, infra Congregationem praesentem, alioqvin invigorosae relinqvantur, et similiter tales Honores personis secularibus conferantur. 1498. *Art.* 57.

2. Qvae de Episcopis Comitibus Comitatuum in particulari recensentur; et utrum hujusmodi Personae Ecclesiasticae seculares possint habere dignitates, id futura Diaeta Rex et Regnicolae concludent. 1606. *Pacif. Vien. ad. Qvintum.* §. 4.

3. Utrum Episcopi seculares in Regno habere possint dignitates, id nunc Regia sua Majestas, durante adhuc hac Diaeta, cum Regnicolis concludet. 1608. A. *C. Art.* 6.

4. De Episcopis Comitibus, juxta Viennensem Conclusionem, Rex, et Regnicolae in futura Diaeta concludant, et ipsi Privilegia sua producant. 1609. *Art.* 23.

## SECTIO IX.

### *Praelati erant Conservatores Coronae.*

1. Qvod S. Coronam hujus Regni DD. Praelati non teneant, sed solummodo DD. Barones et Seculares. 1498. *Art.* 25.

2. Corona Regni in Arce Posoniensi, una cum omnibus clenodiis, in Regestro compre-

hensis in Repositorium, D. Palatini, trium Praelatorum, et totidem Baronum sigillis obsigillata imponatur. 1608. P. C. *Art.* 16. §. 1.

# TITULUS VIII.

## *Libertates et Obligationes Civiles Praelatorum.*

## SECTIO I.

### *Libertates et immunitates Praelatorum in genere.*

### ARTICULUS I.

*Praelati inter Status Regni primi nominantur ubique.*

1. Regium solium ornat Ordo Pontificum, ac per hoc in Regali dignitate tertium possident locum Pontifices. *S. Steph. Decr. L. I. C.* 3.

2. Cum Regni Hungariae Status et Ordines ex qvatuor conditionatis Regnicolis, nempe: Praelatis, Baronibus, seu Magnatibus, Nobilibus, et liberis Civitatibus constent; ideo decretum est: ne sua Majestas Regia praeter hos Ordines, qvempiam in generalem Regni Diaetam per Regales suas literas advocari faciat. 1608. *P. C. Art.* 1. §. 2. 3.

3. Personae spirituales, qvarum medio salutem humanam Dominus et Salvator noster administrari voluit, personis secularibus digniores habentur, Homagiorum qvantitas variatur, nam DD. Praelati centum Marcas pro homagiis suis conseqvuntur, occasione dignitatis Sacerdotii, unde et Regi propingviores in stando, vel sedendo, primi in Consilio

voces emittendo, merito praeferuntur. *P. I. T. 2.*

## ARTICULUS II.

*Praelati petierunt, ut eos Reges in suis libertatibus conservent.*

1. Qvod cum coronaremur Albae feliciter, Praelati, Barones etc. supplicarunt nobis, ut Regnum in antiqvis libertatibus tenere dignaremur. 1468. *Assecurator: Exord. in Vestig. Comitior. p. 378.*

2. Petentes, ut tam nos, qvam ipse filius noster, eosdem DD. et Praelatos etc. ac Decretis, ac concessis ipsis per nos libertatibus conservare, et easdem libertates, et Decreta ipsa cum eisdem etiam DD. Praelatis etc. conservari etiam faceremus, et eosdem DD. Praelatos etc. literis nostris assecuraremus, ut filium nostrum ad manus D. Romanorum Regis, aut sub gubernationem, et tutelam ejusdem, vel alterius forensis Principis non dabimus, sed eundem apud manus eorumdem DD. Praelatorum etc. mittemus ad gubernandum; promittimus in verbo nostro Regio pro nobis et pro eodem filio nostro universisqve heredibus et successoribus nostris, ut praescripta Decreta, sed et alias omnes libertates, per nos eisdem DD. Praelatis etc. concessas firmiter observaturos, et tam per filium nostrum, qvam per DD. Praelatos etc. facere observari, prout iidem DD. Praelati etc. se observaturos promiserunt. Promittimus praeterea, qvod filium nostrum apud manus DD. Praelatorum relinqvemus, asseeurantes insuper DD. Praelatos etc. ut idem filius noster praemissas libertates observabit, similiter in verbo suo Regio promittere teneatur.

1508. *Wladislai R. Assecuratoriae in Vestig. Comit. p.* 455.

3. Supplicant Status et Ordines Regni Majestati suae Caesareo Regiae humiliter, dignetur in antiqvis libertatibus DD. Praelatos etc. benigne conservare. 1567. *Art.* 40.

## ARTICULUS III.

*Praelati in suis libertatibus conserventur.*

1. Ipsos Praelatos, Barones etc. praemissis lbertatibus in Articulis superius expressis, perhempnaliter fruituros, et gavisuros committendo. 1439. *Concl.*

2. Qvod Regnum Hungariae etc. Dominosqve Praelatos, Barones, omnes Ecclesias, Ecclesiasticasqve personas etc. conservabimus in antiqvis privilegiis, juribus, immunitatibus, libertatibus et Consvetudinibus approbatis. 1490. §. 2.

3. Id qvod coram DD. Praelatis etc. qvi ex Conventu delecti exstiterunt Viennae sese facturam viva voce obtulit. 1538. *Art.* 29. §. 9.

## ARTICULUS IV.

*Corregens curabit, ut Praelati in suis immunitatibus conserventur.*

Ut DD. Praelati etc. in suis libertatibus, praerogativis, et immunitatibus, juribus et legibus conserventur, Regia Serenitas vi sui Corregiminis curabit. 1741. *Art.* 4. *§.* 6.

## ARTICULUS V.

*Rex Coronam de manibus Praelatorum et Baronum nunqvam auferet.*

Coronam Regni de manibus Praelatorum et Baronum nulla ex causa, vel qvaesito colore,

nulla etiam industria, vel arte auferemus. 1490. §. 4. 1492. *Art.* 3.

# SECTIO II.

## *Immunitates et libertates Praelatorum in specie.*

### ARTICULUS I.

*Immunitates Praelatorum personales.*

#### §. I.

*Homagia Praelatorum.*

1. DD. Praelati centum Marcas pro Homagiis suis conseqvuntur. *P. I. T.* 2. §. 2.

2. Homagia Praelatorum ad centum Marcas, qvadringentos florenos facientes, se extendunt. *P. II. T.* 40. §. 2.

3. Homagium suum Praelatus, qvadringentis florenis solvere tenetur. *P. II. T.* 43. §. 2.

#### §. II.

*Praelati sub propriis Sigillis Procuratores constituunt.*

Sciendum: qvod Praelati, ut Archiepiscopi, et Episcopi, nec non Prior Auranae, per literas eorum proprias, et notoriis sigillis ipsorum roboratas, Procuratores constituendi facultatem habent. *P. II. T.* 13. §. 6.

#### §. III.

*Privilegium immunitatis a juramento personali confirmatur.*

Qvod Privilegia attinet, qvae olim Archiepiscopis Strigoniensibus, ac Prioribus de Lö-

völd pro tempore constitutis, certisqve aliis in Regno, per divos Reges dicuntur esse concessa, qvibus Privilegiis eximuntur ipsimet a praestando juramento, cum judicialiler eis imponitur, permittiturqve eis, ut, loco sui, officiales ipsorum possint jurare; cum DD. Praelati ac Barones cum DD. Nobilibus super hoc articulo non convenirent, sed communi deliberatione, pariqve consensu, ad arbitrium Regiae Majestatis, negotium integrum esset rejectum; tandem Statutum est per Suam Majestatem, et per Ordines Regni admissum: ut privilegia ipsa, secundum eorum tenorem in suo veteri, et pristino maneant vigore, habeanturqve rata, et firmiter observentur in omne tempus. 1550. *Art.* 64.

## §. IV.

*Praelati in omnibns Causis citari debent.*

Ut Citatio Praelatorum ordinario, et consveto juris processu in omnibus casibus et causis in Tit. 9. P. I. Operis Decreti Tripartiti, et Art. 14. A. 1618. contenta, observetur. 1723. *Art.* 5.

## §. V.

*Praelatorum interemptores Capitali poena puniantur.*

Praelatorum interemptores Capitali poenae cum exasperatione supplicii, juxta gradus officii qvalitatem pronunciandae, subjiciuntur. 1723. *Art.* 11. §. 6. 7.

## §. VI.

*Qvod Praelàti Ecclesiarum ob delicta Praedecessorum suorum condemnari non possint.*

Si de bonis et juribus possessionariis cujuspiam Praelati aut Abbatis vel Praepositi actus

potentiarii, vel malorum genera patrarentur, atqve committerentur, et talis Praelatus, aut Abbas, vel Praepositus, qvamdiu in humanis agerct, propterea in Curiam Regiam non evocaretur, vel aliter in causam qvomodolibet non attraheretur; tunc, decedente eo, successor suus, ratione hujusmodi actuum potentiariorum, qvantum in persona sua, condemnari, et aggravari non poterit; sed solummodo ex parte Jobagionum, ac familiarium illius Ecclesiae, per qvos mala illa perpetrata fuisse dignoscuntur, Judicium, et justitiam Actori facere, et impendere tenetur, qvoniam bona, et jura possessionaria Ecclesiarum, nemo Praelatorum, aut Abbatum, vel Praepositorum, seu etiam aliarum personarum Ecclesiasticarum, propter suos excessus amittere, et ab ipsa Ecclesia alienare potest. Sed si qvispiam illorum in Emendae Capitis Sententia convictus fecerit, tunc solummodo de homagio, et damnis illatis satisfacere debet. Successor itaqve suus, qvi non hereditario jure, sed via electionis successit, Emendam Capitis illius Praedecessoris sui, ex qvo evocatus non fuit, subire, compensareqve non tenetur. Si igitur in facto occupationis bonorum causa mota fuerit, qvia forte Ecolesia bona illa habet, et possidet; etiam decedente qvolibet Praelato, aut Abbate, vel Praeposito, successor suus in hoc casu semper evocari, et condemnari potest. Et hoc idem est intelligendum etiam de illis Ecclesiarum Praelatis, qvi per translationem in alterius Ecclesiae beneficium, vel dominium, se conferunt moraturos. P. II. T. 51.

## §. VII.

*A rapinis militis exteri nec Praelati immunes erant.*

Neqve aliam penuriae causam esse existimant, qvam qvod externus miles obvium qvodqve diripuit, sine ullo Nobilis aut rustici, Praelati, aut Magnatis discrimine. 1596. *Art.* 24. §. 6.

## §. VIII.

*Prorogatio Praelatis etc. absentibus in omnibus judiciis conceditur.*

Qvod semel etiam in Octavis, vel Brevibus Judiciis, qvomodolibet celebrandis, tum DD. Praelati, qvam Barones, ceteriqve Regnicolae, dum in peregrinationibus extra Regnum hoc, et ultra Partes marinas occupabuntur, semel propter absentiam, et non venientiam, in aliqvo onere, vel gravamine non convincantur. Illis qvoqve, qvi in Gymnasiis et Studiis literalis Scientiae praeoccupati fuerint clausula praedicta, modo simili, semel, et non pluries suffragari debebit. 1500. *Art.* 1.

## ARTICULUS II.

*Bona Praelatorum a Comitatibus avulsa remittantur.*

Universae Civitates, Oppida etc. qvorumcunqve DD. Praelatorum, qvae alias de medio aliqvorum Comitatuum, aut per literas exemptionales Serenissimorum Principum Regum Hungariae, aut alio qvovis qvaesito colore ad alios Comitatus, ad haec usqve tempora, qvomodolibet translatae et deductae, rursus in

medium illorum Comitatuum, de qvorum membris abstractae fuissent, et translatae, reducantur, et modis omnibus remittantur. 1500. *Art.* 28.

## ARTICULUS III.

*Praelati, qvi sub motibus documenta amiserunt, maneant in dominio bonorum.*

1. Si qvae Ecclesiasticae, sive seculares personae causarentur, Privilegia sua per qvoscunqve hostes ablata, et deperdita fuisse vel etiam, si qvispiam Ecclesiasticorum allegaret: Ecclesiam suam apud manus laicales per ipsos privilegiis spoliatam, vel aliter defraudatam fuisse, si tales cum Nobilibus in rebus a Sexaginta annis ita actum esse, comprobare poterunt, attestatio pro privilegio reputetur. 1486. *Art.* 71.

2. Qvandoqvidem sub his intestinis motibus, complurium DD. Praelatorum etc. literalia Instrumenta, uti et privilegia, bona eorumdem tangentia, ac super debitis Obligatoriales, per hostes et milites ablata, lacerataqve, aut concremata, vel alio qvovis casu fortuito deperdita essent; idcirco, ut deinceps qvoqve in pacifico talium bonorum suorum, ante recenter sopitos motus possessorum dominio permanere, Creditores vero sua debita acqvirere valeant, determinatum est: ut si qvis hujusmodi literas se amisisse allegaverit, probare teneatur. 1715. *Art.* 70.

## ARTICULUS IV.

*Rex pecuniarum, per Praelatos corrasarum summan exsolvere in se recipit.*

1. Ex qvo DD. Praelati et Barones urgentibus arduis necessitatibus Regni, coacti sunt

notabilem summam florenorum conqvirere; qvam ob rem optant iidem DD. Praelati etc. ut nos praefatam summam in nos recipiamus, ipsosqve Praelatos etc. ab hujusmodi solutionibus liberare dignaremur; nos itaqve Wladislaus Rex, considerantes singularem illam devotionem, et affectionem, praefatorum DD. Praelatorum etc. praemissam ordinationem approbamus. 1490. §. 19. 20.

2. Creditum RR. D. Episcopi Jaurinensis, et aliorum DD. Praelatorum, qvod Oratoribus in Urbem ex Bachia destinatis, mutuo dederant (*Thesaurarii*) persolverit. 1521. *Art.* 46.

## ARTICULUS V.

*A Capitalibus etiam Ecclesiasticorum Fideles ab* A. 1702 — 1710. *Interusuria solvere non debent.*

Debitores, qvi in constanti Regiae Majestatis fidelitate permanserant; et ob id bonis caruerunt, a qvibusvis Capitalibus, etiam communitatibus Ecclesiasticis, vel Religiosis levatis solvendo Interesse, ab A. 1702 — 1710. proveniente, absoluti habeantur. 1715. Art. 52. §. 1.

## ARTICULUS VI.

*Possessiones Minerosae a Praelatis etc, non adimantur.*

1. Statuimus: ut universi Regnicolae, personae Ecclesiasticae videlicet et Seculares, qvi in faciebus possessionum ipsorum mineras auri, vel argenti, vel alterius cujuscunqve metalli ad nos, et cameram nostram Regiam

de jure et consvetudine non pertinentes, a modo in antea invenire, et reperire possent, possessiones easdem ab ipsis, absqve eorum spontanea, et libera voluntate, de plenitudine nostrae pietatis, et praesenti nostra gratia speciali, per nos ipsis regaliter attributa, non auferemus; Sed tamen volumus, ut rectam, et aeqvalem medietatem Urburarum, mineris de eisdem provenire solitarum, iidem Viri Ecclesiastici, et Nobiles nostro Fisco Regio assignent, et administrari faciant; aliam vero medietatem eorum, ex praesenti nostro Indultu pro se ipsis valeant reservare; nec iidem viri Ecclesiastici, Nobiles, ac laboratores minerarum praedictarum, ex ipsis mineris provenientia, extra Regnum nostrum deferre, aut aliis qvibusvis hominum personis venditioni exponere debeant, sed hujusmodi aurum, et argentum, sicut de aliis mineris, et Montanis nostris ad Cameram nostram consvetum est, venire, ad vendendum, in cameram nostrae Majestatis teneantur apportare, et exponere hujusmodi venditioni, in casu vero, qvo iidem Nobiles, vel Viri Ecclesiastici, necnon laboratores praedicti, in hujusmodi auro, vel argento scyphos, Cochlearia, aut alia Clenodia, seu argenteria pro usu ipsorum reservantes, praeparari facere, aut ipsum aurum et argentum in specie erga se ipsos, pro usu, et commodo suo retinere malverint, in iis etiam eisdem plene consensimus, et harum serie concedimus facultatem. Horum autem contrarium facientes, hujusmodi gratia nostra Regia destituantur illico, et priventur ipso facto. 1405. II. Art. 13.

2. Ubicunqve, in qvorumcunqve DD. Praelatorum etc. terris aliqvae Minerae, et fodinae

reperirentur, demptis fodinis Salium, hi hujusmodi montana colere possint, ita tamen, ut jura regalia Regiae Majestatis fideliter administrentur, qvodqve pleriqve forent ex DD. Praelatis etc. qvi secundum Indulta Regum, contentaqve privilegiorum, fodinas auri libere laborari facere audeant. 1492. Art. 30.

## ARTICULUS VII.

*Immunitas Praelatorum a Tricesimis et Teloniis, et jura.*

### §. I.

*A. Victualibus Praelatorum nihil desumatur.*

De Victualibus Praelatorum etc. aut Nobilium qvorumcunqve, per qvoscunqve fuerit, per qvaelibet tributa deferendum, nullum tributum exigatur. 1288. Art. 74.

### §. II.

*Praelati jura super tributis producant.*

Qvod universi DD. Praelati etc. ceteraeqve personae, tam Ecclesiasticae, qvam Seculares, tributa habentes, omnia eorum jura, super eisdem tributis habita, in Sede Judiciaria illorum Comitatuum, in qvibus ipsa telonia sita sunt, exhibeant. 1500. Art. 40.

### §. III.

*Civitates, Oppida etc. Praelatorum etc. Privilegia super exemptione a teloniis producant.*

Universae Civitates, Oppida etc. DD. Praelatorum etc. qvae super tributa in solutione se-

se exemptas, privilegiaqve et jura superinde habere allegant, universa eorum jura super hujusmodi libertate, vel exemptione habita producant. 1500. Art. 41.

## §. IV.

*Praelatorum immunitas a Tricesimis et teloniis observetur.*

1. Est etiam summe necessarium, prout sua Majestas clementer se curaturam obtulit, ut tam ipsius D. Strigoniensis, et Colonorum suorum, qvam ceterorum omnium DD. Praelatorum etc. tam in Hungaria, qvam Sclavonia et Croatia, Privilegia et immunitates in Tricesimis, Tributis et Teloniis observentur. In omnibus autem Teloniis D. Strigoniensis Colonos specialiter exemtos ubiqve constat, ideo, juxta veterem consvetudinem, in libertatibus eorum conserventur: 1557. *Art.* 16.

2. Non parum exorbitasse comperti sunt Tricesimatores et Teloniatores, Vicinarum Provinciarum, maxime vero Austriae, Styriae, et Moravie in eo, qvod nimirum a DD. Praelatis etc. tributa exigunt, idcirco ab omni ejusmodi exactione abstineant. 1630, *Art.* 17.

3. Statuitur, ut universi DD. Praelati etc. de vinis suis, etiam allodialibus, illa e Regno qvaestus gratia educentes, Tricesimam solvere teneantur. 1638. *Art.* 49.

## ARTICULUS VIII.

*Rex Praelatos assecurat, qvod taxam inconsvetam exigere nolit.*

Qvia fideles nostri, Praelati, Barones etc. pro recuperatione Sacrae Coronae hujus Regni no-

stri, in hac Congregatione generali eorum contributionem unius floreni auri, pro hac vice exsolvendam disposuerunt, ideo in verbo nostro Regio, ac fide nostra Christiana promittimus, ipsos Praelatos etc. ad solutionem alicujus contributionis nullo unqvam tempore coarctabimus, sed magis in eorum libertatibus tenebimus. 1462. *in Vestig. Comitior. p.* 365.

## ARTICULUS IX.

*Rex in Bonis Praelatorum nullas exactiones faciet.*

Qvod in possessionibus et bonis Ecclesiarum, et Nobilium, seu qvaliumcunqve Ecclesiasticarum, vel secularium personarum, violentas exactiones victualium, procurationes hospitalitatum, et qvaslibet alias aggravationes, praeter voluntatem inhabitantium Majestas Regia non faciet, nec per alios fieri permittet. Sed neqve in domibus, et in locis Praelatorum et Baronum, ac aliarum, qvarumcunqve Ecclesiasticarum et Secularium personarum, pro tractatibus habendis et aliis, qvibuscunqve negotiis disponendis, ipsis invitis, morabitur, aut eos expensis, victualibus, curruum, et sarcinarum vecturis, nunciorum, et familiarium, ac qvorumcumcunqve ad Suam Majestatem pertinentium procurationibus ultra eorum spontaneam voluntatem, in aliqvo gravabit, sicut abusive contra illorum libertatem, tempore praefati D. Matthiae Regis erat inchoatum. 1492. *Art.* 28.

## ARTICULUS X.

*Civitates Soproniensis et Posoniensis vina Praelatorum non impediant.*

Qvandoqvidam Civitates Soproniensis et Posoniensis contra communem libertatem Re-

gni, et immunitatem nobilitarem, vina DD. Praelatorum etc. in suis tenutis remorari consveverunt; ideo Statutum est, ne deinceps vina, et qvaecunqve res DD. Praelatorum, ullo sub exqvisito praetextu, retardentur, secus facientes in poena violentiae convincantur. 1647. *Art.* 80.

## ARTICULUS XI.

*Domus Praelatorum Budae habitae, a Contributione liberae sint:*

1. Domus DD. Praelatorum et Ecclesiarum in Civitate Budensi habitae dicari non debeant, sed hospites in eisdem domibus existentes juxta eorum facultates dicari possint. 1447. *Art.* 34.

2. Intelleximus ex relatione DD. Praelatorum etc. qvod domus ipsorum, qvas in Civitate nostra Budensi habent, ab antiqvis temporibus ab omni taxa in medium Civitatis facienda, exemptae fuissent, sed certo tempore Cives qvamdam exactionem facere cepissent; igitur de Cônsilio DD. Praelatorum etc. statuimus: qvatenus deinceps dictae domus DD. Praelatorum nulli taxae in consortium Civium fiendae, sint obnoxiae; neqve DD. Praelati etc. ratione domorum suarum qvidqvam solvere teneantur, salvo permanente, si aliqvi Inqvilini fuerint in domibus praefatis. Et hoc intelligi volumus etiam de aliis Civitatibus nostris Regalibus. 1492. *Art.* 105.

## ARTICULUS XII.

*Praelati domos in Civitatibus habentes de impositione onerum mature praemoneantur.*

Ex qvo liberae Regiaeqve Civitates, nulla praehabita erga DD. Praelatos etc. domos et

fundos

fundos ibidem possidentes, intimatione, de illis tractare sine illis, eosdemqve impositionibus ultra modum, et justam proportionem pro libitu suo taxare consvevissent, hinc, communi justitia ita svadente, statutum est, qvatenus, qvos tangit, certiorare, ac proportionatam impositionum subdivisionem instituere tenebuntur. *1715. Art. 77.*

## SECTIO III.

### *De Testamentis Praelatorum.*

### ARTICULUS I.

*Proventus decedentis Beneficiati Ecclesiae ejus utilitati applicentur.*

Bona etiam decedentis Episcopi D. Rex, vel qvaelibet alia persona rapere non possit, sed utilitati Ecclesiae, cujus idem Praelatus fuisse dinoscitur, si intestatus decedit, applicentur. 1298. *Art. 27.*

### ARTICULUS II.

*Episcoporum libera testandi facultas.*

Si, compos mentis suae, de his (*bonis ex beneficio comparatis*) disposuerit, secundum permissionem juris eis disponi debent, qvibus fuerint appromissa — seu detentione cognatorum, servientium, aut Officialium Episcopi decedentis, a qvocunqve intervenient. 1298. *Art. 28.*

### ARTICULUS III.

*Super facultate testandi Resolutio expetitur.*

De disponendi qvoqve facultate DD. Praelatorum super bonis ipsorum mobilibus, et

acqvisititiis simili modo se benigne resolvere dignetur. 1598. *Art.* 40.

## ARTICULUS IV.

### *De Testamentis quorumdam Praelatorum in Specie.*

### §. I.

*Testamenta quorumdam Praelatorum revideantur.*

1. Qvod Regia Majestas intelligat statim Testamenta RR. qvondam DD. Thomae, Strigoniensis, et Georgii Colocensis Archiepiscoporum, unde Sua Majestas non parum utilitatis et commodi habere posse videtur. 1521. *Art.* 35.

2. Item: sunt insuper aliorum Praelatorum Testamenta, videlicet qvondam Sigismundi Qvinqve Ecclesiensis, Lucae Zagrabiensis, Francisci Jaurinensis, Dominici, et Sigismundi Varadinensis, Nicolai Vaciensis; viderentur esse intelligenda, qvorum Testamentarii aliqvi licet sint mortui, prout qvondam D. Thomas Strigoniensis, qvi fuit dispositor D. Francisci et Lucae Episcoporum, res tamen superesse debent, de qvibus una cum aliis rebus est providendum. 1521. *Art.* 36.

### §. II.

*Ad inqvirendum de Testamentis et Taxa Presbyterorum eligantur aliqvi.*

Ad providendum de jam scriptis Praelatorum Testamentis, et taxa Presbyterorum, eligantur ad hoc statim aliqvi tam de medio DD.

Praelatorum et Baronum, qvam etiam Regni Nobilium, per Regiam Majestatem idonei, qvi de praemissis omnimodam experiantur certitudinem, et res argenteas ipsius qvondam D. Strigoniensis, adhuc in Civitate ista Budensi in exili pretio et summa impignoratas, per Majestatem Regiam redimantur, et ad necessitates suas convertantur. 1521. *Art.* 38.

§. III.

*Testamentum Georgii Archiepiscopi Strigoniensis revideatur.*

Testamentum qvondam RR.D.Georgii Archiepiscopi Strigoniensis Majestas Regia executioni faciat demandari, et Servitoribus suis solutionem facere, pecunias, et res alias, promissa perpetua Capitulo Strigoniensi per eum datos reddere gratiose. 1325. *Art.* 26. *Cf.* 1525. *Hatvan. Art.* 25.

§. IV.

*Testamenta et res Archiepiscoporum exqvirantur.*

Qvod pecuniae Testamentariae, aliaeqve res RR.DD. Thomae, et Georgii Strigoniensis, ac Gregorii Colocensis Ecclesiarum Archiepiscoporum ex nunc exqvirantur, et ad Regni necessitates convertantur. 1525. *Art.* 27. *Cf.* 1525. *Hatvan.* Art. 26.

§. V.

*Castra Austriacis impignorata e legatis Georgii Archiepiscopi Strigoniensis redimantur.*

Castra Australibus impignorata, ad qvorum redemptionem per qvondam Georgium Ar-

chiepiscopum Strigoniensem notabilis qvaedam summa est legata pecuniarum, Regia Majestas redimere dignetur. 1526. *Art.* 28.

## §. VI.

*Similem munificentiam de redimendis Oppidis Scepusiensibus, ad Poloniam impignoratis patriae testatus est Georgius Széchényi.*

Confirmatis hoc loci priorum annorum Articulis superinde conditis, signanter vero Art. 40. A. 1659. et aliis ibidem citatis, siqvidem Ill. et RR. D. Georgius Széchényi Archiepiscoqve Colocensis, ex singulari suo erga patriam hanc Zelo, Arcem Lublyó cum XIII. Oppidis scepusiensibus, et reliqvis eorumdem Appertinentiis, vita sua comite proprio aere, accedente jam etiam benigna Suae Majestatis annuentia, ad rationem Confiniariorum nativorum superioris Hungariae post mortem suam articulariter destinandis, interea vero, donec vixerit, per se possidendis, se redempturum sponte compromisisset; ideo pro eadem liberalitate dicto D. Archiepiscopo Status, et Ordines debitas gratias referunt, et in eum finem ad Regem, et Rempublicam Poloniae, certos Commissarios, statim post praesentem Diaetam, illuc cum sufficienti instructione expediendos; utpote: futurum Episcopum Agriensem, C. Sigismundum Homonnay, Egregium Stephanum Szirmay, et Civitatum Cassoviensis, et Leutschoviensis Judices pro tempore futuros denominant; firmiter confidentes, qvod idem D. Archiepiscopus, juxta oblationem suam, pro expensis itinerariis dictorum Commissoriorum, promissam decem millium flo-

renorum summam, manibns D. Palatini sit depositurus. 1681. *Art*. 24.

## ARTICULUS V.

### *De libera testandi facultate DD. Praelatorum.*

De Venerabilis Status Praelatorum generaliter sub Sacra Regni Hungariae Corona existentium, et comprehensorum, qvo nomine ii duntaxat, qvi ex Regia Collatione actualia, et provisa beneficia obtinent, intelliguntur, respectu bonorum, et rerum mobilium, per eosdem acqvisitorum hactenus ex parte Fisci Regii in controversiam sumpta testandi facultate, ut tandem certa, et immutabilis modalitas statui possit, S. C. et Regia Majestas benigne annuit: Qvatenus super Ferdinandei diplomatis, per Venerabilem Clerum eatenus obtenti, et per divum Leopoldum Romanorum Imperatorem, et Hungariae Regem confirmati, ac utrobiqve tenore insertae Clausulae: DD. Praelatos testaturos ad confiniorum subsidium obligantis intellectu alias per subsecutum cum Eminentissimo ac RR. qvondam Leopoldo S. R. E. Cardinale Kollonitz, qva Archiepiscopo Strigoniensi, et Primate Regni Hungariae, nomine totius Cleri Conventionem sufficienter explanato, sed per Venerabilem Clerum expost in dubium vocato, caepta continuetur, et determinetur Commissio. Interea vero, vel eidem Cardinalitiae Conventioni, ad in stantiam mentionati Cleri, per Suam Majestatem Sacratissimam benigne confirmandae, standum, vel pro consensu Regio super libera testandi facultate, recurrendum; qvo Casu etiam

Diploma Ferdinandeum, et praeattactam obligatoriam Clausulam, si qvid ambiguitatis eidem subesset, ipsamet Regia Majestas, cui videlicet ejusdem interpretatio unice competit, benigne explanabit. Respectu vero bonorum Secularium, qvae titulo inscriptitio, vel pignoris, Ecclesiasticae, vel religiosae personae aut communitates, praesertim cum evictione Fisci Regii, ac etiam privatorum, penes literas impignorationales, justas nihilominus et legitimas conditiones hactenus possederunt, conclusum est: ut eaedem Ecclesiasticae vel Religiosae personae, aut communitates, si qvidem in continuo ejusmodi emptionis usu praefuissent, in possessione hujusmodi bonorum, usqve ad eorumdem per seculares fiendam reluitionem, pro hac vice conserventur. A modo vero deinceps Art. 17. A. 1647. tamqvam hic loci renovatus, observetur exactius, nisi Sacra Regia Majestas in specialibus casibus, salvis tamen juribus alienis, eatenus dispensaret. 1715. *Art.* 16.

## SECTIO IV.

### *De fidelitate Praelatorum.*

### ARTICULUS I.

*Inter Infideles, qvibus Sigismundus Rex gratiam dedit, erant etiam Praelati.*

1. Omnibus, et singulis Praelatis etc. Qvod omnes ipsi Praelati etc. Omnibus et Singulis Praelatis etc. dictorum Praelatorum etc. 1403. *Sigis. Gratia.* §§. 2. 3. 10. 14.

2. Qvidam Praelati etc. 1404. §. 1.

## ARTICULUS II.

*Qvod omnes DD. Praelati, et personae Ecclesiasticae Regi nostro ad fidelitatis homagium praestandum obligentur.*

Cum Collatio beneficiorum Ecclesiasticorum, simul cum bonis et juribus possessionariis, ad Ecclesias Dei pertinentibus, ad Principem et Regem nostrum spectare dignoscatur, ideo omnes Viri Ecclesiastici, cujuscunqve Ordinis, gradus ac dignitatis existant, qvi in hoc Regno Hungariae Castra, Castella, fortalitia, Civitates, Oppida, villas, possessiones, et Praedia, vel etiam alia, qvaecunqve jura possessionaria gubernant, et possident, non obstante dignitatis et exemptionis eorum praerogativa, et libertate, Regi, et Principi hujus Inclyti Hungariae Regni, legitime coronato, instar personarum Secularium ejusdem Regni, ad homagium fidelitatis praestandum, semper obligantur. P. I. T. 12.

## ARTICULUS III.

*Praelati se obligarunt Regi ad fidelitatem.*

### §. I.

*Praelati, Barones etc. promittunt Alberto Regi fidelitatem.*

Nos Praelati, Proceres etc. promittimus, et bona fide efficacissime spondemus Domino nostro Alberto Regi, et Dominae Reginae Suae Conthorali, qvam principaliter hoc Regnum jure geniturae concernere dignoscitur, fidelitatem illibatam in omnibus bene placitis

irrefragabilem observare. 1439. *Exord. et Concl. Regnicolar. in Vestig. Comit. p.* 228.

### §. II.

*Praelati se Regi specialibus literis ad fidelitatem obstringant.*

Statutum est: ut qvilibet Praelatorum, Baronum etc. praesentium, vel etiam absentium, obligent se nobis per proprias literas, sigillis eorum, qvibus utuntur, appressis, pro fidelitate observanda, et, qvod nobis viventibus, nullum alium pro Rege Hungariae, praeter nos habebunt, et nominabunt, nobisqve in omnem eventum assistent, et adhaerebunt, 1444. *Art.* 1.

### §. III.

*Praelati, Barones etc. jurare debent fidelitatem Regi.*

DD. Praelati, Barones etc. juramentum praestare debeant Domino nostro Regi super observanda fidelitate et obedientia. 1453. *Art.* 2.

## ARTICULUS IV.

*De fideli observantia legum per Praelatos.*

### §. I.

*Episcopus Decreta Regis, et Principum non frangat.*

Qvicunqve Regis et Principum Decreta fregerit, si Episcopus est, secundum voluntatem Regis dijudicetur. *S. Lad. Decr. L. III. C.* 15.

## §. II.

*Praelati leges observent, et exeqvantur.*

Decernentes, et committentes per haec scripta: ut hujusmodi: Constitutiones et Ordinationes, tam per modornos et futuros Praelatos etc. a modo imposterum successivis semper temporibus, universos, immutabiliter observentur, et executioni debitae demandentur. 1440. *Concl.*

## §. III.

*Praelati promittunt Constitutiones observare.*

Ut haec omnia robur obtineant firmitatis, Nos Praelati, Barones etc. singuli singulariter, et universi universaliter promittimus, fide nostra Christiana mediante, inviolabiliter observare, et toto posse nostro facere observari. 1445. *Concl.*

## §. IV.

*Etiam Praelati, contra Statuta Regni peccantes, puniantur.*

Qvicunqve contra Statuta, Decretaqve Regni palam, et aperte egerit, Decretaqve hujusmodi temerario ausu violare decetero praesumpserit, prout hactenus per plerosqve potentes fieri solitum erat, talis, si fuerit Praelatus, aut altera persona Ecclesiastica, in amissione Praelaturae, vel alterius dignitatis et beneficii convincatur, et talium Beneficia, Praelaturas, seu dignitates Regia Majestas, cui maluerit, liberam conferendi habeat facultatem, qvos, si Majestas sua hoc modo punire, Praelaturasqve, seu beneficia, aut dignitates auferre et

alteri conferre, donareqve recusaret, Si mediocris persona spiritualis id facere tentaverit, per Comites, vel Vice Comites, etc. juxta eorum libitum, puniatur. 1507. Art. 8.

§. V.

*Praelati et Barones literis se obligent ad praesentem Constitutionem observandam.*

DD. Praelati et Barones fide ipsorum Christiana, literis eorum mediantibus, obligent se, qvod Constitutionem praesentem, et Articulos superinde confectos, in omnibus eorum clausulis et continentiis observabunt. 1521. *Art.* 28.

§. VI.

*Praelati observent Wladislai Regis Decreti V. Articulum* 1.

Wladislai Regis Decreti V. Articulus I. renovatus, etiam ad singulos DD. Praelatos etc. eatenus observandus, praesenti Statuto extenditur. 1681. *Art.* 12. §. 1.

ARTICULUS V.

*Praelati cum hostibus, sine consensu Regis treugas non ineant.*

Qvod nullus Praelatorum, Baronum, et Regni Procerum, praeter consensum nostrum, cum qvibuscunqve hominibus, nobis et Regno nostro adversantibus, treugas inire praesumat. 1444. *Art.* 31.

ARTICULUS VI.

*Praelati pacem cum Turcis initam non turbent.*

Statutum est: Ut qvicunqve, sive DD. Praelatorum etc. sive aliorum, contra eos,

cum qvibus pax est inita, excurrerint, si tales deprehensi fuerint in bonis DD. Praelatorum etc. teneantur iidem illos statim per juris revisionem capite plecti facere. 1608. P. C. *Art.* 2. §. 1.

# SECTIO V.

## *De Praelatorum pacifica legum observantia.*

### ARTICULUS I.

*Praelati actus publicos non turbent.*

#### §. I.

*Praelati navigationem Grani molendinis non impediant.*

Qvia in fluvio Granensi multa habentur Molendina, aditum ad Civitatem Strigoniensem impedientia; Statutum est: ut omnes DD. Praelati etc. easdem molas ita accommodent, ut omnis generis navigia citra periculum Strigonium deduci, et reduci possint. 1596. *Art.* 52.

#### §. II.

*Praelati non turbent exactionem Subsidii.*

Qvam exactionem Subsidii si qvis DD. Praelatorum etc. interturbare qvopiam modo, aut ipsum subsidium retinere non vereretur, convincatur in poena dupli. 1602. *Art.* 6.

#### §. III.

*Praelati a Judicibus non exigant immutari ordinem juris.*

Qvod Regia Majestas, vel DD. Praelati et Barones neminem Judicum compellant, vel

astringant, in favorem alicujus, consvetudines, et communem observantiam, ac Juris ordinem immutare, seu perturbare. 1492. *Art.* 10.

## §. IV.

*Praelatorum literis executio Sententiae in potentiarios prorogari neqvit.*

1. Decernimus, ut executio, seu Causa (*facti potentialis*) nec nostris Regalibus, seu Reginalibus, neqve Praelatorum etc. literis possit qvoqvomodo prorogari. 1439. *Art.* 29.

2. Qvod talismodi executio, seu causa, per modum proclamatae Congregationis mota, nec Regalibus, neqve Praelatorum literis qvoqvomodo prorogari possit. 1458. *Art.* 27.

## ARTICULUS II.

*Praelati sine Judicio Nobiles non detineant.*

Qvod nec nos, aut Praelati etc. absqve ordine judiciario Nobiles Regni detineant; dempto eo, si aliqvi Nobilium Factores fuerint, et alias, servitio suo non completo, ab eorum Dominis recesserint. 1471. *Art.* 2.

## ARTICULUS III.

*In Bonis Praelatorum arestationes non fiant.*

1. In Praelatorum tenutis et Possessionibus Johagiones Regnicolarum nostrorum pro pristinis factis non possint impediri, prohiberi, seu arestari in rebus, et personis. 1351. *Art.* 18.

2. Sanximus, ut Praelati Barones etc. in eorum propriis possessionibus, res, et bona

fidelium incolarum, qvovis qvaesito colore, aut causa, arestari, vel prohiberi facere non sint ausi, nisi in loco communi. Volumus hos, qvi in contrarium facere praesumpserint, facto potentiae subjacere. 1405. II. *Art.* 5.

3. Decrevimus, qvod nullus ex Praelatis, Baronibus etc. audeat Civitatem, Oppidum, vel villam, occasione debiti unius personae, seu Civis, Oppidanos, vel Villanos, arestare, detinere, vel modo aliqvo impedire. 1405. I. *Art.* 7.

4. Nullus omnino Praelatorum etc. pro qvibuscunqve debitis, vel factis arestationes, seu vadiationes facere audeat, qvod si fecerint, et ex hujusmodi vadia recipientibus, qvipiam interempti, laesi, vel damnificati fuerint, tales tamqvam latrones censeantur, nec propter hoc per qvempiam Judicum judicialiter valeant condemnari. 1447. *Art.* 33.

## ARTICULUS IV.

*Praelati colonos aliorum violenter abduci non faciant.*

### §. I.

*Episcopi et Abbates, uti ceteri seculares aliorum servientes praesentent Regi.*

Praecipimus, ut Regis nuncius palam faciat omnibus Episcopis, Abbatibus, postea vero minoribus, qvod apud qvemcunqve aliqvi Civium, vel illorum, qvi dicuntur Ewrek, vel Servi, detineantur, in Assumptione S. Mariae Regi praesententur. *S. Lad. Decr. L. III. C.* 2.

### §. II.

*Coloni ad possessiones Praelatorum violenter non abducantur.*

Qvod nullius populi ad bona, Civitates, et possessiones Praelatorum etc. violenter possint abduci. 1470. *Art.* 2.

### §. III.

*Praelatorum, colonos violenter abducentium poena.*

DD. Praelati, si violentiam hujusmodi fecerint, aut facere procuraverint, pro violentia solvant centum florenos, et si perseveraverint in retinendo Jobagione abducto, qvia bona Ecclesiae amittere non possunt, in aestimatione loci illius, in qvem abduxerunt, convincantur. 1514. *Art.* 27. §. 4.

### §. IV.

*Praelati Jobagiones, post Seditionem rusticanam abductos, restituant.*

DD. Praelati etc. universos Jobagiones, post seditionem rusticanam ad bona ipsorum abductos, sub poena, in Decreto Generali, exinde conscripta, de facto, et immediate reddi faciant. 1525. *Hatvan. Art.* 8.

### §. V.

*In Causis repetitionis colonorum ad Praelatos fugientium, remedia juridica excluduntur.*

In causis repetitionis colonorum et servorum, ad DD. Praelatos etc. transfugientium

motis, exclusis omnibus juridicis remediis, penes Art. 31. A. 1556. procedatur. 1622. Art. 28.

## §. VI.

*Praelati, et nonnulli Magnates liberam migrationem colonis sine conditione admitti volebant.*

DD. Praelatis, ac nonnullis etiam ex DD. Baronibus probatur, migrationem Colonorum liberam ubiqve relinqvendam esse, nulla conditione interposita. 1550. *Art.* 34.

## §. VII.

*Vicissim Praelatorum Jobagiones potentialiter non abducantur.*

Nec etiam Jobagiones ad Ecclesiarum Praelatos attinentes, absqve voluntaria permissione Dominorum eorumdem Jobagionum, potenter abducantur. 1351. *Art.* 16.

## §. VIII.

*Officiales Regii de possessionibus Praelatorum Cumanos et Philisteos non abducant.*

Qvia Cumani et Philistei per Officiales Regios de possessionibus Praelatorum etc. potentialiter abducuntur, itaqve cum talibus agatur secundum qvod fuit consvetudo temporibus antiqvorum Regum. 1459. *Art.* 27.

## §. IX.

*Jobagiones Praelatorum ab agris, et vineis, in terris alienis cultis Nonam domino terrestri praestent.*

Qvod Jobagiones DD. Praelatorum etc. qvi in terris aliorum Dominorum Vineas haberent,

vel ararent, nonam partem ipsorum vinorum, vel frugum, aut Akones consvetos cum muneribus solitis domino terrestri dare, et persolvere debeant. 1492. *Art.* 49.

## ARTICULUS V.

*Praelati actus potentiarios, et occupationes bonorum non exerceant.*

### §. I.

*Praelati, et Judices Ecclesiastici actus potentiarios non exerceant in Regnicolas.*

Decrevimus, ut Praelati etc. et generaliter qvivis Judices et Justitiarii Regni nostri, Ecclesiastici, et Seculares etc. per climata Regni nostri, spolia, direptiones rerum, et bonorum ablationes, sangvinis effusiones, et alia actuum potentiariorum genera, nostris fidelibus Regnicolis, cujuscunqve Status, et conditionis existant, facere, inferre, seu committere nullatenus audeant. 1405. II. Art. 4.

### §. II.

*Praelati, qvi deinceps violentias commiserint, evocentur ad primas Octavas cum insinuatione.*

Qvicunqve Praelatorum, Baronum etc. occupationes possessionum, aut spoliationes, et alia similia facta deinceps perpetraverint, tales per hominem nostrum Regium, praesente Testimonio Capituli, vel Conventus, ad primam Octavam cum insinuatione evocentur. 1444. Art. 27.

§. III.

§. III.

*Praelati occupata remittant.*

Qvod universi Praelati, Barones, et qvivis alii, castra, castella, fortalitia, possessiones, et qvaevis jura possessionaria, nec non Episcopatus, Abbatias, Praeposituras, Decimasve, et qvaevis beneficia ac jura Ecclesiastica per ipsos his guerrarum temporibus occupata, et usurpata, remittent et resignabunt. 1446. *Art.* 2.

§. IV.

*Bona et proventus, sub disturbiis occupata, etiam Praelati restituant.*

Conclusum est: qvod omnes et singuli ex Praelatis, Baronibus etc. Possessiones et bona, ac proventus decimales, qvae illicite aliqvis ex eis tenet, remittere teneantur. 1444. *Art.* 5.

§. V.

*Nobiles tantum Praelatis, qvi violenti non sunt, serviant.*

Qvod Nobiles possint servire etiam Praelatis et Baronibus, qvi Nobilium libertates perturbare non solent, neqve praedis, vel opressione pauperum vel Nobilium, aut Ecclesiarum Dei gaudent. 1595. *Art.* 21.

§. VI.

*Contra Milites Praelatorum damna inferentes jure procedatur.*

Si milites tam Majestatis Regiae, qvam DD. Praelatorum etc. stipendiis militantes, in

progressu praedas facerent, et eae per Capitaneos non rectificarentur, contra tales jure agi possit, et rei poena capitis plectantur. 1552. *Art.* 14. §. 4.

§. VII.

*Eqvites liberi etiam Praelatorum puniantur.*

Addunt hoc, ut ea Constitutio, qvae antea de Peditibus tantum fuerat sancita, in posterum etiam de Eqvitibus liberis, sub cujuscunqve D. Praelati etc. nomine divagantibus, miseramqve plebem vexantibus, intelligatur. 1574. *Art.* 14. §. 1.

§. VIII.

*Praelati, per Hajdones pecora abigentes, jure conveniantur.*

Solent nonnulli Praelati etc. ex territoriis praediorum alienorum, in Comitatibus Turcis subjectis armenta et pecora, vicinorum liberorum Hajdonum, et Confiniariorum operâ abigi facere; unde conclusum est: ut tales Domini abinde, ubi residentias habent, vigore brevium Articulorum jure conveniri possint. 1647. *Art.* 142.

§. IX.

*Praelati teneantur juri stare de violentiis.*

Qvicunqve Praelatorum, Baronum etc. durante praesenti Congregatione, per qvemcunqve citatus fuerit, teneatur super patratis post decretum nostrum anni jam elapsi respondere ad objecta 1444. *Art.* 26.

## ARTICULUS VI.

*Praelati proficiscentes Descensus non faciant.*

### §. I.

*Archiepiscoporum et Episcoporum descensus prohibetur.*

Et qviâ propter descensus etiam Archiepiscoporum, Episcoporum etc. intolerabilia damna et gravamina per totum Regnum nostrum fieri videbamus, districte statuendo praecipimus: ut nihil recipiatur, nisi justo dato pretio. 1351. *Art.* 8.

### §. II.

*Praelati in Regno procedentes, nulli damna inferant.*

1. Statuimus: qvod Praelati, Barones etc. in qvibuscunqve Partibus Regni nostri procedentes, fidelibus Regnicolis damna, spolia, injurias, laesiones, aut aliqva malorum genera absqve juris tramite facere, et inferre nullatenus praesumant. 1405. *II. Art.* 1.

2. Statutum est: qvod dum Praelati etc. sive ad Regiam Majestatem, et ejus Curiam, sive ad bellum, vel qvocunqve alias, et sive in rebus privatis, sive publicis, proficiscentur, sine damno, nocumento, injuria, et impedimento aliorum Regnicolarum, semper, et ubiqve proficisci debeant. 1486. *Art.* 30.

### §. III.

*Praelati per servitores et milites descensus non faciant.*

Decernunt Status et Ordines, ut de villis in villas condescendentes peremptorie citen-

tur, et damnificatis satisfactio adjudicetur; et si DD. Praelati per se, vel per servitores, aut milites suos, similia patrare praesumerent, pari processu conveniri possunt. 1649. *Art.* 84.

## ARTICULUS VII.

*Praelati, malefactores apud se, vel in bonis suis non foveant.*

1. Stabilimus, et ordinamus: qvod nullus Praelatorum, Baronum etc. qvoscunqve infideles manifestos nostros, et Coronae nostrae, ac Regni nostri; nec non publicos fures, et latrones, et malefactores, praesertim in Congregationibus generalibus proscriptos, in suis Castris, domibus, bonis et possessionibus retinere, hospitare, et conservare, aut eis auxilium, hospitalitatem, et favorem impendere praesumat, sub poena consimilis infidelitatis, aut furum, ac latronum hospitalitatis. 1435. *II. Art.* 24.

2. De Inqvisitione contra malefactores in bonis qvorumcunqve Praelatorum etc. singulis angariis per Comites, Vice Comites qvorumcunqve Comitatuum una cum Judlium fienda, renovantur Articuli superiorum annorum: signanter autem 1548. Art. 50. 1618. *Art.* 66.

3. Tunc in bonis etiam qvorumcunqve DD. Praelatorum, capi, judicari, atqve puniri possint. 1599. *Art.* 36.

4. Decernitur: ut ejusmodi Inqvisitiones in universorum DD. Praelatorum etc. bonis, sub poena 100. florenorum admittantur. 1638. *Art.* 60.

5. Liceat Comitatuum Magistratualibus in qvorumvis DD. Praelatorum bonis, absqve ullo impedimento perseqvi. 1659. *Art.* 16.

## ARTICULUS VIII.

*Praelatorum in Judicialibus jura, et obligationes.*

### §. I.

*Archiepiscopi et Episcopi, qva Domini terrestres laesis judicium impendant.*

Pro domestico, cui justitia exhibita non fuerit, tres Rustici de villa jurare debeant, et ad eorum juramentum Dominus Villae, qvicunqve fuerit, sive Archiepiscopus, sive Episcopus personaliter haec verba veritatis dicere teneatur. 1231. *Art.* 9.

### §. II.

*Contra subditos Praelatorum apud eorum Dominos justitia reqviratur.*

Stabilimus: ut si aliqvi ex nostris Regnicolis qvidqvam juris, seu qvaestionis contra villicos, seu rusticos Praelatorum, Baronum etc. habuerint, id primum in praesentia ipsorum dominorum terrestrium legitime proseqvi debeant. 1405. *II. Art.* 10.

### §. III.

*Differentiae inter Praelatos, et Nobiles, ratione Judicatus Dominalis decidenda ad futuram Diaetam relegatur.*

Cum occasione libertatum orta fuisset, differentia inter DD. Praelatos, et Magnates ab una, Nobiles vero Regni ex altera partibus: an occasione bonorum, qvae Nobiles in medio territoriorum Dominorum, beneficio, vel collatione eorumdem, vel Praedecessorum suorum possident, coram tribunali ipsorum stare,

literasqve et literalia Instrumenta producere teneantur? cum vero ejusmodi qvaestio, ac differentia majores involvere videatur difficultates, qvam qvae brevi, qvod superest, tempore Comitiorum complanari possint; ideo statuitur: ut motae hujusmodi controversiae complanatio, in aliud commodius Diaetae videlicet proxime futurae, tempus differatur, medio vero tempore DD. Praelati, et Magnates a supradicto illorum tribunali, motisqve in eo hactenus causis supersedeant. 1638. *Art.* 2.

## §. IV.

*Praelati coram Judicibus Comitatuum juri stare tenentur.*

Qvia sunt pleriqve DD. Praelatorum etc. qvi exemptionum praerogativis se munitos fore allegantes, coram Comitibus etc. Comitatus, in qvo bona habere dignoscuntur, contra qvoslibet judicium pro se obtinent, ipsi vero Causantibus contra se juri stare recusant, ob hoc statutum est: qvod ipsi qvoqve, ad instantiam qvorumcunqve, judicio et judicatui ipsorum Comitum, Vice Comitum, et Judlium parere debeant, et teneantur. 1595. *Art.* 15.

## §. V.

*Praelati tempore discussionis causarum suarum, cum suis e Sede Judiciaria exire debent.*

Qvilibet DD. Praelatorum etc. cujus causa levabitur, tempore discussionis ejusce causae, personaliter, et ultra, si fuerit judex, cum eorum hominibus, et familia de Sede Judiciaria exire teneantur. 1500. *Art.* 8.

§. VI.

*Praelati communi aestimatione utuntur.*

Universus fere caetus DD. Praelatorum etc. communi aestimatione ut plurimum utitur: *P. I. T.* 133. §. 5.

## SECTIO VI.

## *De aliis Praelatorum Actionibus.*

### ARTICULUS I.

*Sylvas Praelatorum Capitanei non desolent.*

Sylvae DD. Praelatorum, Baronum et Nobilium ad privatos Capitaneorum usus ne desolentur sub poena violentiae. 1655. *Art.* 116. §. 26.

### ARTICULUS II.

*Colonis Praelatorum Venatio prohibetur.*

Ex qvo plurimi colonorum et Incolarum qvorumcunqve DD. Praelatorum etc. derelictis, et postpositis ferme vinearum, et agrorum culturis soli venationi, et aucupio insistunt adeo, ut non modo feriatis, verum etiam Dominicis diebus; et aliis Sanctorum festivitatibus, imo et ipsa Sacratissima Natalis dominicae die venationes exerceant, per qvas in Deum, praecepti sui non observatione, peccare, et Dominos ipsorum terrestres, proventuum ipsorum sublatione, defraudare non verentur; statutum est: qvod nemo colonorum venationes qvavis arte exercere praesumat. 1504. *Art.* 14.

## ARTICULUS III.

*Contributioni etiam Praelatorum bona obnoxiantur.*

Ad hujusmodi contributionem universorum DD. Praelatorum bona etc. nullius omnino exceptis, aeqvaliter concurrant, ac sub poena dupli ipso facto exigantur, ita videlicet, ut praemissa militaris solutio, in paratis pecuniis fienda, per tres anni angarias ex Portarum contributionibus, qvarta autem propriis Dominorum facultatibus, pro sublevatione miserae plebis praestari debeat. 1638. *Art.* 5. §. 6.

## ARTICULUS IV.

*In praesentia Praelatorum possessiones illorum occupabantur, qvi lucrum Camerae non solverunt.*

Qvicunqve Nobilium lucrum Camerae termino congruenti sibi assignato, solvere non curarent, tunc possessiones tales, de qvibus praemissa solutio facta minus exstitisset, praesente uno, vel duobus Praelatorum, tamdiu per Comitem Camerarum Regalium debent occupari, qvousqve dicta solutio dictae Camerae plenariae, simul cum judicio Juratorum trium fuerit persoluta. 1298. *Art.* 60.

## ARTICULUS V.

*Lucrum Camerae etiam de bonis Praelatorum solvatur.*

Lucrum Camerae de omnium possessionibus, puta, tam nostris Regalibus et Reginalibus, qvam Ecclesiasticorum Praelatorum, Baronum etc. exsolvatur integre, et sine defectu. 1444. *Art.* 3.

## ARTICULUS VI.

*Oppida et possessiones Praelatorum etc. ubiqve tributa solvant.*

Oppida, ac possessiones Praelatorum etc. qvae ante electionem nostram tributa solverunt, non obstantibus libertatibus eorum, solvant tributa ubiqve locorum. 1470. *Art.* 4.

## ARTICULUS VII.

*Dicatores etiam in bonis Praelatorum admittantur.*

Qvod Dicatores et Perceptores in bonis qvorumlibet DD. Praelatorum etc. in restantiarum qvoqve exactionibus, absqve omni impedimento admittantur, renovatur Art. 47. A. 1638. in vigore observandus. 1647. *Art.* 36. §. 2.

## ARTICULUS VIII.

*Ad Confiniorum reparationem Praelati concurrant.*

In Confiniorum reparatione DD. Praelati etc. etiam suas Arces et fortalitia habentes, auxilia sua praebeant. Hoc Subsidium praestare nolentibus, poena tripli infligatur, absqve ulla DD. Praelatorum etc. discretione. Ad Ujvár deputatur Comitatus Nitriensis cum universis bonis Archiepiscopatus Strigoniensis. 1609. *Art.* 61. §. 4. 7. 13.

## ARTICULUS IX.

*Valachorum habitatio in bonis Praelatorum limitatur.*

Renovatur Art. 14. A. 1604. de militibus Confiniariorum et Valachis, in Hungaria, Scla-

vonia et Croatia, in bonis DD. Praelatorum etc. existentibus editus, et statuitur, ut ille Articulus tandem effectui mancipetur. 1608. *P. C. Art. 9.*

## ARTICULUS X.

*Praelati in suis bonis salem eo pretio, qvo in proximis depositoriis, venditur adjecto tamen portorio, distrahi curent.*

Ut universi, et singuli DD. Praelati etc. salem eo pretio, qvo in proximi Suae Majestatis Depositorii loco venderetur, cum adnumerato pro qvolibet milliari, in montanis qvidem post singulum centenarium trium, in planis vero Comitatibus, duorum xr. vecturae aliarumqve expensarum pretio computando, nec alias, vendi faciant. 1729. *Art.* 5. §. 2.

## ARTICULUS XI.

*Praelati proventus suos in novis Denariis exigant.*

Pro ampliatione earumdem monetarum Camerae nostrae statuimus; ut universi Ecclesiarum Praelati Decimas, et debita, ac qvosvis reditus cum ipsis monetis Camerae nostrae, aut florenis recipere, et exigi facere teneantur. 1342. §. 44.

## ARTICULUS. XII.

*Monetam, praeter Regem, nullus ex Praelatis. etc. cudi faciat.*

Statutum est; ut nullus ex Praelatis, et Baronibus monetam qvamcunqve cudat, nec cudere, vel cudi facere praesumat, et valeat,

sed solum nos; contra praemissa faciens, notam infidelitatis, seu falsarii incurrat. 1444. *Art. 7.*

## ARTICULUS XIII.

*Praelati a Jobagionibus suis non Akones, sed Nonam recipiant.*

A modo imposterum successivis semper temporibus, tam Regia Majestas, qvam DD. Praelati etc. ab universis et singulis eorum Jobagionibus, araturas facientibus, et vineas habentibus, non Akones, prout in certis locis solebant, sed nonam partem omnium frugum, ceterarumqve segetum, decimari solitarum, et vinorum ipsorum, modo, et ordine in Majori Decreto, Art. 47. denotatis, exigant et exigi faciant, sub poena ibidem specificata. 1500. *Art. 27.*

## ARTICULUS XIV.

*Praelati etiam in Comitatibus, ubi degunt, testimonium veritatis perhibere possunt Regi.*

In casu, qvo partes in testium electione discordes fuerint, tunc nos Praelatos, Barones etc. Comitatus, in qvo ipsae possessiones colligatae existunt, qvi nobis fideles fuerunt, de fidelitate, vel infidelitate partis, qvae inculpatur, per literas nostras reqvirere, et ab ipsis meram certitudinem experiri teneamur. 1404. §. 11.

## ARTICULUS XV.

*Praelati furtivorum emptores in ducentis florenis convincantur.*

Emptores, et voluntarii detentores rerum, praedonice, vel furtive ablatarum, si Praelati

fuerint, in poena ducentorum florenorum puniantur. 1659. *Art.* 17.

### ARTICULUS XVI.

*Praelati Regi pro cura Regni gratias agunt.*

Sacrae Regiae Majestati, Domino, et Regi ipsorum Clementissimo, propria, planeqve paterna sollicitudine, qvam erga Inclytum hocce, Regnum Hungariae declaratam esse voluit. DD. Praelati etc. immortales humillime agunt gratias. 1619. *Praefat. Exord.*

## SECTIO VII.

## *De Officialibus Praelatorum.*

### ARTICULUS. I.

*Pro excessu Officialis executio fiat in bonis Praelatorum.*

1. Si aliqvis homo Officiolatum ex parte Praelatorum etc. tenens, res alicujus hominis potentialiter receperit, tunc Dominus talis ipsi injuriam, et damnum patienti ex parte ejusdem Rei, famuli sui satisfactionem impertiri teneatur. 1298. *Art.* 61.

2. Statuimus: qvodsi qvi Officialium Praelatorum, etc. actus potentiarios perpetraverint, talium Domini per se, et de bonis suis plenam satisfactionem exhibere sint obligati. 1435. *II. Art.* 6. §. 1.

3. Si qvis Officialium Regalium, nec non Praelatorum, actus potentiarios perpetraverit, talium domini super omnibus damnis, per se, et de suis bonis, ad plenam satisfactionem sint obligati; se ipsos vero, in hujusmodi actibus potentiariis innocentes, inscios, et im-

munes fore, debito juramento purgare; suum autem damnum in hujusmodi satisfactione perceptum, si voluerint, a suis officialibus, qvi satisfactioni causam dederunt, per ablationes bonorum, aut personarum eorum detentionem etiam in propriis domibus liberam habeant facultatem. 1492. *Art.* 24.

4. Universi Officiales Ecclesiasticarum personarum, sive sint spirituales, sive seculares, occasione qvorumcunqve actuum potentiariorum, si qvos de Officiolatibus eorum commiserint, vel perpetraverint, de eisdem Officiolatibus ipsorum, instar aliorum Regni Nobilium, et Officialium libere semper jure conveniri, atqve ad judicium citari, et evocari possunt. Et si in judicio convicti fuerint, de dictis Officiolatibus eorum, tam eorum adversario, qvam etiam Judici ipsorum, satisfactio administrabitur. Domini autem illorum, si talia non commissione eorum fuerint illata, vel irrogata poterunt ipsos Officiales, usqve ad debitam emendationem, et satisfactionem, etiam cum detentione personarum suarum compellere, prout hoc de Officialibus habetur etiam in Decreto primo moderni Domini nostri Wladislai Regis, Articulo 24. *P. II. T.* 48.

## ARTICULUS. II.

*Officiales Praelatorum possunt pro eorum debitis detineri, etiamsi sint Nobiles.*

Qvod nullus Nobilium Regni possit detineri, seu qvovis modo captivari; exceptis familiaribus, et Officialibus Regiis, Praalatorum etc. qvi pro eorum debitis, more, tempore Sigismundi Regis, observato, detineri possint. 1468. *Art.* 24.

## ARTICULUS. III.

*Praelatorum Officiales eximuntur ab obligatione assummendi munus in Comitatibus.*

1. Exceptis tamen Officiolatus Praelatorum etc. habentibus. 1435. *II. Art.* 2. §. 2.

2. Qvod Judlium in qvolibet Comitatu eligantur, et ipsi electi teneantur suscipere Officium Judicatus; exceptis tamen Officiolatus, et honores Regios, Praelatorum etc. habentibus, in ipso Comitatu continuam residentiam non facientibus. 1492. *Art.* 34.

## ARTICULUS IV.

*Officiales Praelatorum sublevantur a cômparitione in Diaeta.*

Exceptis Officialibus Regiae Majestatis, ac DD. Praelatorum etc. in legationibus Dominorum suorum necessario occupatis. 1498. *Art.* 1. §. 4.

## ARTICULUS V.

*Praelatorum Officiales in Attestationibus reputantur pro Nobilibus.*

Rusticana Attestatio, demptis Officialibus DD. Praelatorum etc. in personis eorum Officia in vicinitate gerentium, qvi, juxta antiqvorum consvetudinem in hac parte pro personis Nobilibus reputantur, contra personam nobilitarem nihil valet. *P II. T.* 27. §. 6.

## ARTICULUS VI.

*Privilegia Praelatorum per Officiales jurandi observentur.*

Qvod ad Privilegia adtinet, qvae olim Archiepiscopis Strigoniensibus, ac Prioribus de

Lövöld, pro tempore constitutis, certisqve aliis in Regno, per divos Reges dicuntur esse concessa, qvibus privilegiis eximuntur ipsimet a praestando juramento, cum judicialiter eis imponitur, permittitqve eis, ut loco sui Officiales ipsorum possint jurare; cum DD. Praelati, ac Barones cum DD. Nobilibus super hoc Articulo non convenirent, sed communi deliberatione, pariqve consensu, ad arbitrium Regiae Majestatis, negotium integrum esset rejectum; tandem Statutum est per suam Majestatem, et per Ordines Regni admissum, ut Privilegia ipsa, secundum eorum tenorem, in suo veteri, et pristino maneant vigore, habeanturqve rata, et firmiter observentur in omne tempus. 1550. *Art.* 64.

## SECTIO VIII.

### *De gratuitis laboribus ex bonis Praelatorum praestandis, generatim.*

1. Ad secandas indagines et Fossata facienda, ad hortos, et qvaecunqve Regia aedificia, vel officinas, Ecclesiarum populos non cogemus. 1231. *Art.* 38.

2. Ad Kanisam: integri Comitatus Szaladiensis, Castriferrei, et Simigiensis, nullius bonis, seu Ecclesiasticis, seu secularibus exceptis. 1578. *Art.* 27. §. 27.

3. In Confiniorum reparatione DD. Praelati etc. etiam suas Arces, et Fortalitia habentes, auxilia sua praebeant. Hoc Subsidium praestare nolentibus poena tripli infligatur absqve ulla DD. Praelatorum etc. discretione. 1609. *Art.* 61. §. 4. 7.

4. Hoc Subsidium gratuitum praestare nolentibus poena tripli infligatur, absqve ulla DD. Praelatorum etc. discretione. 1613. *Art.* 8. §. 12.

5. In limitatione (*gratuitorum laborum*) Confiniorumqve fienda reparatione DD. Praelati etc. etiam proprias Arces, et Fortalitia habentes, auxilia sua praebeant, condignum est. 1618. *Art.* 51.

# CAPUT VIII.

## *De Episcopis in genere.*

### ARTICULUS I.

*Episcopi nomine Praelatorum veniunt.*

Per Praelatos intellige non solum DD. Archiepiscopos, et Episcopos, sed etiam Abbates, atqve Praepositos, tam seculares, qvam regulares omnes. *P. II. T.* 49. §. 5.

### ARTICULUS II.

*Episcoporum Officia.*

1. Ecclesiis Praelati sive sint Episcopi, sive Praepositi etc. doctrina praediti praeficiantur, qvi et ipsi doceant verbo et exemplo gregem sibi commissum, et Vicarios suos, Ministrosqve sibi subjectos, eorum Officium exercere faciant. 1548. *Art.* 6.

2. Ut Episcopi, et Praelati, qvi vel solo etiam titulo, ut, nunc sunt tempora, eandem dignitatem possident, primum moribus, et exemplis, deinde vero doctrina et praedicatione muneri ipsorum invigilare debeant. 1550. *Art.* 13.

ARTICULUS

## ARTICULUS III.

*Episcopatus in Hungaria Reges conferunt.*

1. Nemo, de rustica progenie natus, in Episcopum, vel Archiepiscopum, ob perpetuam rusticanae proditionis memoriam, per Regiam Majestatem promoveatur, et si qvispiam promoveretur, nemo illi Decimas dare tenetur. 1514. *Art.* 24.

2. Reges Hungariae, cum soli fuerint omnium Ecclesiarum et Episcopatuum etc. in hoc Regno fundatores, per ejuscemodi fundationem omnem facultatem Juris patronatus, nominationis, electionis, ac Collationis beneficiorum sibi ipsis acqvisiverunt, et vendicarunt. P. I. T. 11. §. 1. Salvo jure confirmationis Archiepiscopatuum et Episcopatuum, qvae jurisdictioni Sacro Sanctae Romanae duntaxat Ecclesiae subesse dignoscitur. P. I. T. 10. §. 3.

3. Ne Sacrae Caesareae, Regiaeqve Majestatis authoritate, et potestati qvidpiam derogetur, in ejus arbitrio relinqvitur Episcopos, qvos voluerit, eligere. *Pacif. Vien. ad* 5. §. 3.

## ARTICULUS IV.

*Nullus Episcoporum plura beneficia teneat.*

1. Nemo ex DD. Episcopis, et Ecclesiarum praelatis duas dignitates, aut alia beneficia Ecclesiastica tenere valeat. 1498. *Art.* 56.

2. Unus qvisqve Praelatus unum tantum beneficium possideat, non plura. 1548. *Art.* 6. §. 7.

3. Neqve DD. Episcopi, et Ecclesiarum Praelati aliaeqve personae Ecclesiasticae plures dignitates, et plura beneficia possidere valeant. 1647. *Art.* 98. §. 1.

## ARTICULUS V.

*Episcopi Ecclesias restaurent, libris et Presbyteris provideant, easqve visitent.*

1. Presbyterum et libros Episcopi provideant. *S. Steph. Decr. L. II. C.* 34.

2. Libros Episcopus provideat. *S. Lad. Decr. L. I. C. 7.*

3. Ecclesias ex vetustate desolatas Episcopus reaedificet. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 8.

## ARTICULUS VI.

*Episcopi invitis Patronis Plebanos non confirment.*

Ordinatum est: ut nemo Plebanorum invitis Patronis confirmetur. 1504. *Art.* 26. §. 2.

## ARTICULUS VII.

*Episcopo peregrini Clerici, et Liberi adhaereant.*

1. Si qvis hospes Clericus in hanc patriam sine commendatitiis literis Episcopi sui venerit, judicio, vel testimonio discutiatur. *S. Lad. Decr. L. I.* C. 17.

2. Si qvis Clericus in patriam istam veniens, alicui Episcoporum adhaeserit, neqvaqvam discedat, donec de injustitia sibi illata,

in audientia Regis declaraverit. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 18.

3. Liberi cuicunqve Episcopo adhaeserint, sicut ei placuerit, ita habeantur, salva tamen libertate. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 30.

## ARTICULUS VIII.

*Episcopus fures majores Clericos degradet.*

Ordo Clericalis, si anserem, vel gallinam, aut poma, vel his similia furatus fuerit, scopis tantum a Magistro corrigatur, sed qvod furatus est, restituat; majus his si furatus fuerit, ab Episcopo suo degradetur, et judicio vulgari damnetur. *S. Lad. Decr. L. II. C.* 13.

## ARTICULUS IX.

*Munus Episcopi circa conjugatos Clericos.*

1. Si qvis Episcopus, aut Archiepiscopus, ab illicitis conjugiis separari nolenti, spreto synodali Decreto, aut consilium et consensum praebuerit, aut ei Ecclesiam dederit, aut aliqvid, qvod ad ordinem pertinet, agere permiserit: a Rege, et Coepiscopis suis, secundum qvod rationabile videbitur, is dijudicetur. Si vero Archiepiscopus, causa ignorantiae, Episcopo consenserit, aut Presbyter per consensum illius, in tali vitio permanserit, judicio Episcopi voluntario subjaceat. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 4.

2. Nullus Episcopus aliqvem promoveat Clericorum, ad Diaconatum et ultra, nisi prius abstinentiam voverit, et si uxorem habuerit, ex ejus fiat consensu, idem promittentis. *Colom. Decr. L. II. C.* 9.

## ARTICULUS X.

*Episcoporum jura circa Judaeos.*

1. Si Judaei uxores Christianas sibi associaverint, aut aliqvam personam Christianam in servitio apud se detinuerint, ablata ab eis, libertati reddatur, venditoribus ejus pretium tollatur, et in sumptum Episcoporum veniat. *S. Lad. Decr. L. I.* C. 10.

2. Possessiones qvidem Judaei, qvi possunt emere, habeant, sed ipsi nusqvam, nisi, ubi Sedes Episcopalis, remanere sinantur *Colom. Decr. L. I.* C. *75*.

## ARTICULUS XI.

*Episcopi Vigilias Sanctorum constituerunt.*

Ab universis Episcopis collaudatum, et Canonizatum est, ut vigiliae celebrentur, et qvod Andreas Rex cum omnibus, qvi tum erant, Episcopis vovit, et statuit, trium dierum vigiliam ad festivitatem S. Petri. *S. Lad. Decr. L. I.* C. *37*.

## ARTICULUS XII.

*Episcoporum Judiciaria potestas.*

1. Si qvis observatione Christianitatis neglecta, et negligentiae stoliditate elatus, qvid in eam commiserit, juxta qvalitatem offensionis, ab Episcopo per disciplinas canonum judicetur. *S. Steph. Decr. L. II.* C. 12.

2. Si sortilegio utentes invenirentur, ut faciunt in cinere, et his similibus, ab Episcopis flagellis emendentur. *S. Steph. Decr. L. II.* C. 32.

3. Qvicunqve Ecclesiam Deo aedificaverit, et dotem nominaverit, nominatam vero non dederit, ad illud explendum, transmisso nuncio, praevaleat Episcopale judicium. *S. Lad. Decr. L. I. C. 5.*

4. Meretrices et Strigae, secundum qvod Episcopo justum visum fuerit, talimodo dijudicentur. *S. Lad. Decr. L. I.* C. 34.

5. Qvod nullus presbyterorum Regularium vel Secularium, atqve Clericorum, sive Laicorum hujus Regni per viam simplicis qverelae, in qvibuscunqve causis ad curiam Romanam ex Regnicolis qvempiam citare, et vexare praesummat, sed prius hic in Regno, coram Judicibus eorum ordinariis, videlicet, coram Episcopo loci illius, in cujus Diaecesi moram trahit, et ab Episcopo ad suum Metropolitanum trahere possit in causam. 1445. *Art.* 16.

## ARTICULUS XIII.

*Episcoporum exercituatio.*

1. Sicut in appellationibus ad Curiam Romanam et legatos (*Art.* 45. 1492.) sancitum est, ita qvoqve de DD. Archiepiscopis in hoc Regno existentibus is Articulus intelligatur; qvod nullus omnino hominum per simplicem qverelam, nisi per viam appellationis, de Diaecesi aliqvorum DD. Praelatorum, causam suam in praesentiam eorumdem deducere possit. 1495. *Art.* 10.

2. Qvod deinceps nullus omnino hominum, nisi primum coram suo ordinario Diaecesano Archiepiscopo, vel Episcopo aut ejus Vicario, juridice procedere possit. 1492. *Art.* 45. §. 2.

3. Ex qvo DD. Archiepiscopi, et Episcopi, juxta hujus Regni laudabilem consvetudinem antiqvam, pro defensione hujus Regni, tam ratione proventuum decimalium, qvam ratione proventuum Ecclesiarum suarum, Banderia sua secundum exigentiam proventuum, et usum Jobagionum suorum, levare tenentur; Ob hoc ipsi DD. Archiepiscopi, et Episcopi eorum gentes pro defensione Regni juxta limitationem infrascriptam tenere, et conservare teneantur. 1498. *Art.* 15.

## ARTICULUS XIV.

*Citationes fiant penes Testimonium Episcopi.*

1. Qvia multi in Regno laeduntur per falsos Pristaldos; Citationes, vel testimonia eorum nisi per testimonium Diaecesani Episcopi, vel Capituli, nec falsus Pristaldus possit se justificare, nisi eorumdem testimoniis. 1231. *Art.* 21.

2. Conventus (*qva loca Credibilia*) ad minus qvinqve personas intertenere obligantur, secus Diaecesanus loci, vel Archiepiscopus ejusmodi personas supplere, et de eorumdem substantia, instar aliorum Conventualium, de bonis talis Conventus providere possit. In statutionibus Bonorum Praedialium, per Archiepiscopos et Episcopos conferri solitorum, Archi, et Episcopales homines, universas Relationes sub corporali juramento coram Locis fide dignis facere easdemqve cum specificatione anni, diei, et mensis propriis manibus subscribere obligentur. 1723. *Art.* 39. §. 6. et 13.

## ARTICULUS XV.

*Episcopi sub propriis Sigillis Procuratores constituunt.*

Sciendum: qvod Praelati, et Archiepiscopi et Episcopi, nec non Prior Auranae per literas eorum proprias, et notoriis sigillis roboratas Procuratores constituendi facultatem habeant. P. II. Tit. 13. §. 6.

## ARTICULUS XVI.

*Episcoporum authoritas in excommunicando.*

1. Crescentibus excessibus crescere debet et paena, pro eo, Episcopi Diaecesani, in qvorum Diaecesibus factum hoc, a Deo, et praesenti Statu damnatum, attentatum fuerit, in Ecclesiis et populis talium damnandorum (*potentiariorum*) Interdictum ponant. 1298. *Art.* 9.

2. Qvicunqve Nobiles juxta formam statuti nostri justitiam non fecerint, tales qvilibet Episcopus in sua Diaecesi excommunicet. 1298. *Art.* 10.

3. De spoliationibus autem a tempore Congregationis inchoatae factis, decernimus; qvod si perceptio aliqva, vel informatio, per qvoslibet similes electos Episcopo Diaecesano de his constare poterit, ex tunc qvilibet Episcopus Diaecesanus, illos tales in sua Diaecesi damnabiliter delinqventes excommunicet. 1298. *Art.* 15.

4. Statutum est: qvod ipsi Praelati, propter Plebanos, Parochianos eorumdem, per Interdicta Ecclesiastica turbare, seu molestare non debeant. 1498. *Art.* 69.

## ARTICULUS. XVII.

*Episcopi Regi, contra libertates agenti, contradicere poterant.*

Qvod si nos, vel aliqvis successorum nostrorum, aliqvo unqvam tempore huic dispositioni contraire voluerit, liberam habeant, harum authoritate, sine Nota alicujus infidelitatis, tam Episcopi, qvam alii universi, et singuli resistendi, et contradicendi, nobis, et nostris successoribus in perpetuum facultatem. 1222. *Art.* 31. §. 2.

## ARTICULUS XVIII.

*Obedientia Secularium erga Episcopos.*

1. Ut Episcopi habeant potestatem, res Ecclesiasticas providere, regere, et gubernare, atqve dispensare, secundum canonum authoritatem, volumus, ut laici eorum Ministerio obediant, ad regendas Ecclesias, viduas, et Orphanos defensandum; et ut obedientes sint eis ad eorum Christianitatem servandam, consentientesqve sint Comites, Judices Praesulibus suis ad justitias faciendas juxta praeceptum legis divinae. *S. Steph. Decr. L. II.* C. 2.

2. Cum nulla ratione possent Episcopi munus suum exercere, nisi patienter audiantur ab iis, ad qvos docendos missi sunt, videtur is modus adhibendus esse, ut seculares omnes sine ulla controversia, aut disputatione, contentioneqve obedientes, ut par est, sese praebeant eorum Episcopis. 1550. *Art.* 16.

## ARTICULUS XIX.

*Episcopus Diaecesanus non influat in negotia Protestantium.*

In illis locis, ubi dehinc cum introductione liberi Religionis exercitii, novum qvodpiam templum, vel Oratorium exstruendum, aut Minister illocandus veniret, praevie ope mixtae Deputationis, per concernentem Comitatum exmittendae, absqve tamen influxu hominis Diaecesani, necessarii sumptus etc. investigentur. 1791. *Art.* 26. n. 2.

## ARTICULUS XX.

*Sententiae in Causis matrimonialibus* Protestantium *non obligant Episcopos.*

Eo per expressum subnexo: qvod divortii Sententiae non nisi qvoad effectus civiles ubiqve pro validis habeantur, Episcopus autem ad agnoscendam talismodi vinculi nullitatem, illamqve ad Catholicos extendendam obligare, neqveant. 1791. *Art.* 26. §. 11.

## ARTICULUS XXI.

*Episcopi in suis Diaecesibus resideant.*

1. Ipsi Praelati penes Ecclesias ipsorum jugiter resideant; si qvis Praelatus, publicis muneribus occupatus, penes Ecclesiam residere non posset, Vicarium, virum sufficientem, et Ecclesiasticum, loco sui continue teneat penes Ecclesiam. 1548. *Art.* 6. §. 6. 8.

2. Statuitur: ut Praelati, publicis Regis, vel Regni Officiis, aut aliis gravibus Ecclesiae negotiis non praepediti, in Diaecesibus, et

beneficiis suis, ad praescriptum legis, juxta strictam suam obligationem resideant. 1723. *Art.* 55.

3. Ultro qvoqve statuitur, ut Praelati, aliiqve Beneficiati, publicis Regis, vel Regni aut aliis gravibus necessitatibus non praepediti, in suis Diaecesibus, et beneficiis resideant. 1741. *Art.* 16.

## ARTICULUS XXII.

*Episcopi Conventus et Praeposituras annue bis visitent.*

1. Non semel in anno, sed saepe Monasteria Episcopi visitent, et regularem vitam Fratrum discutiant. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 21.

2. Cooperantibus RR. DD. Archiepiscopis, et Episcopis, qvanto ocyus fiat Visitatio, et reformatio Ordinum Regularium, et Ecclesiarum eorumdem, ne diruantur. 1458. *Art.* 57.

3. Qvod Episcopi, in qvorum Diaecesi Abbates, vel Praepositi fuerint, teneantur eosdem, atqve etiam eorum Conventus bis singulis annis personaliter visitare. Si autem majoribus occupati, vel absentes fuerint, per ipsorum Vicarios, et Praepositos, aut alios bonos, et doctos viros Ecclesiasticos, hoc nihilominus facere teneantur. Et si Abbates, vel Praepositi ipsi, regulam eorum, non observare, vel alias malam vitam ducere, aut etiam Episcopis suis inobedientes fore dignoscentur, deponantur per eosdem, et melioribus eorum beneficia conferantur. Ex Conventu etiam fratrum, si qvi mali, et inobedientes fuerint, per Visitatores ejiciantur. Nam, si Abbates et Praepositi boni erunt, fratres

boni fiant, necesse est. Et sic neqve in literarum emanationibus, neqve aliis in rebus falsitas committi poterit. 1486. *Art.* 12.

## ARTICULUS XXIII.

*Episcopi Synodos celebrent.*

Statutum est: qvod DD. Praelati Synodos celebrent, ac tempore Synodi vel convocationis generalis, sive particularis, teneantur omnes Plebani, et Presbyteri qvalescunqve ad convocationem Praelatorum suorum, qvorum Diaecesi subsunt, pro accipienda salutari doctrina, sine omni renitentia convenire. 1559. *Art.* 41.

## ARTICULUS XXIV.

*De Decimis Episcoporum.*

### §. I.

*De Decima Liberorum.*

1. Episcopi de Liberis accipiant Decimas. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 30.

2. Abbates de Liberis suis dent Decimationem Episcopis. *S. Lad. Decr. L. I.* C. 27.

### §. II.

*Decima, Episcopo destinata, non subtrahatur.*

Si qvis Decimationem Episcopo separatam furatus fuerit, dijudicetur ut fur, ac hujusmodi compositio tota pertineat ad Episcopum. *S. Steph. Decr. L. II.* C. 52.

## §. III.

*Decima pecorum etc. Episcopis, quarta Presbyteris competit.*

1. Episcopi decimationem pecorum in illo Episcopatu nascentium accipiant. Qvartam Presbyteris in suo Episcopatu manentibus, tribuant. *S. Lad. Decr. L. I.* C. 33.

2. Archiepiscopi et Ecclesiarum Praelati Plebanis Ecclesiarum, his scilicet, qvibus tenentur, de proventibus eorum Decimalibus Qvartas solvant. 1498. *Art.* 50.

## §. IV.

*Episcoporum renitentia non obstante, Decimae in natura desumantur.*

Decimae argento non redimantur, sed sicut terra protulerit, vinum, vel fruges persolvantur; et si Episcopi contradixerint, non juvabimus ipsos. 1222. *Art.* 20.

## ARTICULUS XXV.

*Substantia Episcopi ab intestato decedentis ejus Ecclesiae cedat.*

Bona decedentis Episcopi D. Rex, vel qvaelibet alia persona, rapere non possit, sed utilitati Ecclesiae, cujus idem Praelatus fuisse dinoscitur, si intestatus decedit, applicentur. 1298. *Art.* 27.

## ARTICULUS XXVI.

*De Episcopis supremi Comitis, vel alias seculares dignitates gerentibus.*

1. Majestas Regia nemini ex DD. Episcopis honorem, vel Officiolatum Comitatus, etiam

pro tempore dare, et conferre valeat. Nisi per Sanctos Reges, superinde aliqvas Collationes, sive Privilegia habuerint, qvas producant, si qvi habent, infra Congregationem praesentem, alioqvin invigorosae relinqvantur. 1498. *Art.* 57.

2. Qvae de Episcopis Comitibns Comitatuum in particulari recensentur, et utrum hujusmodi personae Ecclesiasticae seculares possint habere dignitates, id in futura Diaeta Rex, et Regnicolae concludent. 1606. *Pacif. Vien. ad* 5. §. 4.

3. Utrum Episcopi in Regno seculares possint habere dignitates, id nunc Regia Sua Majestas, durante adhuc hac Diaeta, cum Regnicolis concludet. 1608. *Art.* 6. A. C.

4. De Episcopis Comitibus, juxta Viennensem conclusionem, Rex, et Regnicolae in futura Diaeta concludant, et ipsi Privilegia sua producant. 1609. Art. 23.

## ARTICULUS XXVII.

### *Episcopi pro eqvis Regalibus Decimas non dent.*

Episcopi super praedia Servientium eqvis nostris Decimas non dent. 1222. *Art.* 21.

## ARTICULUS XXVIII.

### *Episcopi bona Ecclesiastica revindicent.*

Episcopi et Praelati res et bona Ecclesiarum suarum, turbulentis his temporibus distracta, perqvirere, et ab iis, apud qvos repererint, modis omnibus recuperare curent, qvibus Majestas sua authoritate Regia praesto adesse dignetur. 1550. *Art.* 20.

## ARTICULUS XXIX.

*Episcopi de bonis Ecclesiae disponere non possunt.*

Unusqvisqve dominetur propriorum, similiter et donorum Regis; excepto, qvod ad Episcopatum pertinet. *S. Steph. Decr. L. II.* C. *35.*

## ARTICULUS XXX.

*Episcopi bona Secularia pro Ecclesiis impetrare non possunt.*

Episcopi Ecclesiarum Praelati pro persona sua, et Ecclesiae suae possessiones, et jura possessionaria secularia impetrare, jure perpetuo emere, aut titulo pignoris habere non possint. 1498. *Art.* 55.

## ARTICULUS XXXI.

*Episcopatus vacantes conferantur, ut augeatur Praelatorum numerus.*

In tanta Praelatorum penuria, ut augeatur numerus Praelatorum Majestas Caesarea et Regia dignetur Episcopatus et Praeposituras, tam regulares, qvam seculares, nunc vacantes, conferre personis congruis. 1567. *Art.* 24. §. 10.

## ARTICULUS XXXII.

*Episcopi in Diaeta sessionem et votum habent.*

Praelatorum statum hunc esse volumus: ut qvicunqve Episcoporum Capitulum suum cum Praeposito suo, sub sua jurisdictione Epi-

scopali, aut loca Residentiae suae habuerit, extunc idem Episcopus in Conventu DD. Praelatorum, et Baronum, pro sua persona locum, et vocem habeat. 1608. P. C. *Art.* 1. §. 4.

## ARTICULUS XXXIII.

### *Taxa Collationalium super Episcopatibus in Majori Cancellaria.*

Pro literis gratiosis, qvibus Majestas Regia personis aliqvibus bene meritis providet de Praelaturis, aliisqve dignitatibus, et beneficiis Ecclesiasticis promoti ipsi solvent, et debent D. Cancellario, juxta talium Praelaturarum, et dignitatum exigentiam pro bene placito suo, liberales se in redimendis literis exhibere, pro Episcopatibus florenos centum. 1609. *Art.* 73. §. 33. 34.

## ARTICULUS XXXIV.

### *De Episcopis titularibus.*

1. In arbitrio Sacrae Caesareae Regiaeqve Majestatis relinqvitur, Episcopos, qvos voluerit, eligere, nec tamen in Consilium alii, qvam, qvi Episcopales suas Ecclesias, vel alia jura Episcopalia habuerint, admittantur. 1606. *Pacif. Vien. ad* 5. §. 3.

---

Nota. Cum personalis residentia sit ipsi officio Diaecesanorum arcte conjuncta, secularia vero negotia illis tantum arbitrarie deferantur, Constitutiones istae minus concordant cum illis, qvae supra de residentia personali Diaecesanorum relatae sunt, licet adjiciatur Clausula: *nisi publicis Regis et Regni negotiis occupati sint.* Sapientur itaqve aetate nostra DD. Diaecesanis in residentia personali relictis, Electi duntaxat Episcopi penes politica, et juridica Dicasteria constituuntur, qvi una publicis negotiis gerendis asvescunt.

2. Ne tales Episcopi, qvi residentias suas Episcopales in suis Ecclesiis, vel jura possessionaria Episcopalia in Regno non habuerint, ad Consilia admittantur. 1608. A. C. *Art.* 6. §. 2.

3. Pro titularibus Episcopatibus Taxa Collationalium in Majori cancellaria sunt floreni qvinqvaginta. 1609. *Art.* 73. §. 35.

4. Ne Episcopi, qvi residentias suas Episcopales in suis Ecclesiis, vel jura Episcopalia possessionaria in Regno non habuerint, ad Consilia admitantur, renovatur. Art. *ad* 6. A. 1608. A. C. 1647. Art. 99.

5. Episcopi Titulares, siqvidem nobilitari praerogativa gauderent, vel in personis insurgere, vel loco personarum suarum Eqvites idoneos submittere teneantur. 1662. *Art.* 5. §. 5.

6. Episcopi Titulares, siqvidem nobilitari gauderent praerogativa in personis suis, modo praemisso, insurgere teneantur. 1681. *Art.* 46. §. 6.

7. Episcopi Titulares conformitate Articulorum, 14. A. 1595. 5. A. 1662. A. 46. 1681. Eqvites statuent. 1741. Art. 63. §. 13.

## ARTICULUS XXXV.

### *De Episcopis Graeci Ritus non uniti.*

1. Metropolitae Graeci Ritus non unitorum, in Districtu praefatorum Regnorum (*Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae*) nulla utiqve in antelati Ritus Clerum, et populum admittetur Jurisdictio.

2. Id etiam curatura est (*Sua Majestas*) ut, qvoadusqve alii etiam Episcopi, Graeci

Ritus

Ritus non uniti, ibidem perstiterint, ab omni excessu, et confusione sese continere debeant. 1741. *Art.* 46. §. 4. 6.

3. Status et Ordines, ne parte ex sua qvidpiam desiderari sinerent, in conformitate factae humillimae Repraesentationis suae, non uniti Graeci Ritus Metropolitae, et Episcopis, votum in Comitiis jam nunc competere declarant, ac una cum benigno Suae Majestatis consensu decernunt, ut de ipsa qvalitate voti, et sessionis, per Deputationem Regnicolarem, in coordinatione Comitiorum operaturam, praestetur opinio, in affuturis Regni Comitiis, praescripto modo referenda, et terminanda. 1792. *Art.* 10.

# CAPUT IX.

## *De Episcopis in Specie.*

## TITULUS I.

### *De Primate, et Archiepiscopo Strigoniensi.*

## SECTIO I.

### *De Primatiali ejus dignitate.*

### ARTICULUS I.

#### *De Primate Archiepiscopo in sua dignitate conservando.*

1. Securos reddidit perqvam benigne Status et Ordines Regni Sua Majestas Regia in eo qvoqve, qvod videlicet Primatiali etiam, et Archiepiscopali dignitate in legalem et plenam authoritatem, atqve jurisdictionem reposita,

eum in finem duplex etiam sigillum suum Regium moderno D. Primati et Archiepiscopo Strigoniensi consignari, eumqve in avitum et legalem ejusdem usum restitui faciet, ac tam hunc, qvam futuros DD. Regni Primates et Archiepiscopos Strigonienses in usu eodem, et Activitate legali conservabit. 1741. *Art.* 10.

2. Primatiali, et Archiepiscopali dignitate per Articulum qvoqve 10. novissimae Diaetae in legalem, plenamqve authoritatem, et jurisdictionem reposita, desideriis Statuum et Ordinum Regni in eo etiam Sua Majestas Caesareo-Regia clementer deferre dignata est, qvod altefata Sua Majestas vigore praecitati Art. 10. duplex etiam sigillum suum Regium eidem Primati, et Archiepiscopo, qva Summo Cancellario, benigne consignatura, eundemqve in avitum, et legalem illius usum restitutura sit. 1751. *Art.* 3.

3. Ad demissum Statuum et Ordinum postulatum, ut Metropolitanum Strigoniense Capitulum in conseqventiam Articulorum 36. 1638. et 55. 1723. Strigonium reponatur, Sua Majestas benigne resolvere dignata est, qvod videlicet reditum Capituli Metropolitanae Strigoniensis Ecclesiae ad fundationis suae locum, Strigonium qvippe, juxta praecitatarum legum dispositiones per neo denominandum Archiepiscopum, et Primatem procurabit, obligationemqve hanc Collationalibus etiam ejusdem inserendam disponet. 1802. *Art.* 17.

## ARTICULUS II.

*Rex majora negotia conferet etiam cum Primate Regni.*

Dum magis ardua negotia pertractanda occurrerint, Regni Primatem etc. in Augustam

suam Praesentiam advocari curabit, talismodique negotia cum illis conferet. 1741. *Art.* 11. §. 3.

## ARTICULUS III.

*In casu repentinae necessitatis subsidiorum, cum ceteris Primas Regni ad consultationem vocetur.*

In casum illum, si adhuc ultro obices per qvempiam ponerentur, annuente Sua Majestate Sacratissima, decreverunt; ut e gremio suo pro hoc duntaxat casu, usqve futuram Diaetam delectis, Primati Regni etc. rerum adjuncta, et necessitatem, qvae coram Comitiis Regni pandere non expediret, aperiat. 1791. *Art.* 65.

## ARTICULUS IV.

*Candidatio Palatini Primati pro reseratione consignata est.*

Pro vacante Officio (Palatinali) certos e medio fidelium suorum Statuum et Ordinum in literis suis candidatoriis, medio delegatorum Commissariorum Regiorum, sub Secreto sigillo suo Regio clause transmissis, pro reseratione, et Publicatione, manibus Eminentissimi Cardinalis et Principis Regni Hungariae Primatis D. Josephi e Comitibus de Batthyán etc. consignatis, candidatos proponere dignata fuisset. 1791. *Art.* 3.

## ARTICULUS V.

*Primas Regni neo electum Palatinum Regni praesentavit.*

Sua Celsitudo Regia neo electus Palatiuus, pro confirmatione Regia Suae Majestati Sacra-

tissimae per Eminentissimum Cardinalem et Primatem Regni praesentatur. 1791. *Art.* 5.

## ARTICULUS VI.

*Primatis Archiepiscopi jura confirmantur.*

Primatis Archiepiscopi legalis authoritas, jura item, et praerogativae, Sua Majestate benigne annuente, hic denuo pro confirmatis declarantur. 1791. *Art.* 24.

# SECTIO II.

## *De Archiepiscopo Strigoniensi.*

## ARTICULUS I.

*Series Archiepiscoporum Strigoniensium e Decretis eruta.*

Seraphin, cui Albricus compilationem Decretorum Colomani R. dedicavit. *Praef.* Joannes. 1222. *Art.* 31. Nicolaus. 1381. *Concl.* Demetrius Cardinalis. 1384. *Concl.* Joannes, cum qvo Sigismundus R. concordiam inivit. 1404. §. 6. 12. 1405. I. Georgius. 1435. II. Dionysius de Zeech. 1464. *Concl.* Joannes spondet penes Matthiam R. de non exigenda contributione. 1468. *ubiqve Concl.* Vacat. 1486. Hipolytus Cardinalis Estensis de Aragonia. 1495. Thomas. 1498. 1500. 1504. Idem Cardinalis Patriarcha Constantinopolitanus. 1514. *ubique Concl.* 1518. *Bach. Art.* 40. 1519. *Art.* 27. 1522. *Art.* 35. 38. 1525. *Art.* 27. Georgius 1525. *Art.* 26. 27. 1526. *Art.* 28, Franciscus Forgách Cardinalis. 1608. 1609. *Concl.* Petrus Pázmány. 1625. 1630. 1635. Emericus Lósy. 1638. Georgius Lippay. 1647. 1649. 1655. 1659. 1662. *ubiqve in Concl.* 1655.

*Art.* 40. Georgius Szelepchényi. 1681. Georgius Széchényi. 1687. *Concl.* Leopoldus Cardinalis a Kollonich. 1715. *Art.* 16. Christianus Augustus Saxoniae Dux, Cardinalis. 1715. 1723. *ubiqve in Concl.* 1715. *Art.* 23. 74. 111. 1723. *Art.* 96. C. Fr. Emericus Eszterházy. 1729. 1741. *Concl.* C. Nicolaus Cháky. 1751. C. Franciscus Barkóczy. 1765. C. Josephus Cardinalis de Batthyán. 1791. 1792. 1796. *Concl.* 1791. *Art.* 67. Vacat 1802. 1805. Carolus Ambrosius Archidux Austriae. 1808. *Art.* 7. *et Concl.* Vacat. 1811. *Concl.*

## ARTICULUS II.

### *Jura et munia ejus personalia.*

### §. I.

*Strigoniensis Archiepiscopatus conferatur personae bene meritae.*

Supplicant etiam in eo vehementer. (SS. et OO.) ut Ecclesiastica beneficia, praecipue autem Archiepiscopatum Strigoniensem, qvi jam inde, fere ab ipsis Christianae Religionis in Hungaria primordiis caput, secundum Regiam Majestatem in Regno omnium Ecclesiarum fuit, ex qvo Religionis, cultusqve divini in toto Regno vel tuendi, vel augendi, praecipua semper ratio dependet, personis bene meritis, et Majestati Suae gratis, minimeqve externis, conferre dignetur. 1550. *Art.* 18.

### II.

*Literarum Collationalium super Archiepiscopatu Strigoniensi in Cancellaria Majori expeditionis Taxa.*

Pro literis gratiosis, qvibus Majestas Regia personis aliqvibus bene meritis providet de

Praelaturis, aliisqve dignitatibus et beneficiis Ecclesiasticis, signanter tamen pro literis Archiepiscopatus Strigoniensis, stante Regno incolumi, per florenos qvadringentos. 1609. *Art.* 73. §. 33.

## §. III.

*Archiepiscopus Strigoniensis potuit Regem, libertates Regni infringentem excommunicare.*

1. Spontanee consentientes, ut, sive nos, sive filii nostri, et successores nostri, hanc a nobis concessam libertatem confringere voluerint, Archiepiscopus Strigoniensis, praemissa legitima admonitione, nos vinculo excommunicationis, et eos innodandi habeat potestatem. 1231. *Concl.*

2. Si qvis autem nostrum imposterum praesentis statuti, et libertatis, a S. Stephano constitutae transgressor exstiterit, qvod absit, illum D. Archiepiscopus Strigoniensis per Censuram Ecclesiasticam compellat ad praemissa inviolabiliter observanda prouti id nos assumpsimus pari voto. 1267. *Concl.*

## §. IV.

*Archiepiscopus Strigoniensis fuit Locumtenens Regius.*

Reverendissimo in Christo Patre, D. Strigoniensi, Locumtenente nostro. 1547. *Resp.* §. 2.

## §. V.

*Archiepiscopus Strigoniensis est Legatus natus, sedis Apostolicae de latere legatus, Summus et Secretarius Cancellarius, Personalis Majestatis Regiae Praesentia et Judex Regni ordinarius.*

1. Datum per manus D. Nicolai Archiepiscopi, Cancellarii nostri. 1364. *P. II. T.* 14. §. 25.

2. Dionysius Cardinalis Archiepiscopus Ecclesiae Strigoniensis, Summus Cancellarius Regius. 1462. *Exord. sponsio penes Matthiam R.*

3. Joannes Strigoniensis Archiepiscopus Apostolicae Sedis Legatus natus. 1468. *sponsio penes Matthiam R. Exord.*

4. Thoma Strigoniensis Ecclesiae Archi-episcopo, Legato nato, Summo, et Secretario Cancellario nostro. 1500. *Concl.* 1504. *Concl.* 1508. *Concl.*

5. Thoma Tituli S. Martini in Montibus, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali, ac Patriarcha Constantinopolitano et Apostolicae Sedis de latere Legato, Strigoniensis Ecclesiae Archiepiscopo. 1514. *Concl.*

6. Cum RR. D. Archiepiscopo Ecclesiae Strigoniensis ex ejusdem Ecclesiae antiqvis privilegiis, tamqvam Summo, et Secretario Cancellario Regio jure competat, ut ipse juxta formam generalis Decreti Regni, tamqvam Personalis Majestatis Regiae Praesentia, unus ex Judicibus Regni Ordinariis esse censeatur; tum igitur ex eo, tum etiam, qvod sit et Hungariae Primas, Majestas Regia inter DD. Locumtenentem, et ceteros Ecclesiasticos Consiliarios, ac Judices Regni Ordinarios eum faciat ordinem, ut idem D. Strigoniensis, et in Con-

silio, et in Judicio pro suo, et Ecclesiae suae honore, ut convenit, sua libere fungatur authoritate. 1536, *Art.* 15.

7. Ludovicus Rex duo sigilla habuit, qvorum primum in Partibus Uzurae deperditum, et RR. D. Nicolao Archiepiscopo Strigoniensi, Cancellario suo substractum, non tenetur. *P. II. T.* 14. §. 19.

8. Ex alia parte Venerabilem in Christo Patrem D. Nicolaum Archiepiscopum Strigoniensem, nostrum Cancellarium, penes qvem utrumqve par sigilli nostri authentici habebatur, cum ceteris Praelatis etc. Uzuram destinaramus, qvidam familiares ipsius D. Archiepiscopi, pro custodia deputati, utrumqve par sigilli nostri authentici, praeconcepta malitia subtraxerunt. *P. II. T.* 14. 22.

9. Eminentissimus S. R. E. Presbyter Cardinalis S. R. I. Princeps Josephus e Comitibus de Batthyán, Perpetuus in Németh-Ujvár, Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis Archiepiscopus, Sacrae Sedis Apostolicae Legatus natus, I. Regni Hungariae Primas, Summus, et Secretarius Cancellarius, Insignis Ordinis S. Stephani Regis Apostolici Magnae Crucis Eqves, II. Comitatuum Castriferrei qvidem Perpetuus, Strigoniensis vero Supremus, ac ibidem Perpetuus Comes, Sacratissimae Caesareae Regio-Apostolicae Majestatis Actualis Intimus Status Consiliarius, et Tabulae Septemviralis Co-Judex. 1791. *Art.* 67.

## §. VI.

*Archiepiscopatui Strigoniensi connexa est dignitas S. R. I. Principis.*

Qvod Sua Majestas Sacratissima ad demissam, eamqve sollicitam Eminentissimi, et Se-

renissimi D. Cardinalis Ducis de Saxonia, Archiepiscopi Strigoniensis et Primatis Hungariae instantiam, futuros ejusdem D. Archiepiscopi, in dignitate Archiepiscopali Strigoniensi successores, in veros S. R. I. Principes creare, et ad Titulum, atqve dignitatem Principatus Imperialis, cum omnibus honoribus, et praerogativis, eidem competentibus, ex speciali sua gratia atqve clementia evehere, ac sublimare dignata sit, eas, qvas possunt immortales, altefatae Suae Majestati Sacratissimae Status et Ordines referunt gratias; ac, in signum debitae gratitudinis, aeternam hujus rei memoriam praesenti Articulo ad seram posteritatem transmittere voluerunt, qvo sic erga praetitulatum etiam D. Archiepiscopum et Cardinalem, pro eatenus qvoqve in gentem Hungaram demonstrato propenso animi candore, reciprocum, ac indubitatum sinceri affectus et obseqvii argumentum testarentur. 1715. *Art.* 111. *C. f.* 1791. *Art.* 67.

## §. VII.

*Strigoniensis Archiepiscopus est Comes Loci Perpetuus.*

1. D. Nicolao Strigoniense Archiepiscopo, Lociqve ejusdem Comite Perpetuo 1351. *Concl.*

2. Datum per manus RR. in Christo Patris et D. D. Demetrii miseratione divina Tituli SS. Qvatuor Coronatorum Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis, ac S. Strigoniensis Ecclesiae Gubernatoris Perpetui, Lociqve ejusdem Comitis similiter Perpetui, et Aulae nostrae fidelis Cancellarii. 1384. *Concl.*

3. Josephus e Comitibus de Batthyán Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis Archiepi-

scopus, Comitatus Strigoniensis Supremus, ac Perpetuus Comes. 1791. *Art.* 67.

### §. VIII.

*Strigoniensis Archiepiscopus postponitur Cardinali Gubernatori Episcopatus Quinqve Ecclesiensis, et Cardinali itidem Colocensi Archiepiscopo.*

1. Venerabilibus in Christo Patribus et Dominis, Valentino Tituli S. Sabinae Sacro sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali, et Ecclesiae Qvinqve Ecclesiensis Gubernatore, Joanne Strigoniensi Archiepiscopo. 1405. *I. Concl.*

2. Et nos Stephanus Cardinalis Ecclesiarum Colocensis et Bachiensis, Joannes Strigoniensis Apostolicae Sedis legatus natus, Archiepiscopi. 1468. *Concl. in Vest. Com. p.* 380.

### §. IX.

*Strigoniensis Archiepiscopus maneat penes Privilegium deponendi juramentum per Officiales suos.*

Qvod ad Privilegia attinet, qvae olim Archiepiscopis Strigoniensibus per divos Reges dicuntur esse concessa, qvibus privilegiis eximuntur ipsimet a praestando juramento, cum judicialiter eis imponitur, permittiturqve eis, ut loco sui Officiales ipsorum possint jurare, cum DD. Praelati ac Barones cum DD. Nobilibus super hoc Articulo non convenirent, sed communi deliberatione, pariqve consensu, ad arbitrium Regiae Majestatis negotium integrum esset rejectum, tandem statutum est per Suam Majestatem, et per Ordines Regni admissum,

ut privilegia ipsa, secundum eorum tenorem in suo veteri, et pristino maneant vigore, habeanturqve rata, et firmiter observentur in omne tempus. 1550. *Art.* 64.

## §. X.

*Archiepiscopus Strigoniensis in Consilio penes Regem maneat.*

1. Ut omnia praemissa robur sortiantur firmitatis RR. DD. Cardinalis Strigoniensis etc. apud Majestatem Regiam jurati maneant, et in Consilio Regis, et in Judiciis decernendis sibi assistant. 1518. *Bach.* 40. 1519. 27.

2. Majestas Regia inter DD. Locumtenentem et ceteros Ecclesiasticos Consiliarios, ac Judices Regni Ordinarios eum faciat ordinem, ut idem D. Strigoniensis et in consilio, et in judicio pro suo, et Ecclesiae suae honore, ut convenit, sua libere fungatur authoritate. 1536. *Art.* 15.

## §. XI.

*Strigoniensis Archiepiscopus est Judex Regni Ordinarius, et Assessor, ab ipso nominandus, intersit Judiciis.*

1. Declaratur hic per expressum, qvod Judex Ordinarius est, Secretarius Cancellarius, si praesens fuerit, si autem non, Locumtenens, hoc est, qvi sigillum Judiciale Regiae Majestatis pro tempore tenet. 1486. *Art.* 68. §. 1. 1492. *Art.* 42. §. 1. Unus ex Judicibus Regni Ordinariis esse censetur. 1536. *Art.* 15.

2. Ita semper ab antiqvo fuit observatum, ut duo homines D. Strigoniensis in Judiciis intersint. 1567. *Art.* 13. §. 3.

3. Ex hominibus D. Strigoniensis Archiepiscopi unus juratus, qvem ipse constituerit, judiciis ipsis intersit. 1567. *Art.* 26. §. 1.

## §. XII.

*Strigoniensis Archiepiscopus revideat querelas contra Episcopum Jaurinensem.*

Qvoniam contra RR. D. Georgium Draskovich Episcopum Jaurinensem graves admodum essent porrectae qverelae, contenti redduntur Status et Ordines Regni, ut causa eadem, ad instantiam injuriatorum, in termino post Diaetam praefigendo, per Ill. DD. Archiepiscopum Strigoniensem etc. peremptorie judicialiter revideatur, et reali etiam executioni demandetur. 1647. *Art.* 113.

## §. XIII.

*Strigoniensis Archiepiscopus inqvirat in pecuniam Georgii Draskovich Episcopi Jaurinensis, ad aedificium Érsek-Ujvár, et domus Regnicolaris ordinatam.*

Summa qvinqvaginta millium florenorum Hungaricalium ex pecunia RR. qvondam Georgii Draskovich Episcopi Jaurinensis judicialiter pro aedificio Érsek-Ujváriensi ordinata, cum alia summa pecuniaria, ad diversa loca deputata, et decem mille florenis, ad restaurationem Domus Regnicolarum Posoniensis ordinatis, eadem occasione, ubinam haereat, promovente idipsum etiam Ill. ac RR. D. Georgio Lippay Archiepiscopo Strigoniensi, exqviratur, et exigatur. Et siqvidem idem D. Archiepiscopus, cum aeterna sui, totiusqve familiae suae memoria, reale fortalitium Érsek-Ujváriense

muro circa circum cingendum, non modo in se assumpsisset, verum etiam feliciter inchoatum, operosius continuaret, qvem ejusdem, erga nationem Hungaricam proprio motu, et singulari effectu declaratum amorem, et gratificandi liberalitatem Status et Ordines, cum debita gratiarum actione recognoscunt, ac ad seram posteritatem, futuris semper temporibus recognoscendam, praesenti statuto transmittunt; pecunia illa ad Fossatum fortalitii expurgandum, aliae vero praenotatae summae pecuniariae ad ordinatos suos usus convertantur. 1655. *Art.* 40.

## XIV.

*Strigoniensis Archiepiscopi dispositioni relinqvitur e Summa Draskovichiana reparatio Praesidii Ujváriensis.*

Qvod Sua Sacratissima Majestas ad fortificationem Praesidii Ujváriensis et Fossati ejusdem expurgationem ex summa Draskovichiana continuandam, notabilem pecuniae summam hactenus impenderit, ac de facto in fortificationem Praesidii Szendrö impendit benigne curet, ac deinceps qvoqve residuitatem ejusdem summae, inito justo calculo, ex Camera Aulica exsolvendam, juxta tenorem Art. 5 A. 1659. iterum dispositioni D. Archiepiscopi Strigoniensis, erogationi vero unius bene possessionati, ac industrii Hungari Nobilis, per ipsum D. Archiepiscopum eligendi, sub ratione per ipsum danda, concredere dignata est, eam qvoqve Suae Majestatis benignam resolutionem grata acceptant memoria. 1662. *Art.* 21.

## §. XV.

*Archiepiscopus Strigoniensis deputatur Judex ad dirimendam controversiam ratione Dominii Bozok inter Seminarium Szelepchényianum et Collegium S. I. Tyrnaviense.*

Benigno Suae Majestatis Sacratissimae accedente consensu conclusum est, ut Eminentissimus Princeps Cardinalis, qva Archiepiscopus Strigoniensis in ejusdem Arcis (*Bozok*) causa, inter Seminarium Szelepchényianum, et Collegium S. I. utrumqve Tyrnaviense controversa, una cum Jurisperitis Viris, per eundem Suae Majestati proponendis, et per eandem denommandis, authoritate delegata, admissis de jure admittendis, procedere possit, ac valeat. 1715. *Art.* 74.

## §. XVI.

*Contributio militaris anni 1659. Partium Cis, et Ultra-Danubianarum cum Consilio Archiepiscopi Strigoniensis convertatur ad publicas necessitates.*

Contributio militaris in Art. 8. A. 1659. pro duobus annis decreta, et Partibus Cis, et Ultra-Danubianis in pecunia administrata, ac finaliter administranda, pro diversis publicis necessitatibus cum Consilio D. Archiepiscopi Strigoniensis etc. in publicas ejusdem Regni necessitates converti debeat. 1662. *Art.* 22. §. 1.

## §. XVII.

*Strigoniensis Archiepiscopus deputatur ad publico-Politica.*

In Publico-Politicis: Emin. S. R. E. Presbyter Cardinalis S. R. I. Princeps Jose-

phus e Comitibus de Batthyán Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis Archiepiscopus. — In Ecclesiasticis ac fundationalibus: Praeses: sua Eminentia Cardinalis Primas idem, qvi in Deputatione Publico-Politica. 1791. 67.

## §. XVIII.

*Archiepiscopus Strigoniensis excipitur a subsidio.*

Pro conductione et intertentione 10000 Eqvitum et totidem Peditum de singulis domibus singulos binos florenos, qvorum 150. denarios colonus, 50. autem D. terrestris solvet, tam ex parte Suae Majestatis, qvam etiam DD. Praelatorum, etc. nullis exceptis, praeter personam Suae Majestatis et D. Archiepiscopi Strigoniensis, qvi jam antea milites continuo intertenent, exigendos. 1599. *Art.* 6. §. 8.

## §. XIX.

*Archiepiscopi Strigoniensis contra Confiniarios querela.*

Non solum Ill. ac RR. D. Archiepiscopus Strigoniensis ex parte sua, et subditorum suorum, sed etiam complures Status et Ordines graves Confiniariorum insolentias, veluti communem totius fere Regni afflictionem et malum repraesentari fecissent. 1649. *Art.* 82.

## §. XX.

*Unus e suffraganeis Archiepiscopi Strigoniensis singulo trimestri pro Consilio adjungatur Regi.*

Statuimus, ut Curia D. Regis honorificentius regi possit, et Regnum Hungariae

decentius gubernari, Dominus noster Rex singulis tribus mensibus singulos duos Episcopos secundum exigentiam ordinis, unum de suffraganeis Strigoniensis, et alterum de suffraganeis Colocensis Ecclesiae etc. secum habeat, congruis stipendiis de bono Regio sustentandos, 1298. *Art.* 23.

## §. XXI.

*Praepositurae filiales Ecclesiae Strigoniensis.*

Sunt in Comitatu Nitriensi Bona Praepositurarum Veteris Budensis, Sásiensis et Felhiviz, qvae omnes sunt filiales Ecclesiae Strigoniensis. 1559. *Art.* 27. 1567. *Art.* 17. §. 20.

## §. XXII.

*Pro Archiepiscopo et Capitulo Strigoniensi porta minor Civitatis Tyrnaviensis aperiatur.*

Ad instantiam Ill. ac RR. D. Georgii Lippay Archiepiscopi Strigoniensis, ac V. Capituli Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis, conclusum est, ut porta minor Civitatis Tyrnaviensis, penes Curiam Archiepiscopalem, ibidem habitam sita, ante qvoqve, temporibus maxime pacis, cum maximo Incolarum ejusdem Civitatis commodo, in usu habita, per eandem Civitatem aperiatur. 1655. *Art.* 47.

## §. XXIII.

*Strigoniensis Archiepiscopi Decimae cum Camera de Kremnicz exarendantur.*

Qvod nos Comitatum Camerae nostrae de Kremnicz per anni circulum, simul cum Decimis Archiepiscopalibus dedimus iterato, et locavimus

cavimus ad exercendum, procurandum, et tenendum. 1342. §. 1.

## §. XXIV.

*Lis inter Archiepiscopum Strigoniensem, et Episcopum Vaciensem ratione Decimarum Comitatus Neogradiensis dirimatur.*

Inter RR. DD. Archiepiscopum Strigoniensem, et Episcopum Vaciensem certa lis et controversia orta fuit de Decimis qvarumdam Villarum Comitatus Neogradiensis, ita, ut illas uterqve illorum diversis hominibus elocaverit, qvi easdem Decimas bifariam a miseris hominibus extorserunt, cum illi pauperes Turcis qvoqve tributum dare cogantur. Qvia ergo Majestas Regia inter duos Praelatos, de proprietate decimarum contendentes, ordinarius est judex, dignetur Majestas sua qvanto citius fieri peterit, judicium, et justitiam personaliter administrare, in qvo utraqve pars sua jura, seu privilegia producat. 1574. *Art.* 26.

## §. XXV.

*Strigoniensis Archiepiscopus cavet penes Matthiam R. de non exigenda Taxa.*

Dionysius Cardinalis Archiepiscopus Strigoniensis summus Cancellarius Regius 1462. *Sponsio.* Joannes Strigoniensis Archiepiscopus Apostolicae sedis Legatus natus. 1468 *Sponsio Concl.*

## §. XXVI.

*Archiepiscopus Strigoniensis subscribitur Diplomati Inaugurali.*

Thoma S. Martini in montibus Sacro sanctae Ecclesiae Romanae Presbytero Cardinale

Strigoniensis Ecclesiae Archiepiscopo ac Patriarcha Constantinopolitano, summoqve Aulae nostrae Cancellario 1508. *Concl.*

## ARTICULUS II.

### *De Praedialibus et Colonis Archi-Episcopi Strigoniensis.*

### §. I.

*Praediales et coloni Archiepiscopi Strigoniensis immunes sunt a teloniis.*

1. Nobiles Praediales et coloni Archiepiscopatus Strigoniensis juxta antiqva eorum Privilegia, exactione tributorum, et teloniorum, per totum Regnum nusqvam impediantur. 1563. *Art.* 59. §. 4.

2. De Nobilibus Praedialibus et colonis Archiepiscopatus Strigoniensis, ut, juxta antiqva illorum Pvivilegia, exactione tributorum et teloniorum per totum Regnum nusqvam impediantur, et contra facientes poena a jure statuta puniantur, renovatur Art. 59. (*A.* 1563.) publicarum constitutionum Regni anni 63. 1599. *Art*. 41.

### §. II.

*Praediales Archiepiscopi Strigoniensis taxant eorum Officiales.*

Praediales D. Archiepiscopi Strigoniensis taxabunt Palatini, et Vice Comites eorundem Praedialium, in qvantum non sunt Armales aut alibi Sessionati Nobiles non fuerint. 1599. 8.

## §. III.

*Coloni Archiepiscopi Strigoniensis a teloniis ubiqve exempti sunt.*

Est etiam summe necessarium, prout sua Majestas clementer se curaturam obtulit, ut tam ipsius D. Strigoniensis, et colonorum suorum, qvam ceterorum omnium DD. Praelatorum etc. tam in Hungaria, qvam Sclavonia et Croatia Privilegia, et immunitates a Tricesimis, Tributis, et Teloniis observentur. In omnibus autem Regni teloniis tam D. Strigoniensis colonos, qvam etiam liberarum Civitatum Cives et Incolas specialiter exemptos ubiqve constat, ideo juxta veterem consvetudinem in libertatibus eorum conserventur. 1557. *Art.* 16.

## §. IV.

*Bona Archiepiscopi Strigoniensis in exemtione teloniorum conserventur.*

Bona Archiepiscopatus Strigoniensis, et alia loca privilegiata in exemptione, et immunitate a solutione teloniorum conservari supplicant. 1613. *Art.* 21. §. 1.

# ARTICULUS III.

*De juribus, et Officio Archiepiscopi Strigoniensis circa Rem monetariam, sive Pisetariatu.*

## §. I.

*Proventus Pisetarii Archiepiscopalis ex cusione monetae.*

De qvalibet Marca unum pondus ad rationem Denariorum, ratione Conservationis fer-

ramentorum homini ejusdem D. Archiepiscopi omni die operis persolvatur. Si vero ipse Comes Camerae nostrae qvolibet die Operis de Singulis marcis cusis, singula pondera Denariorum persolvere recusaverit, vel dilationem facere vellet, homines ipsius D. Archiepiscopi etc. ferramenta formalia includendi habeant facultatem. 1342. §. 49.

## §. II.

*Archiepiscopus Strigoniensis Pisetum sub amissione juris vendere, vel locare neqvit.*

Volumus etiam, ut D. Archiepiscopus sua pondera qvibuspiam vendere non possit et locare; qvod si fecerit, hoc jure ipsius privetur. 1342. §. 54.

## §. III.

*Archiepiscopus hominem possessionatum pro Pisetario denominet.*

Idem Archiepiscopus talem hominem in proseqvendis Camerae negotiis transmittat, qvi possessiones habeat, et si demerita ipsius reqvirerent, pendere habeat. 1342. §. 55.

## §. IV.

*Pisetario Archiepiscopi sexta pars mulctae, propter non observatam ordinationem monetariam exigenda competit.*

Qvaecunqve res et bona ratione non observationis aliqvorum Articulorum Statuti Camerae auferentur, in tres partes debeant dividi coaeqvaliter, qvarum tertia in manus hominum D. Archiepiscopi, et Magistri Tavernicorum debeat provenire. 1342. §. 58.

## §. V.

*A qvalibet Marca pro lucro Camerae dicata Pisetarius Archiepiscopi accipit unum grossum.*

De qvibuslibet Marcis, pro lucro Camerae, in qvibuslibet Comitatibus dicatis et exactis, unum grossum, seu unum pondus homini Archiepiscopi dare, et solvere tenebitur Comes Camerarum praedictarum. 1342. §. 59.

## §. VI.

*Strigoniensis Archiepiscopus Probatorem monetae habeat.*

1. Qvod penes D. Archiepiscopum Strigoniensem unus fidelis et idoneus Vir in Probatorem cusionis monetae auri scilicet, et argenti deputetur. 1439. *Art.* 10.

2. Penes D. Archiepiscopum, unus fidelis, et idoneus in Probatorem cusionis monetae auri, et argenti deputetur, ut in Decreto condam Sigismundi continetur. 1458. *Art.* 10.

## §. VII.

*Pisetarius Archiepiscopi Strigoniensis intendat Cusioni Monetae.*

Advertat juxta Consvetudinem veterem D. RR. Strigoniensis, et ejus Pisetarius, ne qvis error, aut fraus in Cusione hujusmodi aut ferramentis, juxta veterem consvetudinem, et Ecclesiae suae privilegia committatur. 1553. *Art.* 23. §. 3.

## §. VIII.

*Autoritas Archiepiscopi Strigoniensis, et ejus Pisetarii.*

Obtulit Majestas Regia, ut pro denariis nonaginta tribus Hungaricis Talleri in hoc Regno currant, pariter cum solita, et consveta authoritate D. Strigoniensis, et Pisetarii ejus in Camera Cremniciensi. 1554. *Art.* 17.

## §. IX.

*Pisetarius Archiepiscopi Strigoniensis Officio suo fungatur.*

Est autem imprimis summe necessarium, ut per Regiam Majestatem mandetur serio D. Strigoniensi, ut juxta Decretum, et Constitutiones divorum qvondam Hungariae Regum in cusione auri, et argenti officio suo superintendat, et satisfaciat; itidemqve sua Majestas mandare dignetur officialibus suis in Camera Cremniciensi, et aliis Cameris, ut ipsum D. Strigoniensem, ejusqve Pisetarium ad exercendum Officium suum, ad qvod est Regno juratus, semper admittant; idemqve Pisetarius intersit semper, dum aurum, et argentum in Cameram Regiam praesentatur, ut sciat, veluti Contrascriba qvidam, qvantus numerus auri, et argenti singulis hebdomadis praesentetur ad Cameram, qvantum etiam confletur; ex qvo Piseti ipsius proventus, pro suo Officio Pisetarii reddi debeant; qvo eo magis praecaveatur auri, et argenti non cusi, exportatio; exceptis tamen propriis necessitatibus Regiae Majestatis, ac Serenissimorum liberorum, eo, qvod exportatio hujusmodi,

in damnum Regni, Regiae Majestatis, et proventuum D. Strigoniensis vergit non mediocre. 1557. *Art.* 15.

## §. X.

*Archiepiscopus Strigoniensis in exercendo munere penes Cusionem monetae non impediatur.*

Majestas sua Caesarea jubeat permitti, D. Archiepiscopo Strigoniensi ut in Rebus circa cusionem (*monetae*) officium ipsius concernentibus juxta Constitutiones superiorum Conventuum non impediatur. 1559. *Art.* 46. §. 1.

## §. XI.

*Pisetarius Archiepiscopi Strigoniensis eductioni auri et argenti invigilet.*

D. Archiepiscopus Strigoniensis, pro officio suo, Pisetarium suum animadvertere facit, ne aurum et argentum non cusum e Regno educatur. 1563. *Art.* 73.

## §. XII.

*Officium Pisetarii restauretur.*

Supplicant Suae Majestati humillime, dignetur clementer, juxta benignam resolutionem, Ill. D. Archiepiscopo Strigoniensi, de Pisetarii Officio tractare, et concludere, ut illud Officium restauretur, juxta antiqvam consvetudinem. 1662. *Art.* 46. §. 3.

## §. XIII.

*Typaria Monetae sub sigillo hominis Archiepiscopi, et in ejus praesentia conserventur.*

Comes Camerarum nostrarum in Civitatibus nostris, ubi monetae nostrae fabricantur,

debet habere duo scrinia, in qvorum uno ferramenta formalia sub sigillis hominum Archiepiscopi etc. in altero vero virgulae pro monetis cusae, sub sigillis tribus, et clavibus tribus eorumdem trium hominum, videlicet Archiepiscopi etc. debent conservari, et semper in praesentia ipsorum hominum D. Archiepiscopi etc. aperiantur, nec possint, aliqvo ipsorum absente aperiri, vel opera monetarum exerceri. 1342. §. 39.

## §. XIV.

*Aurum, et argentum, ad necessitates Montanarum Camerarii sub testimonio hominis Archiepiscopi efferre possunt.*

Comites Camerarum nostrarum pro comparandis evidentibus necessariis Camerarum, et Montanarum, ad notitiam eorumdem hominum D. Archiepiscopi etc. aliorum de auro, et argento tantum, ad comparationem praemissorum habebunt transmittendi facultatem. 1342. §. 16.

## §. XV.

*Camerarii in qvovis Comitatu ad scitum hominis Archiepiscopi sufficientes novos denarios servent, ut lucrum Camerae exigere possint.*

Qvivis Camerariorum ad singulos Comitatus sufficientes Denarios ad scitum, et notitiam qvinqve hominum dare debeat cambio exponendos, si non, nec lucrum Camerae exigendi habeat potestatem. 1342. §. 22.

## §. XVI.

*Comes Camerarum punitur, si absente homine Archiepiscopi monetas faceret fabricari.*

Qvod si Comes Camerarum ipsis duobus testibus absentibus, vel aliqvo ipsorum absente, monetas faceret fabricari, tamqvam falsarius puniatur, dummodo hoc iidem homines D. Archiepiscopi etc. fateantur, specialiter dum funditur argentum, omnes personaliter interesse debeant, et singulis septimanis, ipsos novos denarios nostros ipsi homines D. Archiepiscopi etc. in combustione qvadraginta eorumdem denariorum novorum debeant examinare. 1342. §. 40. 41.

## §. XVII.

*Archiepiscopi homo cambiationi monetae interesse debuit.*

Denarii nostri integri cambientur praesentibus hominibus D. Archiepiscopi. 1342. §. 3.

## §. XVIII.

*Campsores Privatorum puniantur in praesentia hominis Archiepiscopi.*

Si aliqvos ex Campsoribus servare Comes Camerarum sciverit, in praesentia hominum D. Archiepiscopi Strigoniensis etc. nedum ipsi Campsores, verum etiam ipsi Domini eorum in ablatione bonorum, et rerum ipsorum punientur. 1342. §. 9.

## §. XIX.

*Mercatores cum scitu hominis Archiepiscopi; tantum pro monetis Camerae merces vendant.*

Nullus mercator suas res pro aliis monetis antiqvis vendere, aut commutare praesu-

mat, sed pro monetis Camerae praedictis, de notitia tamen, et ad scitum Comitis Camerarum, aut praedictorum hominum DD. Archiepiscopi etc. 1342. §. 14.

## §. XX.

*Falsificatores monetarum sub testimonio hominis Archiepiscopalis Regi denuncientur.*

Si Comes Camerarum ad cognoscendos falsarios propriam alicubi non habuerit facultatem, ex tunc idem Camerarius sub testimonio praedictorum qvinqve hominum eosdem falsarios, nobis, et nostris Baronibus, ac Regno nominatim debeat declarare. 1342. §. 18.

## §. XXI.

*Sine praesentia hominis Archiepiscopi lucrum Camerae non exigatur.*

Si qvis contra hoc facere ex ipsis Comitibus Camerarum attentaret, dictos qvinqve homines, sine qvorum juvamine lucrum Camerae exigendi nolumus habere facultatem, a societate ipsorum, authoritate praesentium jubemus separari. Item volumus, qvod dictus Comes Camerae nostrae absqve praedictis qvinqve hominibus, in negotiis Camerae, in exterioribus, seu extraneis, videlicet, in Comitatibus fiendis et peragendis, utpote in dicationibus, et exactionibus lucri Camerae nihil possit exercere. 1342. §. 28. 29.

## §. XXII.

*Homo Archiepiscopi Strigoniensis pro executione non soluti lucri Camerae, ad expensas morosi procedat.*

Si qvi, facta dicatione, in termino assignato, lucrum Camerae non persolverint, tunc

iidem qvinqve homines ad possessionem, de qva ipsum lucrum Camerae non est persolutum, accedant, et tamdiu moram sibi faciant, in expensa moderata ejusdem possessionis, donec ipsum lucrum Camerae cum judicio trium marcarum persolvatur. 1342. §. 24. 32.

## §. XXIII.

*Homo Archiepiscopi cognoscat de paupertate solvere non valentium lucrum Camerae.*

De singulis portis (*si*) nec in tantum sit egens et pauper, ut solvendi non habeat facultatem, qvod videlicet praenominati qvinqve homines Archiepiscopi, et aliorum, juxta ipsorum conscientiam solvere posse cognoverint, et commiserint, decem et octo denarios pro lucro Camerae solvere teneantur. 1342. §. 19. 20.

## §. XXIV.

*Ecclesiae a dependendo lucro Camerae eximuntur.*

De singulis portis, exceptis Ecclesiis decem et octo denarios, pro lucro Camerae, solvere teneantur. 1342. §. 19.

## §. XXV.

*Exempti a lucro Camerae, illud solvere debent, si testimonio hominum Archiepiscopi etc. cursum monetae impediverint.*

Dummodo hoc, ut ipsa moneta nostra per eos non fuerit acceptata, nec inter eos, et ad eos pertinentes cambiri curata fuerit, ad relationem qvinqve hominum praedictorum, videlicet Archiepiscopi etc. nobis pateat evidenter. 1342. §. 21.

## §. XXVI.

*Civitas Cremnicium propter domum Pisetarii Archiepiscopi Strigoniensis citetur.*

Qvoniam libera montana Civitas Cremniciensis certam domum, per Ill. D. Archiepiscopum Strigoniensem a Circumspecto Michaele Wenger, in, et pro duobus millibus florenorum Hungaricalium, in eadem Civitate comparatam, et aliqvot mensibus per homines ejusdem D. Archiepiscopi realiter possessam, sine omni ipsius D. Archiepiscopi, et hominum suorum certificatione occupasse, et ad reqvisitionem authenticam restituere noluisse atqve eo modo emptionem praefatae domus impedivisse dignoscitur; idcirco statuunt Regnicolae, ut juxta Art. 13. A. 1608. A. C. et Art. 44. A. 1609. et 21. A. 1635. et Art. 78. A. 1647. idem D. Archiepiscopus contra memoratam Civitatem, per unum ex Magistris Protonotariis tam de restitutione Domus ipsius occupatae, qvam de poena, in praecitatis Articulis superinde sancita, peremptorie, cunctisqve juridicis remediis semotis, procedere, et exemtionem habere possit. 1647. *Art.* 23.

## ARTICULUS IV.

*De gratuitis laboribus bonorum Archiepiscopi Strigoniensis potissimum ad Arcem Ujvár.*

1. Conclusum est: ut opera et currus de bonis RR. D. Strigoniensis, tam in Nitriensi, et Trinchiniensi, qvam etiam Barsiensi et aliis Comitatibus circa Danubium, nec non Capituli Ecclesiae suae, ac Praepositurae de Thurócz, simul etiam D. Andreae de Báthor, ad munitionem Arcis ejusdem D. Strigoniensis Uj-

vár tradantur exceptis Bonis D. Strigoniensis propriis, et Capituli Ecclesiae suae, et Praeposíturae de Thurócz, ut supra. 1556. *Art.* 12. 16. Demptis (*bonis*) RR. D. Strigoniensis extra Insulam, in eisdem Posoniensi, ac Comaromiensi, ceterisqve qvibusvis Comitatibus citra Danubium existentibus, qvae ad arcem ejusdem laborare debebunt. 1556. *Art.* 10.

2. Bona D. Archiepiscopi Strigoniensis, nec non Capituli ejusdem, qvae idem nunc possidet, tam in Nitriensi, qvam etiam Barsiensi, Honthensi et Thurócziensi Comitatibus existentia, simul cum Praepositura de Thurócz, juxta proxime praeteriti Conventus Constitutiones, deputata sunt ad munitionem Arcis Archiepiscopalis Ujvár, ut in cujus provisione, et permansione non parva pars salutis illius regionis consistit. Et qvia sunt in eodem Comitatu Nitriensi bona, ad Praeposituras Vetero-Budensem, Sághiensem, et de Felhiviz, qvae omnes membra sunt, et filiales Ecclesiae Strigoniensis, pertinentia; decretum est, ut illa qvoqve ad ejusdem Arcis Archiepiscopalis munitionem serviant. 1559. *Art.* 27.

3. Exceptis ut dictum est, Bonis Strigoniensis, nec non Capituli ejusdem Praepositurarumqve supradictarum, qvae ad dictae Arcis Archiepiscopalis munitiones ordinatae sunt. 1559. *Art.* 28.

4. Bona omnia RR. D. Archiepiscopi Strigoniensis, ubilibet, et in qvibuscunqve Comitatibus habita, nec non Capituli ejusdem, ac Abbatiae S. Benedicti, qvam idem Capitulum nunc habet, simul cum Praepositura Thurócziensi, deputata sunt ad munitionem Arcis Ujvár. Et qvia sunt in Comitatu Nitriensi bona Praepositurarum Vetero-Budensis, Sághiensis

et Felhiviz, qvae omnes sunt filiales Ecclesiae Strigoniensis, decretum est: ut illa qvoqve ad ejusdem Arcis Archiepiscopalis munitionem serviant, ob id potissimum, qvod alia qvaedam bona antea ad ejusdem Arcis fortificationem ordinata, alio sunt deputata. Thurócziensis vero Comitatus etc. ad Carponam exceptis Bonis D. Strigoniensis, ac Capituli sui, et Praepositurarum praedictarum ubivis existentium. 1567. *Art.* 17. §. 19. 20. 22.

5. Exceptis Bonis Archiepiscopatus, et Capituli ejusdem Strigoniensis, qvae ubicunqve sint, labores suos ad Ujvár conferre debent. 1578. *Art.* 27.

6. Ad Ujvár deputatur Comitatus Nitriensis cum universis bonis Archiepiscopatus Strigoniensis, ut cum auxilio Moravorum florenorum sex millium jam promissorum, defectus illius loci restauretur. 1609. *Art.* 61.

7. Exceptis universis bonis Archiepiscopatus Strigoniensis ubiqve existentibus, eo respectu, qvod Ill. et RR. D. Archiepiscopus Strigoniensis fortalitii Ujváriensis, structuram inchoando, et continuando, omnes, et continuos gratuitos labores eo praestare debeant. Jn Cis-danubianis Partibus prior limitatio in A. D. 1647. *Art.* 153. facta, in suo statu relinqvitur, demptis bonis Capituli Strigoniensis, in Nitriensi, Barsiensi, et Honthensi Comitatibus adjacentibus, qvae ad Arcem Sz. Benedek essent applicata, ac etiam Comitatus Posoniensis, qvi in recompensam centum Eqvitum D. Archiepiscopi ultra numerum Portarum suarum, ad biennium intertenendorum, in subsidium restaurationis fortalitii Érsek-Ujváriensis esset ordinatus. 1655. *Art.* 116.

8. Bonis Archiepiscopatus Strigoniensis exemptis, in qvibuscunqve Regni Comitatibus existentibus, in subsidium restaurationis fortalitii Érsek-Ujváriensis, juxta Art. 116. A. 1655. deputatis, similiter ut supra, bonis Archiepiscopatus Strigoniensis exmissis. 1659. *Art.* 130. §. 6. 7.

9. Hoc declarato, qvod bona Archiepiscopatus Strigoniensis ad Praesidii Ujváriensis reparationem iterum applicata maneant. 1662. *Art.* 20. §. 1.

10. Ad Nitriam: Comitatus Nitriensis et Trinchiniensis, una cum Bonis Archiepiscopatus Strigoniensis, in iisdem Comitatibus existentibus; ad Senthe: Comitatus Posoniensis, itidem cum bonis Archiepiscopalibus, in iisdem Processibus adjacentibus; ad Sellyam: Comitatus Strigoniensis cum bonis Archiepiscopalibus, ibidem habitis; ad Levam: Comitatus Barsiensis, una cum bonis Archiepiscopalibus ibidem habitis; demptis tamen bonis Capituli Strigoniensis, in iisdem Barsiensi, Honthensi, Strigoniensi, et Nitriensi Comitatibus adjacentibus, juxta Art. 116. 1655. penes Arcem S. Benedicti de facto etiam relictis. Ad Carponam: Comitatus Honthensis pariter cum bonis Archiepiscopalibus. Ad Bozok: Pertinentiae ejusdem, et Praepositura Sághiensis, cum Abbatia de Pilis. 1681. *Art.* 7. §§. 2. 3. 6. 7. 8.

## ARTICULUS V.

### *De Exercituatione Archiepiscopi Strigoniensis speciatim.*

### §. I.

### *Archiepiscopi Strigoniensis Banderia.*

1. Contra Hussitas et penes Regem personaliter educat Banderium *Sigism. Regest.* 1433.

*Art.* 32. Banderia duo. *Ibidem in Repartitione.*

2. Archiepiscopus Strigoniensis Banderia duo. 1498. *Art.* 20. §. 1.

## §. II.

*Archiepiscopus Strigoniensis loco Decimae Decimarum interea teneat Eqvites qvinqvaginta, dein tercentos.*

Ad Contributionem Decimae Decimarum D. RR. Strigoniensis non sit adstrictus, sed ratione hujusmodi partis Decimae Decimarum inter praescriptas gentes ad ipsam particularem Regni defensionem designatas, ad generalem usqve expeditionem propriis impensis qvinqvaginta Eqvites levis armaturae continue teneat; qvibus in ipsa generali expeditione adjungat totidem Armigeros, et ducentos Huszarones, qvos etiam ratione hujusmodi decimae partis Decimarum, et aliorum proventuum suorum, durante ipsa expeditione generali conservet. 1538. *Art.* 16.

## §. III.

*Archiepiscopus Strigoniensis militet ad Ujvár cum Palatino.*

Specialiter RR. D. Strigoniensis ratione bonorum suorum, ac Capituli Ecclesiae suae, et Praepositurae de Thurócz, gentes suas, in Confiniis apud Arcem suam, videlicet Ujvár, qvae in faucibus hostium posita est, tenere, et nihilominus cum gentibus Comitatus, ubi in expeditionem aliqvam penes D. Palatinum, vel aliqvem Capitaneum Regium, aut Regni, gentes ipsius Comitatus aliqvo ire opus est, ipse

qvoqve

qvoqve Strigonium dimittere debeat. 1556. *Art.* 19.

§. IV.

*Ex bonis Archiepiscopatus Strigoniensis etc. militem non tenentibus Vice Comites duplum exigant.*

Supremus vel Vice Comes ex Bonis Archiepiscopatus Strigoniensis, et Episcopatus Agriensis, Capitulorum, continuum militem non servantium duplum exigat, et nihilominus eos ad intertentionem qvoqve cogat sub amissione Officii. 1593. *Art.* 16. §. 2.

§. V.

*Archiepiscopus Strigoniensis Érsek-Ujvárini centum milites tenuit.*

Ill. D. Archiepiscopi Strigoniensis in Praesidio Érsek-Ujváriensi ad praesens intertenti Eqvites centum, qvos non juxta numerum universarum Portarum suarum, qvinqvaginta Eqvites non facientium, sed amore patriae, ulterius qvoqve ad biennium continuandos, se obtulit. 1655. *Art.* 5. §. 2.

§. VI.

*Archiepiscopus Strigoniensis Praesidium Érsek-Ujvár muro cingendum statuit.*

1. Si qvidem D. Archiepiscopus, cum aeterna sui, totiusqve familiae suae memoria, reale fortalitium Érsek-Ujváriense muro circa circum cingendum non modo in se assumpsisset, verum etiam feliciter inchoatum, operosius continuaret; qvem ejusdem erga nationem Hun-

garicam proprio motu, et singulari affectu declaratum amorem, et gratificandi liberalitatem Status et Ordines cum debita gratiarum actione recognoscunt, ac ad seram posteritatem, futuris semper temporibus recognoscendam, praesenti statuto transmittunt, pecunia illa; ex pecunia RR. qvondam Georgii Draskovich Episcopi Jaurinensis judicialiter pro aedificio Érsek-Ujváriensi ordinata ad fossatum ejusdem fortalitii expurgandum convertatur. 1655. *Art.* 4.

2. Ex qvo fortalitii Érsek-Ujváriensis Ill. D. Archiepiscopi Strigoniensis singulari in patriam Zelo et amore, paulo post muro circumducendi, Fossatum, terra oppletum, non exiguum eidem fortalitio minatur periculum ob hoc, cum consensu Suae Majestatis, ordinatum est; ut summa pecuniaria Draskovichiana 50000 florenorum Hungaricalium, penes Cameram Suae Majestatis Aulicam haerens, alias pro aedificio Érsek-Ujváriensi ordinata, ad expurgandum idem Fossatum, per dictam Cameram, sine longiori mora exsoluta, ad dispositionem dicti D. Archiepiscopi assignetur, in praemissum usum fideliter eroganda. 1659. *Art.* 5.

3. Qvod Sua Sacratissima Majestas ad fortificationem Praesidii Ujváriensis, et Fossati ejusdem expurgationem ex summa Draskovichiana continuandam, notabilem pecuniae summam hactenus impenderit, ac deinceps qvoqve residuitatem ejusdem summae, inito justo calculo; ex Camera Aulica exsolvendam, juxta tenorem Art. 5. A. 1659. iterum dispositioni D. Archiepiscopi Strigoniensis, erogationi vero unius bene possessionati, ac industrii Hungari Nobilis, per ipsum D. Archiepiscopum eligendi, sub ratione, per ipsum danda, con-

credere dignata est, eam qvoqve Suae Majestatis benignam resolutionem grata acceptant memoria. 1662. *Art.* 21.

## §. VII.

*Portae Archiepiscopi Strigoniensis a Subsidio eximuntur.*

Qvia Ill. D. Archiepiscopus Strigoniensis illos centum Eqvites, qvi hactenus in Praesidio Érsek-Ujváriensi, stipendio ejusdem sunt intertenti, amore patriae, et ex beneplacito suo, ulterius qvoqve se intertenturum obtulisset; eo respectu Portae bonorum Archiepiscopalium, ubicunqve existentium, a dicto subsidio militari immunes redduntur. 1659. *Art.* 8. §. 3.

# ARTICULUS VI.

*Archiepiscoporum Strigoniensium Acta in particulari.*

## §. I.

*Strigoniensi Archiepiscopo Seraphino dedicavit Albricus Compilationem Decretorum Colomani R.*

Dei gratia Seraphin Archi-Praesuli divinarum igne virtutum ardenti, Albricus qvamvis unus ex minimis, tamen servus sanctitatis nuncupatus in palatio caelestis contemplationis jubes o Praesul Regalium instituta collationum recolere. Colom. Decr. *L. I. Exord.*

## §. II.

*Strigoniensis Archiepiscopus Joannes cum Sigismundo Rege in gratiam rediit.*

Juxta gratiam inter nos, ac D. Joannem Archiepiscopum Strigoniensem etc. feliciter fa-

ctam, initam et motam. *Sigism. super Donat. Poss.* 1404. *Decr. I. §. 6. 12.*

## §. III.

*Joannes Archiepiscopus Strigoniensis spondet penes Matthiam Regem de non exigenda insolita contributione.*

Joannes Strigoniensis Apostolicae sedis legatus natus Archiepiscopus. 1468. *Concl. in Vestig. Comit. p.* 380.

## §. IV.

*De Testamentis Thomae, et Georgii Archiepiscoporum.*

1. D. Thomas Strigoniensis fuit dispositor Dominici, Francisci, et Lucae Episcoporum. 1521. *Art.* 26.

2. Qvod Majestas Regia intelligat statim Testamentum D. Thomae Strigoniensis Archiepiscopi, unde Sua Majestas non parum utilitatis et commodi habere posse videtur. 1521. *Art.* 35.

3. Res argenteae ipsius qvondam D. Strigoniensis, adhuc in Civitate ista Budensi in exili pretio, et summa impignoratae, per Majestatem Regiam redimantur, et ad necessitates suas convertantur. 1521. *Art.* 28.

4. Qvod pecuniae testamentariae RR. qvondam DD. Thomae, et Georgii Strigoniensis Ecclesiae Archiepiscoporum ex nunc exqvirantur, et ad Regni necessitates convertantur. 1525. *Art.* 27.

5. Qvod Testamentum qvondam RR. D. Georgii Archiepiscopi Strigoniensis Majestas Regia executioni faciat demandari, et servitoribus suis solutionem facere, pecunias, et res

alias pro missa perpetua Capitulo Strigoniensi per eum datas reddere gratiose. 1525. *Art.* 26.

6. Regia Majestas Castra illa impignorata, ad qvorum redemtionem per qvondam Georgium Archiepiscopum Strigoniensem notabilis qvaedam legata est summa pecuniarum, redimere dignetur. 1526. *Art.* 28.

## §. V.

*Leopoldus a Kollonitz Cardinalis Archiepiscopus Strigoniensis cum Leopoldo I. Rege inivit Conventionem super facultate testandi Praelatorum.*

Super Ferdinandei Diplomatis, per V. Clerum eatenus obtenti, et per divum Leopoldum Romanorum Imp. et Hungariae Regem confirmati, ac utrobiqve tenore insertae clausulae, DD. Praelatos testaturos ad Confiniorum subsidium obligantis intellectu, alias per subsecutam cum Eminentiss. ac RR. qvondam Leopoldo S. R. E. Cardinale a Kollonitz, qva Archiepiscopo Strigoniensi, et Primate Regni Hungariae nomine totius Cleri conventionem sufficienter explanato. 1715. *Art.* 16.

## §. VI.

*Cardinalis a Saxonia Archiepiscopus Strigoniensis absqve Taxa in Indigenam Regni receptus est.*

Articulus praesens qvoad Sereniss. et Eminentiss. D. Cardinalem de Saxonia Archiepiscopum Strigoniensem, et Primatem Hungariae, veluti erga Regnum hocce singulari favore, et animi candore propensum, et eminentem, bonumqve Reipublicae, et tranqvillita-

tem Regni maxime zelantem, et promoventem, nullatenus extensus habeatur, ex qvo eidem, qva per Status et Ordines recepto, legalis Taxa mille aureorum jam pridem relaxata fuit. 1715. *Art.* 23. §. 3.

## §. VII.

*Christianus Augustus Saxoniae Dux Cardinalis et Archiepiscopus Strigoniensis impetravit pro suis Successoribus in eodem Archiepiscopatu dignitatem S. R. I. Principis.*

Qvod Sua Majestas ad demissam, eamqve sollicitam Eminentiss. et Sereniss. D. Cardinalis Ducis de Saxonia, Archiepiscopi Strigoniensis, et Primatis Hungariae instantiam, futuros ejusdem D. Archiepiscopi in dignitate Archiepiscopali Strigoniensi Successores in veros Sacri Romani Jmperii Principes creare, et ad titulum, atqve dignitatem Principatus Imperialis, cum omnibus honoribus et praerogativis eidem competentibus, ex speciali sua gratia, atqve clementia evehere, ac sublimare dignata sit, hujus rei memoriam praesenti Articulo ad posteritatem transmittere voluerunt, qvo sic erga praetitulatum etiam D. Archiepiscopum, et Cardinalem, pro eatenus qvoqve in gentem Hungaram demonstrato propenso animi candore, reciprocum, ac indubitatum sinceri affectus et obseqvii argumentum testarentur. 1715. *Art.* 111.

## §. VIII.

*Ordo Crucigerorum Hospitalariorum cum rubea stella ad Commendationem Cardinalis Ducis de Saxonia Archiepiscopi Strigoniensis in Regnum receptus est.*

Sacer Ordo Crucigerorum Hospitalariorum cum Rubea stella ad demissam coram Statibus

et Ordinibus eo fine factam ejusdem instantiam, ac zelosam Eminentiss. ac Sereniss. Cardinalis Ducis de Saxonia Principis Archiepiscopi Strigoniensis, et Primatis Regni interpositionem, in Regnum istud, et Partes eidem annexas pro recepto, et stabilito habeatur. 1723. *Art.* 96.

### §. IX.

*Archiepiscopus Strigoniensis concurrit pro Academia militari Ludovicaea.*

Serenissimus Hungariae, et Bohemiae Regius Princeps, et Archidux Austriae Carolus Ambrosius Archiepiscopus Strigoniensis et Primas Regni, obtulit 2000. fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art.* 7.

# TITULUS II.

## *De Archi-Episcopo Colocensi.*

### ARTICULUS I.

*Series Archiepiscoporum Colocensium e Decretis eruta.*

Ugrinus. 1222. *Art.* 31. Joannes 1298. *Exord.* §. 3. Frater Dionysius. 1351. Ludovicus. 1384. Vacat. 1405. *I.* Joannes 1435. *II.* Stephanus. 1464. *Concl.* spondet penes Matthiam R. de non exigenda contributione. 1468. 1470. *Concl.* Petrus. 1492. 1495. 1498. 1500. Georgius de Frangepanibus. 1504. 1514. *Concl.* 1519. *Art.* 17. 5522. *Art.* 35. 36. 1525. *Art.* 27. Martinus Pethe. 1601. *Art.* 34. 1604. *Art.* 8. Demetrius Napragy. 1608. 1609. *Concl.* 1609. *Art.* 68. 70. 1613. *Art.* 8. 1618. *Art.* 49. 64. Valentinus Lé-

pes. 1622. *Art.* 36. 43. Joannes Telegdy. 1625. 1630. 1635. 1638. *Concl.* 1625. *Art.* 23. 51. 1630. *Art.* 24. 1635. *Art.* 55. 33. 60. Vacat. 1647. *Concl.* Joannes Püsky. 1649. 1655. *Concl.* Georgius Szelepchényi. 1659. 1662. 1681. *Concl.* 1662. *Art.* 37. 1681. *Art.* 23. 24. 54. Vacat. 1687. *Concl.* Emericus Cháky. 1715. 1723. jam Cardinalis. 1729. *Concl.* 1715. *Art.* 24. 39. 43. 59. 112. C. Gabriel Hermannus Patachich. 1741. *Concl.* L. B. Franciscus Klobusiczky. 1751. *Concl.* C. Josephus de Batthyán. 1765. *Concl.* C. Ladislaus Kollonich. 1791. 1792. 1796. 1802. 1805. 1807. 1808. 1811. 1791. *Art.* 67. 1808. *Art.* 7.

## ARTICULUS II.

*Archiepiscopo Colocensi delati sunt casus, quibus in Regem, et alios Censuris Ecclesiasticis uti poterat.*

### §. I.

*Archiepiscopus Colocensis excommunicare poterat Regem Decretum suum Inaugurale non observantem.*

Ut D. Rex libertates Regnicolarum suorum, et Ecclesiarum, tempore Coronationis suae in literis expressas et ea, qvae in praesentibus statutis exponuntur - - - D. Archiepiscopi Colocensis, de consensu Praelatorum ferendam, incurrat. 1298. *Art.* 41.

### §. II.

*Poterat Colocensis Regis Capellam Interdicto subjicere, si bona ab Ecclesiis occupata restituere non procurasset.*

Si D. noster Rex hujusmodi delinqventes perseqvi non curaret, et poenis supradictis ne-

gligenter punire obmitteret, denunciando omni Privilegio, si qvod habet, de eo, qvod excommunicari non possit, per D. Archiepiscopum Colocensem, omni Praelatorum consilio attendente, prout ad hoc D. Rex se per literas suas obligavit, a Romana sede Capella ejus interdicatur. 1298. *Art. 7.*

## §. III.

*Regem et Barones super populos Ecclesiarum collectas facientes excommunicare poterat.*

Sicut per Barones, ita etiam per Regem, vel Proceres Hungariae super populos Ecclesiarum vel Monasteriorum nulla penitus Collecta exigatur, et, si contrarium factum fuerit, per dictum D. Archiepiscopum Colocensem ad modum supradictum incurrant. 1298. *Art.* 43.

## §. IV.

*Poterat Regem excommunicare, si bona ab Ecclesiis occupata non restitueret.*

Ut, sicut ex parte Regnicolarum praecipitur fieri occupatorum restitutio, sic etiam D. D. Rex ad omnium occupatorum, qvae Ecclesiarum et Nobilium esse dinoscuntur, restitutionem teneatur; qvod si non fecerit, sententiam Excommunicationis, per D. Archiepiscopum, ex consensu Praelatorum incurrat. 1298. *Art.* 20.

## §. V.

*Poterat Regem excommunicare, si alienatas a Regno Partes non recuperaret.*

Et si aliqva pars Regni, qvocunqve titulo, vel colore, per qvemcunqve Regum alienata

exstitisset, teneatur revocare, et idem D. Rex ad jus Regium, ut Regnum Hungariae qvasi qvoddam jus totum, suarum possit partium integritate gaudere, sententiam ipsius Archiepiscopi Colocensis, qvam de consensu Praelatorum esset incursurus, si hoc, legitimo impedimento cessante, idem D. Rex neglexerit emendare. 1298. *Art.* 21.

## §. VI.

*Poterat tamen ab excommunicatione absolvere illos, qvi contra statuta Regni insurrexissent.*

Qvicunqve contra haec statuta surrexerint, sententiam excommunicationis qvam contra injustos ex nunc authoritate praesentium proferimus, incurrant ipso facto, a qva absolvi non valeant, nisi apud Archiepiscopum Colocensem, omnium Episcoporum nihilominus consensu et assensu interveniente. 1298. *Art.* 5.

## ARTICULUS III.

*Colocensi Metropolitanae Ecclesiae Canonice unita est Cathedralis Bachiensis.*

Joanne Colocensis et Bachiensis Canonice unitarum Ecclesiarum Archiepiscopo 1435. *II. Concl. Ita deinceps* 1464. 1468. 1504. 1514. 1608. 1609. 1625. 1630. 1635. 1647. 1649. 1655. 1659. 1662. 1687. 1715. 1723. 1729. 1741. 1751. 1765. 1791. 1792. 1796. 1802. 1805. 1807. 1808. 1812. ubiqve in conclusione.

## ARTICULUS IV.

*Colocensi Archiepiscopatui adnexa fuit Abbatia Petri Varadini.*

Dempta Abbatia, seu Ecclesia Petri Varadini, qvae ex annuentia Regiae Majestatis,

Dominorumqve Praelatorum, et Baronum, ac universorum Regnicolarum Archiepiscopatui Colocensi, honestis ex causis et rationibus, jam pridem annexa exstitit. 1504. *Art.* 27.

## ARTICULUS V.

*In bonis Archiepiscopi Colocensis admittuntur Nundinae diebus Dominicis et festis.*

Diebus Dominicis et in festivitate B. M. V. nullum forum celebretur, exceptis Archiepiscopi Colocensis, qvae in bonis celebrentur. 1464. *Art.* 25.

## ARTICULUS VI.

*Colocensis Archiepiscopus in Consilio penes Regem maneat.*

RR. DD. Archiepiscopus Colocensis, etc. apud Majestatem Regiam jurati maneant, et in Consilio Regio, et in judiciis decernendis sibi assistant. 1518. Bachien. *Art.* 40.

## ARTICULUS VII.

*Regio Consilio adjungitur unus Episcopus de Suffraganeis Archiepiscopi Colocensis.*

Statuimus: ut Curia D. Regis honorificentius regi possit, D. noster Rex singulis tribus mensibus singulos duos Episcopos, unum de Suffraganeis Strigoniensis et alterum de Suffraganeis Colocensis Ecclesiae secum habeat. 1298. *Art.* 23.

## ARTICULUS VIII.

*Archiepiscopi Colocensis Banderia.*

1. Archiepiscopus Colocensis educat versus Temesköz Banderium unum 1433. *Art.* 30.

2. Archiepiscopus Colocensis Banderium unum. 1498. *Art.* 20. §. 2.

### ARTICULUS IX.

*Colocensis Archiepiscopus in Diaeta ad Judicia electus est.*

RR. D. Colocensis etc. ac Praelati et Barones, ad judicium et judicandum nunc in praesenti Congregatione electi, vel saltem eorum media pars semper in judiciis interesse debeant. 1487. *Art.* 12.

### ARTICULUS X.

*Expeditionis Collationalium super Archiepiscopatu Colocensi in Cancellaria Taxa.*

Colocensis Archiepiscopus florenos ducentos solvere debet. 1609. *Art.* 73. §. 33.

### ARTICULUS XI.

*Colocenses Archiepiscopi erant Cancellarii Regii, et Loci Perpetui Comites.*

1. Joannes Dei gratia Archiepiscopus Colocensis, Aulae D. Regis Cancellarius. 1298. *Exord.*

2. Stephanus Archiepiscopus Colocensis, Lociqve ejusdem Comes Perpetuus 1462. *Sponsio penes Matthiam. R. Exord.*

3. Datum per manus RR. in Christo Patris D. Stephani Colocensis, et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Archiepiscopi, Lociqve ejusdem Colocensis Perpetui Comitis, Aulae nostrae summi Cancellarii fidelis nostri dilecti. 1464. *Concl.*

4. Datum per manus fidelis nostri, nobis sincere dilecti RR. in Christo Patris D. Geordii Szelepchenyi, Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Archiepiscopi, Administratoris Episcopatus Nitriensis, Locorumqve eorumdem Comitis Perpetui et per Hungariam Aulae nostrae Cancellarii etc. 1659. *Concl.*

5. Versus Austriam Ill. ac RR. D. Georgium Szelepchényi Archiepiscopum Colocensem Episcopum Nitriensem, et Comitatus Nitriensis Supremum Comitem, ac S. C. et Regiae Majestatis per Hungariam Aulae Cancellarium. 1662. *Art.* 37. §. 7.

6. Datum per manus fidelis nostri, nobis sincere dilecti RR. in Christo Patris Domini Georgii Szelepchéyi, Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum electi Archiepiscopi, Administratoris Episcopatus Nitriensis, Locorumqve, et Comitatuum eorumdem Supremi, ac Perpetui Comitis, Consiliarii nostri Intimi, et per Hungariam Aulae nostrae Cancellarii etc. 1662. *Concl.*

## ARTICULUS XII.

*Colocensium Archiepiscoporum acta in specie, et personalia.*

### §. I.

*Ugrinus Archiepiscopus Colocensis subscribitur Bullae aureae Andreae II.*

Reverendo Ugrino Colocense. 1322. *Concl.*

## §. II.

*Colocensis Archiepiscopus Stephanus spondet penes Matthiam R. de non exigenda Taxa.*

Et nos Stephanus Cardinalis, Ecclesiarum Colocensis et Bachiensis Archiepiscopus. 1468. *Concl.* 1470. *Concl.*

## §. III.

*Gregorius de Frangepanibus diplomati Inaugurali subscribitur.*

Gregorio de Frangepanibus Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Archiepiscopo. 1508. *Concl.*

## §. IV.

*Georgii Testamentum revideatur, et pecuniae ad necessitates Regni convertantur.*

1. Qvod Regia Majestas intelligat statim Testamentum RR. qvondam D. Georgii Colocensis Archiepiscopi. 1522. *Art.* 35.

2. Qvod pecuniae Testamentariae, aliaeqve res RR. qvondam D. Gregorii Colocensis Ecclesiae Archiepiscopi ex nunc exqvirantur, et ad Regni necessitates convertantur. 1525. *Art.* 27.

## §. V.

*Martinus Pethe deputatur ad Judicia Apellationum in Partibus Inferioribus.*

Penes RR. D. Locumtenentem in his Inferioribus Regni Partibus erunt Praelati RR. D. Martinus Pethe Archiepiscopus Colocensis. 1601. *Art.* 34.

## §. VI.

*Martinus Pethe fuit simul Administrator Episcopatus Jaurinensis et Locumtenens Regius.*

Exceptis Bonis RR. D. Martini Pethe de Hethes Archiepiscopi Colocensis et Administratoris Episcopatus Jaurinensis, ac Locumtenentis Regii. 1604. *Art.* 8. §. 18.

## §. VII.

*Demetrius Napragy nominatur Legatus ad Caesarem.*

Nominant ad Sacram Caesaream Majestatem, et in Bohemiam RR. D. Archiepiscopum Colocensem Demetrium Napragy. 1609. *Art.* 68. §. 2.

## §. VIII.

*Idem deputatur ad Judicia appellationum.*

Ad Judicia appellationum penes D. Palatinum RR. D. Demetrius Napragy Archiepiscopus Colocensis. 1609. *Art.* 70. §. 5.

## §. IX.

*Demetrius Napragy fuit simul Episcopus Jaurinensis.*

Exceptis bonis RR. D. Demetrii Napragy Archiepiscopi Colocensis, et Episcopi Jaurinensis. 1618. *Art.* 49. §. 3.

Exceptis bonis RR. D. Demetrii Napragy Archiepiscopi Colocensis et Administratoris Episcopatus Jaurinensis. 1609. *Art.* 8. §. 18. 1613. *Art.* 8. §. 3.

§. X.

*Idem deputatur ad Judicia appellationum.*

In Partibus Cis, et Ultra-Danubianis Ill. et RR. D. Demetrius Napragy Archiepiscopus Colocensis. 1618. *Art.* 64. §. 4.

§. XI.

*Valentinus Lépes Archiepiscopus Colocensis fuit Episcopus Jaurinensis,*

Exceptis bonis, qvae ad Arcem RR. Valentini Lépes Archi Episcopi Colocensis et Episcopi Jaurinensis Keszö vocatam, relinqvuntur. 1622. *Art.* 36. §. 24.

§. XII.

*Idem deputatur pro revisione Appellationum in Partibus Cis-et Ultra-Danubianis.*

In Partibus vero Cis-et Ultra-Danubianis RR. D. Archiepiscopus Colocensis. 1622. *Art.* 43. §. 4.

§. XIII.

*Joannes Telegdy deputatur ad rectificandas metas.*

Circa Moraviam: Ill. et RR. D. Joannes Telegdy Archiepiscopus Colocensis. etc. 1625. *Art.* 23. §. 2. 1635. *Art.* 55.

§. XIV.

*Idem deputatur ad revidendas Appellationes in Partibus Cis, et Ultra-Danubianis.*

In Partibus Cis-et Ultra-Danubianis: RR. D. Joannes Telegdy, Archiepiscopus Colocensis. 1655. *Art.* 51.

§. XV.

## §. XV.

*Idem nominatur ad Commissionem Croaticam in negotio Valachorum.*

1. Pro negotii Valachorum in Sclavonia et Croatia complemento Status et Ordines, nominant Ill. et RR. D. Joannem Telegdy Archiepiscopum Colocensem. 1630. *Art.* 24.

2. Praesidem Sua Majestas nominat. RR. D. Joannem Telegdy Archiepiscopum Colocensem. 1635. *Art.* 33. §. 2.

## §. XVI.

*Idem nominatur ad Commissionem intuitu bonorum ad Austriam possessorum.*

Ex parte sua nominant Ill. D. Joannem Telegdy Archiepiscopum Colocensem. 1635. *Art.* 60.

## §. XVII.

*Georgius Szelepchény nominatur ad Commissionem limitaneam.*

Versus Moraviam: Ill. ac RR. D. Georgium Szelepchényi Archiepiscopum Colocensem, Episcopum Nitriensem, et Comitatus Nitriensis Supremum Comitem, ac S. C. et Regiae Majestatis per Hungariam Aulae Cancellarium. 1662. *Art.* 37. §. 7.

## §. XVIII.

*Georgius Széchényi fuit simul Episcopus Jaurinensis.*

Ex qvo Sabarienses, ac Incolae Possessionis de Bagyogh, prout et Nobiles Sedis de Vecse, se nimium ab Ill. ac RR. D. Georgio Szé-

chényi Archiepiscopo Colocensi, qva Episcopo Jaurinensi, contra antiqva privilegia et indulta ipsorum aggravatos, inqve pacifico eorumdem usu impeditos qverularentur. 1681. *Art.* 34.

### §. XIX.

*Idem deputatur ad rectificandas metas Regni.*

Circa Austriam: Ill. et RR. D. Georgius Széchényi Archiepiscopus Colocensis. 1681. *Art.* 23. §. 1.

### §. XX.

*Idem recepit in se redemtionem XIII. Oppidorum Scepusiensium.*

Siqvidem Ill. et RR. D. Georgius Széchényi Archiepiscopus Colocensis, ex singulari suo erga patriam hanc zelo, Arcem Lublyo, cum XIII. Oppidis Scepusiensibus, et reliqvis eorumdem appertinentiis, vita sua comite, proprio aere, accedente jam etiam benigna Suae Majestatis annuentia, ad rationem Confiniariorum nativorum Superioris Hungariae, post mortem suam articulariter destinandis, interea vero, donec vixerit, per se possidendis, se redempturum, sponte compromisisset, ideo pro eadem liberalitate, dicto D. Archiepiscopo Status et Ordines debitas gratias referunt, et in eum finem ad Regem et Rempublicam Poloniae certos Commissarios, statim post praesentem *Diaetam*, illuc cum sufficienti Instructione expediendos, utpote: futurum Episcopum Agriensem, Comitem Sigismundum Homonnay, Egregium Stephanum Szirmay, et Civitatum Cassoviensis, ac Leutschoviensis Judices pro tempore futuros denominant; firmiter confidentes; qvod idem D. Archiepiscopus, juxta oblationem suam, pro expensis itinerariis dictorum Com-

missariorum promissam decem millium florenorum summam, manibus D. Palatini sit depositurus. 1681. *Art.* 24.

## §. XXI.

*Emericus Cháky deputatur ad emendationem legum.*

D. Comitem Emericum Cháky Archiepiscopum Colocensem, et Suae Majestatis Sacratissimae Intimum Consiliarium. 1715. *Art.* 24. §. 1.

## §. XXII.

*Idem deputatur ad elaborandum Systema in Politicis, militaribus et oeconomicis.*

Pro operis praenarrati elaboratione denominantur. DD. Comites Archiepiscopus Colocensis Comes Emericus Cháky etc. 1715. *Art.* 59. §. 1.

## §. XXIII.

*Idem denominatur pro rectificandis limitibus Regni.*

Circa Poloniam: Exc. ac Ill. D. Archiepiscopus Colocensis Comes Emericus Cháky. 1715. *Art.* 39. §. 6.

## §. XXIV.

*Idem denominatur pro Praeside Commissionis ad revidendam controversiam metalem inter Dominia Strechen, et Budetin.*

Pro Praeside: D. Comes Emericus Cháky Archiepiscopus Colocensis, cum plena, loco demortuorum, aut legitime absentium, alios disinteressatos denominandi facultate. 1715. *Art.* 112.

§. XXV.

*Idem denominatur ad Commissionem Jauri- nensem.*

Ad cujus effectum, penes C. Regios Commissarios a Statibus et Ordinibus sunt denominati: RR. et Excell. DD. Comes Emericus Cháky Archiepiscopus Colocensis etc. 1715. *Art.* 43.

§. XXVI.

*Ladislaus Kollonich Deputatus in Ecclesiasticis.*

In Ecclesiasticis et Fundationalibus: Comes Ladislaus Kollonich de Kollegrad Perpetuus in Zay-Ugrocz Metropolitanae Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Archiepiscopus S. C. et R. A. Majestatis Actualis Intimus Status Consiliarius. 1791. *Art.* 67.

§. XXVII.

*Idem concurrit ad Academiam Militarem Ludovicaeam.*

C. Ladislaus Kollonich de Kollegrad Insignis Ordinis S. Stephani Magnae Crucis Eqves, Actualis Intimus Status Consiliarius Archiepiscopus Colocensis obtulit 13000. fl. 1808. *Art* 7.

# TITULUS III.

*De Episcopo, et Archiepiscopo Agriensi.*

## SECTIO I.

*De Episcopo Agriensi generatim.*

### ARTICULUS I.

*Ecclesiae Agriensi de Episcopo provideatur.*

Qvod Majestas Regia tam de Episcopo Agriensi collocando, qvam etiam aliis neces-

sariis, ibidem providendis clementer recordetur. 1546. *Art.* 45.

## ARTICULUS II.

*Agriensis Episcopi Exercituatio et Banderia.*

### §. I.

*Agriensis Episcopi Banderia.*

1. Contra Hussitas educat Banderium. *Sigism. Regest.* 1433. *Art.* 32. Banderia duo. *Ibidem in Repartitione.*

2. Episcopus Agriensis Banderia duo. 1498. *Art.* 20. §. 3.

### §. II.

*Ex bonis Episcopatus et Capituli Agriensis continuum militem non tenentis duplum exigatur.*

Supremus vel Vice Comes ex bonis Archiepiscopatus Strigoniensis et Episcopatus Agriensis Capitulorum, continuum militem non servantium, duplum exigat, et nihilominus eos ad intertentionem qvoqve cogat, sub amissione officii. 1593. *Art.* 16. §. 2.

## ARTICULUS III.

*Episcopi Agrienses erant Cancellarii Regii.*

1. Simon de Rozgon Episcopus Agriensis Regiae Majestatis Sumpmus Cancellarius. 1444. *Concl.*

2. Datum per manus R. in Christo Patris D. Thomae, Postulati Agriensis, Aulae nostrae Summi et Secretarii Cancellarii, dilecti et fidelis nostri. 1495. *Concl.*

## ARTICULUS IV.

*Episcopi Agrienses erant supremi Comites Comitatuum Heves et Szolnok Exterioris.*

1. Qvod honor Comitatus Hevesiensis juxta contenta Decreti, personae Seculari conferatur, qvia Episcopus Agriensis extra Regnum moratur, qvi, si ad residentiam venerit, vel autem Ecclesia ipsa Praelatum residentem habuerit, honor ejuscemodi Comitatus iterum ad Ecclesiam redeat. 1514. *Art.* 56. §. 2.

2. Pro limitibus Regni, cum vicinis Provinciis definiendis, nominatur versus Poloniam: Exc. ac Ill. D. Franciscus Barkóczy de Szala Episcopus Agriensis II. Comitatuum Heves, et Exterioris Szolnok Perpetuus Supremus Comes. 1751. *Art.* 26.

3. Pro differentiis, qvoad limites Regni terminandis, versus Poloniam: Exc. Ill. ac RR. Comes Carolus Eszterházy de Galantha, Perpetuus in Frakno Episcopus Agriensis, Comitatuum Heves, et Exterioris Szolnok Articulariter Unitorum supremus, ac Perpetuus Comes. 1765. *Art.* 16.

## ARTICULUS V.

*Episcopatus Agriensis elevatus est in Metropolitanum Archiepiscopatum.*

1. Reverendissimis in Christo Patribus: Francisco Xaverio Fuchs Agriensis Metropolitanae Ecclesiae Archiepiscopo. 1805. *Concl.*

2. RR. etc in Christo Patribus Libero Barone Stephano Fischer, de Nagy Szalathnya, Perpetuo in Bachko Agriensis Metropolitanae Ecclesiae Archiepiscopo. 1807. *Concl.*

## ARTICULUS VI.

*Episcopus Agriensis locum Hidvég tamqvam proprietarius redimere potest.*

Qvia Incolae Hidvégh nullum Dominum terrestrem pro nunc agnoscunt, donec per Dominum ipsorum terrestrem Episcopum Agriensem redempti fuerint, qvod ipsi D. Episcopo semper licitum erit, a directione et jurisdictione Comitatus Zempliniensis, in omnibus dependere, colonosqve ad sese transfugientes, sub amissione loci illius restituere sint obligati juxta leges Regni. 1635. *Art.* 68. §. 3.

## ARTICULUS VII.

*Episcopus Agriensis interteneat duos Gyulae pro testimonio fidedignos.*

Qvia pleriqve Nobilium ex Arce Gyula, cum propter metum Turcarum, tum vero, qvod inter eos viduae et infirmi sunt, ad Capitula, vel Conventus, qvae procul ab ipsis distant, personaliter venire non semper possunt; Statutum est; ut D. Episcopus Agriensis Gyulae interteneat continue duos Canonicos Capituli sui Agriensis, qvorum unus sit Plebanus Loci illius ad futuram usqve Diaetam. 1563. *Art.* 53.

## ARTICULUS VIII.

*Episcopo Agriensi junctim cum Capitulo, et Comitatu Hevesiensi concredita est cura fundationis Studii Juridici Foglariani Agriensis.*

Hujus Instituti rite, ac debite, atqve ad tenorem fundationalium administrandi curam

Comitatui Hevesiensi, Capitulo Agriensi, et D. Comiti Episcopo, ejusdemqve in hoc Episcopatu Successoribus concredidisset. 1741. *Art.* 44. §. 1.

## ARTICULUS IX.

### *De Decimis Episcopatus Agriensis.*

### §. I.

*Proventus et Decimae Episcopatus Agriensis eliberentur, et ad Arcem applicentur.*

1. Proventus et Decimae Episcopatus Agriensis e manibus Dominorum per suam Majestatem eliberentur, et ad conservationem Arcis Agriensis conferantur. 1545. *Art.* 53.

2. Statutum est: ut cum Regia Majestas arcem Agriensem, ex qva nunc majoris Regni partis defensio, conservatioqve dependet, nec non arces Sáros, et Muran, multasqve alias, pro defensione harum Regni Partium, gravissimis sumptibus conservari, ac communiri curet, ac propterea Decimas, ad Episcopatum Agriensem pertinentes, in specie de omnibus bonis in usum praedictum colligi mandaverit, omnes Domini, ac Nobiles, ceteriqve Status Decimas ipsas de bonis suis integre ad manus hominum Suae Majestatis administrent, administrariqve faciant, nec qvisqvam sese in eas Decimas, vel earum partem audeat violenter ingerere, vel Decimatores Regios perturbare sub poena in ceteros violentos constituta. 1555. *Art.* 15.

## §. II.

*Decimas Episcopatus Agriensis in natura Domini terrestres praeemere possunt.*

Ad supplicationem Statuum Majestas Sua mandaturam se obtulit officialibus suis, qvorum intererit, ut fruges et vina de Decimis Episcopatus Agriensis, in specie jam collecta, et in diversis locis per ipsos reposita Dominis potius terrestribus, qvam cuiqve alteri, eodem, qvo aliis pretio venderentur, parata pecunia vendant, uti aeqvitas postulat. 1556. *Art.* 43.

## §. III.

*Decimae in Dioecesi Agriensi pecunia non redimantur.*

Qvia conqveruntur nonnulli Comitatus Partium Superiorum, qvam intolerabile jugum sit eis impositum a Decimatoribus Agriensibus, qvi Decimas non in specie exigunt, sed miseram plebem tam ad vinum, qvam ad frumentum, immodico nimis pretio, pecunia redimendas cogunt; hac de re, ut Sacra Majestas sua, secundum clementem suam oblationem clementer providere, et tam indebitam coactionem prohibere dignetur, Regnicolae humiliter supplicant. 1569. Art. 28. §. 2.

## §. IV.

*In Dioecesi Agriensi animalia Decimalia Rustici tantum usqve festum Michaelis servent.*

Qvod in Dioecesi Agriensi rustici animalia dicata solummodo qvae ad festum S. Michaelis servare teneantur, et, si postmodum ipsa

animalia casualiter perierint, rustici ipsi propterea nullo modo gravari debeant, sed tamen jurare teneantur, qvod non eorum culpa, neqve malitia, neqve voluntate perierint. 1486. *Art.* 42.

## SECTIO II.

### *De Episcopis Agriensibus in specie, et personalibus eorum actis.*

### ARTICULUS I.

*Andreas interest Diaetae.*

Andreas Agriensis Ecclesiae Episcopus. 1298. *Exord.* §. 3.

### ARTICULUS II.

*Ladislaus cavet penes Matthiam R. de non exigenda taxa.*

Ladislaus Agriensis Ecclesiae Episcopus. 1462. *Fidejussoriae Praelat. etc.*

### ARTICULUS III.

*Idem praestat etiam Joannes.*

Joannes Agriensis Ecclesiae Episcopus. 1468. *Concl.* 1470. *Concl. Cautio.*

### ARTICULUS IV.

*Hipolytus Estensis Cardinalis Abbatiam de Tapoloza remittat.*

Qvod Abbatia de Tapolcha, qvae nuper per RR. D. Cardinalem Agriensem contra Regni legem occupata est, de facto et immediate remittatur, et, si qvid juris D. ipse Cardinalis

in illa se habere praetendit, id postea coram Regia Majestate juxta Regni sui consvetudinem, et non in Urbe, proseqvi teneatur. 1518. *Bach* 26. 1519. 23.

## ARTICULUS V.

*Eodem a Regno absente, honor Comitatus Heves Seculari conferatur.*

Qvod honor Comitatus Hevesiensis, juxta contenta Decreti, personae seculari conferatur, qvia Episcopus Agriensis extra Regnum moratur. 1514. Art. 56. §. 2.

## ARTICULUS VI.

*Episcopus Agriensis intersit Judiciis Posoniensibus.*

Cum DD. Praelatis, D. Episcopo Agriensi etc. 1572. 11. 6.

## ARTICULUS VII.

*Episcopi Agrienses nominantur ad Judicia appellationum.*

1. In Partibus Inferioribus Regni erunt Praelati: Stephanus Szuhay Episcopus Agriensis. 1601. Art. 34.

2. Ad appellationem penes Ill. D. Comitem Palatiuum pro Partibus Regni Superioribus RR. D. Joannes Pyber Agriensis Episcopus. 1625. *Art.* 51.

3. Pro appellationibus, penes Ill. D. Palatinum RR. D. Emericus Losy Agriensis Episcopus. 1635. *Art.* 24.

4. In appellationibus penes praefatum D. Comitem Palatinum RR. D. Episcopus Agriensis. 1638. Art. 23.

5. In Partibus Superioribus in appellationibus penes D. Comitem Palatinum: RR. D. Agriensis Episcopus. 1647. *Art.* 103. §. 1.

6. In Partibus Regni Superioribus, in appellationibus penes D. Comitem Palatinum: RR. D. Benedictum Kisdy Agriensem Episcopum. 1655. Art. 51. §. 2.

7. In Superioribus Regni Partibus in appellationibus, loco defuncti Benedicti Kisdy RR. D. Thomam Pálffy ab Erdöd modernum Agriensem Episcopum. 1662. *Art.* 28. §. 2.

8. In Partibus Regni Superioribus, in appellationibus penes D. Comitem Palatinum; futurum Episcopum Agriensem. 1681. *Art.* 28. §. 1.

## ARTICULUS VIII.

*Episcopi Agrienses deputantur ad rectificationem metarum.*

1. Pro metaram Moravicarum rectificatione nominantur RR. D. Stephanus Szuhay Episcopus Agriensis. 1602. Art. 23. §. 1.

2. Ad revisionem et reambulationem metarum circa Poloniam nominant RR. D. Emericum Lósy Agriensem Episcopum. 1635. *Art.* 54.

3. Pro rectificatione metarum circa Transylvaniam: futurus Episcopus Agriensis. 1681. *Art.* 23. §. 7.

4. Circa Poloniam: Ill. et RR. D. Episcopus Agriensis Comes Gabriel Erdödy. 1723. Art. 17. §. 7.

5. Versus Poloniam: Exc. ac Ill. D. Comes Franciscus Barkóczy de Szala Episcopus Agriensis, II. Comitatuum Heves et Exterioris Szolnok Perpetuus Supremus Comes, S. C. R. Apost. Maj. Actualis Intimus Consiliarius et Tabulae Septemviralis Assessor. 1751. *Art.* 26.

## ARTICULUS IX.

*Agriensis Episcopus usqve ad revisionem Causae illius a Regno emaneat.*

Qvod ambos RR. DD. Episcopos Agriensem nempe, et Varadinensem concernit, isti interim a Regno abstinebunt, donec eorum causa decisa, vel alias composita fuerit. 1606. *Pacif. Vienn. ad* 5. §. 2.

## ARTICULUS X.

*Episcopus Agriensis in Legatione ad Poloniam intuitu XIII. Oppidorum Primas teneat.*

1. Visum est Statibus et Ordinibus, ut RR. D. Emericus Lósy Episcopus Agriensis in illa legatione primas teneat. 1635. *Art.* 67.

2. Status et Ordines Commissarios statim post praesentem Diaetam cum sufficienti Instructione expediendos, utpote futurum Episcopum Agriensem denominant. 1681. *Art.* 24. §. 1.

## ARTICULUS XI.

*Ad Commissionem Jaurinensem loco Episcopi Agriensis alter surrogatur.*

RR. D. Georgio Széchényi in locum RR. D. Agriensis surrogato. 1647. *Art.* 37.

## ARTICULUS XII.

*Episcopus Agriensis deputatur ad abolenda telonia sicca.*

Pro Partibus Superioribus in locum D. qvondam Ladislai Hossuthoty RR. D. Benedictus Kisdy Episcopus Agriensis. 1649. *Art.* 77.

## ARTICULUS XIII.

*Episcopus Agriensis nominatur ad restituenda bona confiscata in Partibus superioribus.*

In Partibus Superioribus RR. D. Petrum Korompay Episcopum Agriensem denominant. 1681. *Art.* 11.

## ARTICULUS. XIV.

*Archiepiscopus Agriensis concurrit pro Academia Ludovicaea.*

Baro Stephanus Fischer de Nagy Szalatnya, Actualis Intimus Status Consiliarius, Archiepiscopus Agriensis, et Comitatuum Heves et exterioris Szolnok articulariter unitorum supremus et Pepetuus Comes, obtulit 12000 fl. 1808. *Art.* 7.

# SECTIO III.

*Series Episcoporum et Archiepiscoporum Agriensium e Decretis eruta.*

Thomas. 1222. 31. Andreas. 1298. *Exord.* §. 3. Nicolaus. 1351. Emericus. 1384. Vacat. 1405. I. Petrus de Rozgon. 1435. II. Simon

de Rozgon. 1440. Ladislaus. 1464. Joannes. 1470. 1486. Vacat. 1492. Thomas. 1495. Hipolytus. 1498. 1500. 1504. 1514. *ubiqve in Concl.* Idem 1518. *Bach.* 26. 1519. 23. 1514. 56. Vacat. 1546. 45. Stephanus Szuhay. 1601. 34. 1602. 23. Vacat. 1608. *Concl.* Joannes Pyber. 1625. *Concl.* 1630. *Concl.* 1625 51. Emericus Losy. 1635. *Concl. Art.* 14. et 54. 67. Georgius Lippay. 1638. 23. et *Concl.* Georgius Jakusith. 1647. 103. et *Concl.* Benedictus Kisdy. 1649. 77. 1655. 29. et 51. *item* 1649. 1655. 1659. *Concl.* Thomas Pálffy. 1662. 28. *et Concl.* Petrus Korompay. 1681. 11. Vacat. 1681. *Concl.* Georgius Fenyessy. 1687. *Concl.* C. Gabriel Erdődy. 1715. 1723. 1729. 1741. *ubiqve Concl.* Item 1723. 17. 1741. 44. C. Franciscus Barkóczy. 1751. 26. *et Concl.* C. Carolus Eszterházy. 1765. 16. 1791. 1792. *Concl.* Vacat. 1802. *Concl.* Archiepiscopi Franc. Xav. Fuchs. 1805. Stephanus L. B. Fischer. 1807. 1808. 1811. *ubiqve in Concl.* 1808. *Art.* 7.

# TITULUS IV.

## *De Episcopo Albaregalensi.*

1. Nicolao Millassin Alba regalensis Ecclesiae Episcopo. 1791. 1792. 1796. 1802. 1805. 1807. 1808. in Conclusionibus. Vacat. 1811. *Concl.*

2. Nic. Milassin Actualis Intimus Status Consiliarius Episcopus Albaregalensis obtulit 5000 fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art.* 7.

# TITULUS V.

## *De Episcopo Bosnensi, seu Diakovariensi.*

### ARTICULUS I.

*Bosnensis Episcopus interest Diaetae.*

Thomas Bosnyensis Ecclesiae Episcopus. 1298. *Exord.* §. 3.

### ARTICULUS II.

*Bosnensis Ecclesia pertinet ad Coronam Hungariae.*

Sciunt, qvod Ecclesia Bosnensis, cujus Episcopus nunc in Diako residet, est ultra savum, qvo similiter nunc cum suis terris a Bosnensibus possidetur. 1433. *Art.* 26. *Regest. Sigism.*

### ARTICULUS III.

*Bosnensis Episcopi Exercituatio.*

1. Episcopus Bosnyensis ad Uzuram educat Eqvites centum. 1433. *Art.* 29. Regest. *Sigism. et in* Repartitione §. 3. *sed* 1498. *Art.* 20. *desideratur.*

2. Nemo ex DD. Episcopis et Ecclesiarum Praelatis, aliisqve personis Ecclesiasticis, duas dignitates, aut alia beneficia Ecclesiastica etiam minutissima tenere, gubernare, et uti valeat, dempto solummodo Episcopo Boznensi, pro tempore constituto, qvi duo tantummodo beneficia Ecclesiastica, et non plura, tenere valeat, ex qvo deficit in proventibus, et castra qvaedam finitima necessario tenere habet. 1498. Art. 56.

ARTI-

## ARTICULUS. IV.

*Bosnenses Episcopi ad Commissiones limitaneas deputantur.*

1. Ad Sclavoniam ad primum diem Maji in Zámobor DD. Episcopi Bosnensis etc. 1550. *Art.* 44.

2. Pro Austriae et Styriae metarum rectificatione nominantur RR. D. Ludovicus Ujlaky Episcopus Bosnensis. 1602. *Art.* 23. §. 2.

3. Circa Austriam, Styriam et Carnioliam: RR. D. Thomas Balássfy Episcopus Bosnensis. 1618. *Art.* 12. §. 4.

4. Circa Styriam ex parte Croatiae, et Carnioliam: Exc. ac Ill. D. Episcopus Zagrabiensis Comes Franciscus Eszterházy, vel, eo impedito, Episcopus Bosnensis Georgius Patachich. 1715. *Art.* 39. §. 5.

5. Circa Styriam ex parte Croatiae et Carnioliae, Ill. ac RR. D. Petrus Bakich Episcopus Bosnensis Sacratissimae Caesareae, Regiaeqve Suae Majestatis Consiliarius. 1723. *Art.* 17. §. 6.

6. Versus Styriam ex parte Croatiae: Ill. DD. Episcopi Zagrabiensis et Bosnensis. 1751. *Art.* 26.

7. Versus Styriam et Carnioliam ex parte Croatiae: Ill. ac RR. D. Josephus Antonius Chiolnich de Chiolka Episcopus Bosnensis, seu Diakováriensis. 1765. *Art.* 16.

## ARTICULUS V.

*Bosnensis Episcopus fuit Supremus Comes Comitatus Posegiensis.*

Ill. ac RR. D. Josephus Antonius Chiolnich de Chiolka Episcopus Bosnensis seu Diaková-

riensis, Comitatus Posegiensis Supremus Comes S. C. et R. A. Majestatis Consiliarius. 1765. *Art.* 16.

## ARTICULUS VI.

*Bosnensis Episcopus deputatur pro Exactore Rationum Contributionis.*

Exactores Rationum Ultra-Danubiani erunt: RR. D. Bosnensis Episcopus etc. 1603. *Art.* 4.

## ARTICULUS VII.

*Bosnenses Episcopi intererant Judiciis.*

1. In Partibus Regni Superioribus pro Praelatis ad Tabulam Regiam: RR. D. Joannes Telegdy Episcopus Bosnensis. 1609. *Art.* 7. §. 6.

2. Nominantur in Partibus Regni Superioribus pro Praelatis: RR. D. Ladislaus Majthényi Szirmiensis, aut Thomas Balásffy Bosnensis Episcopi. 1618. *Art.* 64. §. 1.

3. Nominantur ad Tabulam Regiam in Partibus Regni Superioribus pro Praelatis: RR. D. Stephanus Sennyei Episcopus Bosnensis. 1622. *Art.* 43. §. 2.

## ARTICULUS VIII.

*Series Decretalis Episcoporum Bosnensium.*

Thomas. 1298. *Exord.* §. 3. Fr. Peregrinus: 1351. Joannes 1405. *I.* Josephus 1435. *II.* Raphael Herczegh 1444. Vacat. 1464. Matthias 1486. Lucas. 1492. Gabriel 1495. 1498. *ubique Conclusio.* 1498. 56. 1500. *Concl.* Nicolaus Kesserő. 1504. 1514. *Concl.* Ludovicus Ujlaky. 1602. 23. 1603. 4. Joannes Telegdy. 1608. 1609. 70.

*Concl.* Thomas Balásffy. 1618. 12. 64. Stephanus Sennyey. 1622. 43. Joannes Porgay. 1625. 1630. Joannes Tomko Mernyavchich. 1635. Fr. Marianus Maravich. 1649. 1655. 1659. Fr. Mathaeus Benlich. 1662. Fr. Nicolaus Plumbeus. 1686. Georgius Patatich. 1715. 39. Petrus Bakics. 1723. 17. Idem Petrus Bakich. 1729. 1741. Josephus Chiolnich. 1751. Antonius Chiolnich. 1765. 16. Mathaeus Kerticza. 1791. 1792. 1796. 1802. Vacat. 1805. Antonius Mandich. 1807. 1808. 1811. *ubiqve Concl.* 1808. *Art.* 7.

### ARTICULUS IX.

*Episcopus Bosnensis concurrit ad Academiam Ludovicaeam.*

Antonius Mandich Actualis Intimus Status Consiliarius, Insignis Ordinis S. Stephani Eqves Episcopus Bosnensis, seu Diakováriensis obtulit 5000. fl. 1808. *Art.* 7.

## TITULUS VI.

### *De Episcopo Cassoviensi.*

Andrea Szabó Cassoviensis Ecclesiae Episcopo. 1805. 1807. 1808. 1811. *in Conclusionibus.* Obtulit duo millia florenorum pro Academia Ludovicaea. 1808. *Atr.* 7.

## TITULUS VII.

### *De Episcopo Chanadiensi.*

### ARTICULUS I.

*Chanadiensis Episcopus interest Comitiis.*

Antonius Chanadiensis Ecclesiae Episcopus 1298. *Exord.* §. 3.

## ARTICULUS II.

*Chanadiensis Episcopi exercituatio.*

1. Episcopus Chanadiensis Banderium. 1433. *Art.* 30. *Regest. Sigism.*

2. Episcopus Chanadiensis Eqvites centum. 1498. *Art.* 20. §. 11.

3. Episcopus Chanadiensis Eqvites ducentos. *Repart. tempore Sigism.*

## ARTICULUS III.

*Episcopus Chanadiensis spondet penes Matthiam R. de non exigenda Taxa.*

Joannes Chanadiensis Ecclesiae Episcopus. 1468. *Concl. Assecurator.*

## ARTICULUS IV.

*Episcopi Chanadienses ad rectificandas metas Regni nominati.*

1. Versus Poloniam: D. Episcopum Chanadiensem. 1569. *Art.* 42. §. 5.

2. Pro metarum Polonicarum, et Silesiaticarum, ac XIII. Oppidorum et villarum, ad Arcem Lublyo pertinentium, rectificatione nominantur RR. DD. Georgius Szalathnoky Episcopus Qvinqve Ecclesiensis, vel Episcopus Chanadiensis. 1604. *Art.* 15. §. 3.

3. Circa Austriam: RR. D. Michael Dvornikovich Episcopus Chanadiensis. 1687. *Art.* 15. §. 1.

4. Circa Transylvaniam: Ill. D. Episcopus Chanadiensis Comes Ladislaus Nádasdy. 1715. *Art.* 39. §. 7.

5. Circa Transylvaniam: Ill. et RR. D. Episcopus Chanadiensis, Comes Ladislaus de Nádasd. 1723. *Art.* 17. §. 8.

## ARTICULUS V.

*Episcopi Chanadienses ad Judicia nominati pro Praelatis.*

1. In Sede judiciaria Suae Majestatis in Eperies pro Praelatis intersint: DD. Episcopus Chanadiensis etc. 1574. *Art.* 17.

2. In appellationibus, penes RR. D. Locumtenentem Suae Majestatis, nominantur Praelati RR. DD. Episcopi: Paulus Szegedy Chanadiensis. 1688. *Art.* 30. §. 4.

3. Pro Partibus Superioribus erunt RR. DD. Faustus Verantius Chanadiensis Ecclesiae Episcopus etc. 1601. *Art.* 34. §. 1.

4. In Partibus Cis-et Ultra-Danubianis ad Tabulam Regiam pro Praelatis: RR. D. Georgius Dubovszky Electus Episcopus Chanadiensis etc. 1625. *Art.* 51. §. 3.

## ARTICULUS VI.

*Episcopus Chanadiensis deputatur ad emendationem legum.*

Comitem Ladislaum Nádasdy Episcopum Chanadiensem. 1715. *Art.* 24. §. 1:

## ARTICULUS VII.

*Idem ad elaborandum Systema in Politicis, oeconomicis, et militaribus nominatus.*

Episcopus Chanadiensis Comes Ladislaus Nádasdy. 1715. *Art.* 59. §. 1.

## ARTICULUS VIII.

*Episcopus Chanadiensis deputatur ad recipienda Acta publica pro Archivo Regni.*

Per manus Ill. ac RR. Comitis Ladislai de Nádasd Episcopi Chanadiensis. 1723. *Art.* 45. §. 4.

## ARTICULUS IX.

*Episcopus Chanadiensis nominatur ad restituenda bona confiscata.*

In Partibus Trans-Danubianis RR. D. Nicolaum Balogh Episcopum Chanadiensem. 1681. *Art.* 11. §. 7.

## ARTICULUS X.

*Series decretalis Episcoporum Chanadiensium.*

Ugrinus. 1222. 31. Antonius. 1298. *Exord.* §. 3. Thomas. 1351. Joannes. 1384. Fr. Dósa. 1405. *I.* Vacat. 1435. *II.* Petrus. 1444. Albertus. 1464. Joannes. 1468. 1486. 1492. Lucas. 1495. 1498. Nicolaus de Chák. 1500. 1504. Franciscus de Chahol. 1514. Paulus Szegedy. 1588. 30. §. 4. Faustus Verantius. 1601. 34. 1604. 5. Matthias Herovitius. 1608. 1609. Georgius Dubowczky. 1625. 51. 1630. 1635. Joannes Püsky. 1638. Sigismundus Zongor 1647. Matthias Tarnoczy. 1649. Thomas Pálffy. 1655. Hiacynthus Macripodary. 1659. 1662. Nicolaus Balogh. 1681. 11. Joannes Kéry. 1681. Michael Dvornikovich. 1687. 15. Fr. Ladislaus Nádasdy. 1715. 24. 39. 59. 1723. 17. 45. 1729. Fr. Nicolaus Stanislavich. 1741. C. Franciscus Antonius Engel. 1751. 1765. Emericus Kristovich. 1791. 1792. 1796. Ladis-

laus Kőszeghy. 1802. 1805. 1807. 1808. 1811. *ubiqve in Concl.*

## TITULUS VIII.

### *De Episcopo Crisiensi.*

1. Josaphat Bastatich Graeci Ritus Catholicorum Crisiensis Ecclesiae Episcopo. 1791. 1792. *In Conclusione.*

2. Sylvestro Bubanovich Graeci Ritus Catholicorum Crisiensis Ecclesiae Episcopo. 1796. 1802. 1805. 1807. 1808. *ubiqve in Conclusionibus.* Obtulit pro Academia Ludovicaea 1000. fl. 1811. *Art.* 2. Vacat. 1811. *Concl.*

## TITULUS IX.

### *De Episcopo Jaurinensi.*

## SECTIO I.

### *De restaurando Episcopatu Jaurinensi.*

### ARTICULUS I.

*Episcopatui Jaurinensi detur Episcopus.*

Comitatus Ultra-Danubiani, qvi videlicet Decimas suas ad Episcopatum Jaurinensem dare soliti sunt, adhuc supplicant Majestati Suae Caesareae, ut ipsis de idoneo Praelato clementer providere, et hoc loco benignarum oblationum suarum memor esse qvam primum dignetur. 1572. *Art.* 8.

## ARTICULUS II.

*Ad restaurationem Episcopatus Jaurinensis decem mille floreni ex pecunia Draskovichiana convertantur.*

Alia summa pecuniaria Draskovichiana superesset, ex qva decem mille floreni pro restauratione Episcopatus Jaurinensis convertantur. 1659. *Art.* 5. §. 2.

## ARTICULUS III.

*Jaurinensis Episcopatus conferatur indigenae personae bene meritae.*

De Episcopatu Jaurinensi ad longum declararunt Status causas, propter qvas illum personae Ecclesiasticae Hungariae, et bene meritae conferri postulant; qva in re, cum Sacra Majestas Sua, se supplicationis fidelium suorum clementem rationem habituram, et ita provisuram gratiose obtulerit, ut Regnicolae sibi satisfactum sentiant, nec ulterius conqverendi causam habeant; supplicant Status et Ordines, ut hoc absqve longiori mora, et cum effectu facere dignetur, ne causam habeant, prouti protestati sunt, Decimas D. Cardinali omnino denegare. 1569. *Art.* 35.

## ARTICULUS IV.

*Bona, et proventus Episcopatus Jaurinensis eliberentur.*

Super bonis et proventibus Episcopatus Jaurinensis, et aliis similiter jam inscriptis, Majestas Sua, qvemadmodum gratiose se obtulit, dignetur tractatus fieri curare, qvibus tractatibus ea bona, ac proventus, qvo facilius

fieri potest, de manibus illorum, penes qvos sunt, eliberentur. 1548. *Art.* 8.

### ARTICULUS V.

*Jaurinensi Ecclesiae proventus restituantur.*

Supplicant Ordines et Status Regni Sacrae Regiae Majestati, ut qvemadmodum clementer obtulit, proventus Episcopatus Jaurinensis olim ad graves necessitates Regni qvibusvis inscriptos, qvantum pro rerum et necessitatum magnitudine licuerit, clementer eliberare, et Ecclesiae restituere dignetur. 1552. *Art.* 18.

### ARTICULUS VI.

*Episcopi Jaurinensis supplicatio pro restitutione Arcis Sabariae Regi commendetur.*

Status et Ordines Regni supplicant Regiae Majestati, Domino eorum Clementissimo, tum D. Episcopi Jaurinensis, tum Petri Bakith pariter et Relictae, ac liberorum qvondam Pauli Bakith nomine: dignetur, nacta prima occasione, pro arce Sabaria Episcopatus Jaurinensis, per ejus Majestatem Regiam dicto qvondam Paulo Bakith, et suis praenominatis, titulo pignoris inscripta, de justa aliqva compensatione providere, et per hoc arcem ipsam dicto Episcopatui Jaurinensi restituere gratiose. 1542. *Poson. Art.* 48.

## SECTIO II.

## *De Decimis Episcopatus Jaurinensis.*

### ARTICULUS I.

*De Decima Episcopi Jaurinensis cum Maria Regina tractetur.*

De Decima Episcopatus Jaurinensis Regia Majestas et literis, et Nuncio sese apud suam

Majestatem Reginalem diligenter tractaturam offert. 1536. *Art.* 44.

## ARTICULUS II.

*Decimae Episcopatus Jaurinensis a Germanis recipiantur.*

Supplicant etiam Comitatus, ac simul Status et Ordines Regni Majestati Suae, ut Decimas Episcopatus Jaurinensis, ab annis compluribus qvibusdam Germanis inscriptas, ex qvibus Decimis iidem Germani magno cum foenore pecunias suas jam dudum perceperunt, excipere, jam tandem ab illis, et D. Capitaneo Generali ad munitionem arcis et Civitatis Jaurinensis assignare dignetur gratiose. 1547. *Art.* 21.

## ARTICULUS III.

*Eliberatio earumdem decimarum propediem promittitur.*

Quantum ad liberationem Decimarum Episcopatus Jaurinensis ab his, qvibus inscriptae sunt, cum primum, Deo juvante, negotiis his finitis, ad fideles Status atqve Ordines Regni nostri, qvod propediem fore speramus, revertemur, curabimus de praemissis, qvantum fieri poterit ita, et tam gratiose providere, ut fideles ipsi nostri de nobis contenti esse poterunt. 1547. *Resp.* §. 20.

## ARTICULUS IV.

*Decimae Arcis Hornstein Episcopo Jaurinensi restituantur.*

1. Supplicant, dignetur Majestas Sua Decimas D. Episcopi Jaurinensis ex Pertinentiis

Arcis Hornstein ad Episcopatum Jaurinensem ab antiqvo pertinentes, qvae sub nulla esse, neqve fuisse Inscriptione dicuntur, sed tantum potentia mediante, per D. Conradum de Fürsth, dictae Arcis Dominum perceptae esse, et percipi, visis juribus D. Episcopi, et Ecclesiae suae Jaurinensis, nec non tempore concordiae inter Serenissimos Principes, Maximilianum Imperatorem, et Regem Wladislaum felicis recordationis, super his bonis impignoratis factae, juxta juris ac justitiae ordinem, praefato D. Episcopo, Ecclesiaeqve suae remitti facere. 1555. *Art.* 12.

2. Pro eliberatione Decimarum D. Episcopi Jaurinensis Pertinentiarum arcis Hornstein, qvae sub nulla esse, neqve unqvam fuisse Inscriptione dicuntur, sed tantum per D. Conradum Fürsth, potentia mediante, hactenus perceptas esse, et percipi, Sacra Majestas Sua clementer cum suis fidelibus Provincialibus Austriae tractaturam, et, qvantum per temporum statum commode fieri poterit, qvantumqve justitia in negotio ipsarum Decimarum D. Jaurinensis patietur, se deliberaturam clementer obtulit. 1556. *Art.* 41.

## ARTICULUS V.

*Arces ad Austriam oppignoratae Decimas Episcopatui Jaurinensi reddant.*

Qvum istae arces sint membra, et pars Regni Hungariae, et Decimas qvoqve Episcopatui Jaurinensi qvotannis reddant. 1567. *Art.* 42.

## ARTICULUS VI.

*Officiales Óvárienses se in arendationem Decimarum Episcopatus Jaurinensis non ingerant.*

Neqve Officiales Suae Majestatis, in bonis Óváriensibus constituti, in Comitatu Mosoni-

ensi, et alibi in Decimarum arendationem se ingerere praesumant. 1613. *Art.* 19. §. 1.

## ARTICULUS. VII.

*Super Decimis Episcopi et Capituli Jaurinensis renovantur Constitutiones.*

Pro eorumdem Episcopi, et Capituli (*Jaurinensis*) parte renovant etiam Status, et Ordines adimplendasqve esse decernunt anteriorum temporum Constitutiones, praesertim annorum 1542. Art. 21. 1552. Art. 18. 1559. Art. 12. et 1613. Art. 19. super Decimis eorumdem editas. 1622. *Art.* 50. §. 5.

## ARTICULUS VIII.

*Pro Decimis et Qvartis in Dominiis ad Austriam possessis Ecclesiae Jaurinensi reddendis gratiae aguntur Regi.*

Qvia Sua Majestas de Decimis et Qvartis Ecclesiae Jaurinensi Dominiis in iisdem provenire debentibus, deinceps ex aeqvo praestandis, pie se resolvere dignata est, Regnicolae humillimas agunt gratias. 1630. *Art.* 27.

## ARTICULUS IX.

*Eaedem Decimae et Qvartae ibidem in specie percipiantur.*

Qvod Decimas et Qvartas Ecclesiae Jaurinensis de praerecensitis omnibus Dominiis cedere debentes, statim, et ipso facto, vigore promissionis et Resolutionis suae deinceps in specie administrandas, clementer remisit, ac restituere dignata sit, pro iis Suae Majestati iidem Status et Ordines humillimas agunt gratias. 1635. *Art.* 61.

## ARTICULUS X.

*Decimae Ecclesiae Jaurinensi restituantur.*

Jaurinensis Ecclesiae Decimarum restitutio penes Articulum novissimae Soproniensis Diaetae 61. (1635.) ut complanetur, justisqve juribus Ecclesiae satisfiat, Sua Majestas clementer efficere dignabitur. 1638. *Art.* 57.

## ARTICULUS XI.

*Decimae ex Promontorio Rustensi Episcopo Jaurinensi per exteros praestentur.*

Etsi Oppidani et Indigenae Rustenses a memoria hominum Decimas, ad Episcopatum Jaurinensem pertinentes, sine omni tergiversatione, in hodiernam usqve diem more solito praestitissent, ac ulterius qvoqve praestare non recusarent, eo tamen externorum, et maxime extra Regnum degentium, in dicto Promontorio Rustensi vineas possidentium devenit conditio, ut debitam Decimam praestare nolint; proinde decernitur, ut dicta decima, per eosdem externos, ex praefato Promontorio Rustensi cedens, de cetero in specie pendatur. 1655. *Art.* 63.

# SECTIO III.

*Negotia, qvae Praesidiarii Episcopo Jaurinensi, et Regno fecerunt.*

## ARTICULUS I.

*Commissio ratione differentiarum inter Episcopum et Officiales Jaurinenses ordinatur.*

Posteaqvam ratione violationis jurium et jurisdictionis Episcopi, et Capituli Jaurinensis,

per Supremum, et alios Capitaneos, Annonae Praefectum, ceterosqve Officiales Suae Majestatis, in Praesidio Jaurinensi constitutos, factae, ac inter cetera: qvod iidem Capitanei et Officiales jurisdictionem suam in Cives, et subditos eorumdem Episcopi et Capituli extendant, macella in fraudem lanionum Capitularium aliis assignent, libertatem educillandi per bimestre annuatim restringant, constitutiones Opificum qvorumdam, Regio diplomate confirmatas negligant, exemptionum Civilium rationem non habeant, aliaqve molestiarum genera ipsis inferant, S. C. Regiaqve Majestas ad arbitrativam revisionem Commissariorum Hungarorum, soluta hac Diaeta, immediate eo destinandorum benignissime condescendit, eisdemqve Commissariis Hungaris, in serie praesentium Articulorum, per Status et Ordines denominandis, praetacta molestiarum genera de facto complanandi, et effectuandi authoritatem attribuit. Ob hoc iidem Status et Ordines pro Commissariis et plenipotentiariis arbitris nominant RR. D. Joannem Telegdy Episcopum Varadiensem, Magnificum D. Nicolaum Eszterházy de Galantha, Generosos item Benedictum Pakay Personalis Praesentiae Regiae in Judiciis Locumtenentem, Suae Majestatis Consiliarios, nec non Georgium Szombathely Mosoniensis, Stephanum Amade Posoniensis Comitatus Vice Comites, Stephanum Chernyel, et Nicolaum Marczaltövi, ad qvos ut Sua Majestas, juxta benignam suam oblationem specialia sua mandata superinde extradare, eorumdemqve complanationem et effectuationem, pro rato, grato, et accepto habere dignetur; interim autem, ut Officiales Suae Majestatis ab omni molestatione ipsorum Episcopi et Ca-

pituli cessent, iidem Status et Ordines dignum censent. Et in hac qvidem Commissione dictus D. Episcopus Varadiensis Praesidis Officio fungatur, non obstante unius, vel alterius Commissarii absentia, cujus loco praefatus D. Praeses alium substituendi habeat authoritatem. 1618. *Art.* 26.

## ARTICULUS II.

*Eadem Commissio renovatur.*

De gravaminibus D. Episcopi, et Honorabilis Capituli Ecclesiae Jaurinensis contra jura et jurisdictionem ipsorum, per Praesidiarios, Annonariosqve Praefectos, et Officiales ac Tricesimatorem Jaurinensem illatis, in Diaeta anni 1618. Art. 26. Speciale statutum conditum, Commissionemqve superinde institutam esse, Status et Ordines etiamnum recenti memoria tenent. Qvia tamen, ob certa impedimenta, ejusmodi statuto hactenus satisfieri neqvivit; ideo ex benigna S. C. Regiaeqve Majestatis annuentia, merito renovandum, et qvamprimum effectuandum esse decernunt eundem Articulum, Commissionemqve in eodem institutam; simulqve statuunt, ut juxta clementem Suae Majestatis resolutionem, Statibus ac Ordinibus superinde elargitam, Commissio eadem instituta, et futura praedictis Ordinibus bellicis, annonariis, et Tricesimatoribus, adhuc sub hac Diaeta intimetur, et ad delegandos DD. Commissarios mandata extradentur. Ubi porro Commissio ipsa peracta fuerit, determinatio eorumdem DD. Commissariorum pro rato, grato, et accepto habeatur, ac ut iidem omnes, et singuli Officiales interim, donec nempe Commissio ipsa peragetur, ab omni memoratorum,

qverulantium Episcopi, et Capituli, subdictorumqve eorumdem, molestatione supersedere debeant, ac teneantur. Nominantur autem pro Commissariis iidem, qvi Articulo citato nominati fuerant, et loco demortui Stephani Chelnel, Wolfgangus Morocz Vice Comes Comitatus Posoniensis subrogatùr. 1622. *Art.* 50.

## ARTICULUS. III.

*Pro peracta Commissione Jaurinensi Status et Ordines gratias agunt Regi.*

Pro peracta Commissione Jaurinensi Art. 50. A. 1622. instituta, Sacratissimae Caesareae Regiaeqve Majestatis Domino ipsorum clementtssimo fideles Status et Ordines, nominatim vero RR. D. Episcopus et Venerabile Capitulum Ecclesiae Jaurinensis immortales agunt gratias; et qvamvis Deliberatio DD. Commissariorum, qvam de Regiminensium, Jaurini residentium eisdem Episcopo, et Capitulo, tamqvam Dominis fundi subjectione pronunciaverant, per certos DD. Suae Majestatis Consiliarios, ad id deputatos, sub hac Diaeta in hunc modum est declarata: ut tales Regiminenses non plures, qvam viginti qvatuor, iiqve, ut plurimum, Germani ibidem interteneri possint: qvi ratione personarum qvidem Supremo Praesidii illius Capitaneo, ratione domorum vero Dominis fundi parere, talium autem defunctorum heredes et hereditates, instar aliorum Civium, eisdem Dominis fundi subesse; milites porro utriusqve Nationis de rebus qvidem mobilibus a Judicibus bellicis, de domibus vero a Dominis fundi judicium recipere debeant; reliqva tamen deliberationum per DD. Commissarios pronunciatarum puncta Sua Majestas per

omnia

omnia benigne approbavit, et ratificavit. Ideo; ad tollendas ulteriorum qverelarum ausas, ex clementi Suae Majestatis annuentia decernitur; ut deinceps DD. Supremi, et Vice Capitanei, aliiqve, bellici pariter et annonarii Officiales, et Tricesimatores illius loci, sese per omnia praetactis DD. Commissariorum deliberationibus accomodare debeant, ac sint obligati; id, qvod Sua Majestas Sacratissima, se ipsis serio demandaturam, et procuraturam clementissime obtulit. 1625. *Art.* 18.

## ARTICULUS IV.

*De effectuatione ejusdem Commissionis.*

Qvod complanationes in negotio RR. D. Episcopi, et Venerabilis Capituli Jaurinensis, per Suae Majestatis DD. Commissarios, tam Jaurinum expeditos, qvam vero in proxime praeterita Diaeta Sproniensi deputatos, factae, et declaratae hactenus majori ex parte manserint inexecutae, non ex parte Suae Majestatis, verum ex parte Supremi illius loci Capitanei factum fuit. Qvia porro Regnicolae humillime intelligunt: Suam Majestatem eidem Supremo Capitaneo jam benigne, et serio demandavisse, ut is Commissioni jam celebratae nulla penitus suffragante exceptione, aut dilatione, realiter, et cum effectu sese accomodet, confidunt Commissiones locum habituras, ulterioresqve qverelas deinceps cessaturas. 1630. *Art.* 34.

## ARTICULUS V.

*De ulteriori executione ejusdem Commissionis.*

Qvandoqvidem Decretis Suae Majestatis, ex Consilio bellico pariter, et Aulico, ratione

gravaminum RR. D. Episcopi, et Venerabilis Capituli Ecclesiae Jaurinensis elargitis per Officiales bellicos et annonarios Praesidii Jaurinensis, necdum per omnia satisfactum est, eorumdemqve Decretorum plenariam executionem Sua Sacratissima Majestas, qvamprimum se demandaturam, clementer respondit, Status et Ordines humillime sunt contenti, et certo sibi persvadent, qverelas ulteriores eatenus cessaturas. 1635. *Art.* 77.

## ARTICULUS VI.

*Super iisdem qverelis ultro complanandis iterata constitutio.*

Cum nunc etiam Sua Majestas Commissionis puncta vigore Art. 18. anni 1625. per certos DD. Commissarios pro parte Venerabilis Capituli Jaurinensis, contra Generalem Capitaneum loci ejusdem, institutae declarata, simul etiam hujus benigna Decreta, ex Inclyto Consilio bellico superinde emanata, valida esse, benigne recognoscat, per eundemqve Generalem Capitaneum observanda esse, clementer annuat; decernitur proinde: ut sicut de antiqvis ita etiam recenter per ipsum Capitaneum, sibiqve subjectos, patratis injuriis, tam ipsi Capitulo, qvam aliis qverulantibus Nobilibus ex aeqvo satisfiat, jusqve gladii, qvoad cives et subditos memorati Capituli, in eodem Oppido Jaurinensi, penes Judicem eorumdem maneat. 1638. *Art.* 20.

## ARTICULUS VII.

*Ad Complanandas easdem qverelas Episcopi Jaurinensis nova Commissio ordinatur.*

Qvod S. C. Regiaqve Majestas ad humiles instantias RR. D. Episcopi, et Venerabilis Ca-

pituli Jaurinensis, ac etiam Comitatus, Oppidiqve ejusdem nominis, se clementer resolvere, petitaeqve Commissioni, inter eosdem una, parte vero ab altera Ill. D. modernum ejusdem loci Supremum Generalem Capitaneum instituendae, benigne annuere, certosqve Commissarios suos ordinare, ac determinare dignata est, humilles agunt gratias fideles Status et Ordines Majestati Suae Sacratissimae, et pro parte sua iidem qvoqve Regnicolae pro Commissariis denominant RR. D. Benedictum Kisdy Electum Episcopum Varadiensem Ill. D. Comitem Franciscum de Nádasd, Admodum Reverendos DD. Stephanum Rohonczy Abbatem de Szalavár, et Franciscum Folnay Praepositum Castriferrei; item: Egregios Magistrum Stephanum Darás Personalis Praesentiae Regiae Protonotarium, Michaelem Majthényi de Kesselőkő, et Franciscum Botka de Széplak; supplicantes humillime Suae Majestati, ut Commissio haec qvanto ocyus adornetur, effectiveqve per hoc differentiae omnes, partes inter praenotatas sopiantur, ac Art. 18. A. 1625. realiter observetur. 1647. *Art.* 45.

## ARTICULUS VIII.

*Commissio eadem qvo citius instituatur.*

Cum Jaurinensis Commissio in Articulo 45. anni 1647. pro parte D. Episcopi, Comitatusqve, et Capituli Jaurinensis, contra D. Generalem ejusdem Praesidii Capitaneum ordinata, necdum finem, et effectum suum sortita sit; dignum proinde censent, et supplicant Suae Majestati Regnicolae, ut eam qvoqve Commissionem, ad instantiam praemissorum, et aliorum qverulantium, primo qvoqve tempore

institui, et per denominatos ibidem Commissarios, RR. D. Georgio Széchényi, in locum RR. D. Agriensis subrogato, non obstante unius, vel alterius absentia, debito fine determinari et complanari curare clementer dignetur. 1649. *Art.* 37.

## ARTICULUS IX.

*Commissio Jaurinum rursus ordinatur.*

Articulus A. C. ad 9. et 10. Anni 1608. ac Art. 23. anni 1622. de Generalibus et Capitaneis Praesidiorum Jaurinensis et Comaromiensis sanciti, renovantur, et confirmantur, ac eosdem, necdum effectuatos, accedente ad hoc benigno etiam Suae Majestatis assensu, medio infra denominatorum ex parte sui Commissariorum RR. D. Georgii Széchényi Episcopi Vesprimiensis, Ill. D. Comitis Francisci de Nádasd Judicis Curiae Regiae, Spectabilis ac Magnifici D. Caspari Szunyogh, in locum defuncti qvondam Michaelis Majthényi A. R. D. Francisci Szentgyörgyi Abbatis de Bela, in locum defuncti Stephani Rohonczy; item: Egregiorum Magistri Petri Alvinczy Palatinalis Protonotarii, pro demortuo qvondam Stephano de Darás Protonotario substitutorum, et Francisci Botka de Széplak, soluta Diaeta, intra trimestre tempus effectuandos statuunt Regnicolae. 1655. *Art.* 8.

## ARTICULUS X.

*Pro eadem terminanda iterum Commissarii nominantur.*

Cum benigna Suae Majestatis annuentia, decernunt Status: ut Commissio Jaurinensis,

in Art. 45. anni 1647. et 37. anni 1649. item Art. 8. A. 1655. ordinata, necdum tamen effectuata, tandem per Suam Majestatem debito fine terminetur; et in locum RR. D. Georgii Széchényi Episcopi Jaurinensis interessati, RR. D. Stephanus Sennyey Episcopus Vesprimiensis, in locum qvondam Gasparis Szunyogh Ill. D. Comes Nicolaus Pálffy, demum pro RR. D. Francisco Szentgyörgyi. A. R. D. Georgius Bársonyi Archidiaconus Tornensis essent substituti. 1659. *Art.* 79.

## ARTICULUS XI.

*Jaurinum nova rursus Commissio ordinatur.*

In Jaurinensi fortalitio ex vi recenter initi cum Nobilibus et Civibus ejusdem loci contractus, nomine Regalium praejudiciosae exactiones fieri consvevissent. Respectu Contractus Jaurinensis ordinata est Commissio, ut, praevia causae cognitione, justitia administretur, ad cujus effectum, penes Caesareo Regios Commissarios, a Statibus et Ordinibus sunt denominati RR. et Excellentissimus DD. Comites, Emericus Cháky Archiepiscopus Colocensis, et Stephanus Koháry Judex Curiae Regiae; item: Ill. et RR. D. Otto Joannes Bapt. Comes a Volkra Episcopus Vesprimiensis, Baro Joannes Horváth Simonchich Personalis Praesentiae Regiae in Judiciis Locumtenens et Consiliarius, et Palatinalis ac Judicis Curiae Protonotarii; item Josephus Sigray Tabulae Regiae Judiciariae Assessor, Leonardus Mórocz et Paulus Okolichányi; ea ipsis attributa facultate, ut ad normam Artic. 26. A. 1618. et 20. A. 1681. dictam causam revidere, decidere, et pro ratificatione Suae Majestati Caesareo

Regiae reportare possint, et debeant. 1715. *Art.* 43. §. 2. et 6.

## ARTICULUS XII.

*Jaurinensis Capituli, qva Domini terrestris juribus consulitur.*

Sacratissima Sua Majestate juribus Venerabilis Capituli Jaurinensis qva Domini terrestris, ad supplicem ejusdem instantiam, benigne consulente, exstructionem non tantum Fornacis lateritiae, hactenus per Officiales bellicos Jaurinenses, in grave damnum, et praejudicium attacti Capituli impeditam, sed etiam ibidem exurendarum tegularum usuationem ac aliis fiendam liberam distractionem, et qvod aliis etiam in locis, dominorum terrestrium juribus praejudicium inferri non admittet, clementissime resolvit. Praesidiaria nihilominus fornace Jaurinensi, pro reparatione duntaxat murorum ipsius Praesidii imperturbate permanente, Domuncularum porro super Cellario annotati Capituli exstructarum accomodatione, ad Commissionem, in Art. 43. expressatam, remissa. 1715. *Art.* 62. §. 2. 3. et 4.

## ARTICULUS XIII.

*Commissio Jaurinensis continuetur, et effectuetur.*

Qvia, stante praesenti Diaeta, eatenus ordinata, in praesentia DD. Commissariorum, cum concursu Statuum et Consilii bellici, ac Camerae Aulicae inchoata Commissio, finem sortiri neqvivisset; ideo Status et Ordines benignae Resolutioni Regiae insistentes, pro ejusdem, finita statim Diaeta fienda continuatio-

ne, et benignae resolutionis Regiae effectuatione supplicant. 1723. *Art.* 21.

## ARTICULUS XIV.

*De Sublatione Regalium Jaurini per Commendantes exactorum.*

Qvod ad humillimam fidelium suorum Statuum et Ordinum, intuitu abrogandorum, Jaurini et Comaromii, per Commendantes hactenus exigi solitorum Regalium, factam instantiam eadem, sic dicta Regalia et exactiones clementissime tollere, ac per id qvoqve publico paterne providere Sua Majestas Sacratissima dignata sit, iidem Status et Ordines humillimas, easqve immortales Suae Majestati Sacratissimae reponunt grates; confidentes indubie, nullo a modo imposterum sub praetextu, memoratos Commendantes, horumqve subalternos, et in officiis Successores Perceptiones qvaspiam facturos. 1729. *Art.* 3.

## ARTICULUS XV.

*De obligationibus Oppidanorum Jaurinensium erga Capitulum.*

Justum est, ut Oppidani Jaurinenses ea, qvae judicialiter determinata, et successive, per initum qvoqve contractum stabilita exstiterunt, effective qvoqve ac eousqve, donec in talismodi statu perstiterint, praestare debeant; Sacra proinde Regia Majestas, vi benignissimae Resolutionis suae, clementer disponet, ne in desumendis ejusmodi oneribus, et obligationibus Jaurinensi Capitulo militares instantiae obicem ponant. 1741. *Art.* 35.

# SECTIO IV.

## *De pecuniis Sigillaribus Ecclesiae Jaurinensis.*

1. Qvia ad Ecclesiam Jaurinensem novae pecuniae Sigillares adinventae fuisse, et pro uno qvoqve vase, vel etiam pro una Tina duodecim denarii indebite, et modo abusivo exigi dicuntur, et utrum Episcopus super talibus exactionibus aliqva jura habeat, vel non? evidenter non constat; qvare ad tollendum omne dubium statutum est: qvod Episcopus dictae Ecclesiae, jura ejusdem, si qvae habet super exactione praenotata, ad Octavas festi B. Michaelis Archangeli proxime affuturi, absqve ulteriori dilatione producere teneatur, qvibus visis, qvod justum fuerit, decernatur. 1498. *Art.* 64.

2. Super Articulo 64. de pecuniis Sigillaribus Ecclesiae Jaurinensis, deliberatum est: qvod literae ipsae, qvarum vigoribus ejusmodi pecuniae Sigillares exigi consveverunt, in Octavis primitus celebrandis, in Sede Judiciaria Regiae Majestatis producantur, ex qvarum tenoribus qvod justius videbit, decernat; alioqvin si literae ipsae in eisdem Octavis exhibitae non fuerint, viribus per omnia destitutae relinqvantur; pecuniae qvoqve ipsae postea nunqvam exigantur. 1500. *Art.* 37.

# SECTIO V.

## *Episcopi Jaurinensis Exercituatio.*

1. Pro Custodia Castri Posoniensis Episcopus Jaurinensis educat Lanceas qvinqvaginta. 1433. *Art.* 31. *Regest. Sigism.*

2. Pro Custodia arcis Posoniensis militabant isti: Episcopus Jaurinensis Lancearum 50. etc. *Ibidem in Divisione* §. 8.

3. Episcopus Jaurinensis Eqvites ducentos. 1498. *Art.* 20. §. 8.

## SECTIO VI.

### *Creditum Episcopi Jaurinensis exsolvatur.*

Creditum RR. D. Episcopi Jaurinensis, et aliorum DD. Praelatorum qvod Oratoribus in Urbem ex Bachia destinatis mutuo dederant, persolvant Thesaurarii. 1521. *Art.* 46.

## SECTIO VII.

### *Literae a Comite Salmis recipiendae consignentur Episcopo Jaurinensi.*

Cum literalia Instrumenta, factum complurium Dominorum concernentia apud Comitem a Salmis sint reposita, Domino Episcopo Jaurinensi etc. assignentur, ut his, ad qvos spectant, restituantur. 1550. *Art.* 70.

## SECTIO VIII.

### *Dignitates, qvas Episcopi Jaurinenses tenebant.*

#### ARTICULUS I.

*Episcopus Jaurinensis scribitur Loci perpetuus Comes.*

Augustinus Jaurinensis Ecclesiae Episcopus Lociqve ejusdem Comes Perpetuus. 1462.

*Cautio penes Matthiam R. de non exigenda Taxa.*

## ARTICULUS II.

*Episcopus Jaurinensis erat Summus Thesaurarius Regius.*

Urbano Electo et confirmato Jaurinensis Ecclesiae Episcopo summo Thesaurario nostro. 1486. *Concl.*

## ARTICULUS III.

*Episcopi Jaurinenses erant Cancellarii Regii.*

1. Datum per manus Reverendi in Christo Patris D. Thomae Episcopi Ecclesiae Jaurinensis, et Summi Secretarii Cancellarii nostri. 1492. *Concl.*

2. Per RR. Joannem Kuthassy Episcopum Jaurinensem et Regni Hungariae Cancellarium. 1595. *Transylv. Exord.*

## ARTICULUS IV.

*Episcopatus Jaurinensis Administrator fuit Locumtenens Regius.*

Exceptis bonis RR. D. Martini Pethe de Hethes Archiepiscopi Colocensis, Administratoris Episcopatus Jaurinensis, ac Locumtenentis Regii. 1604. *Art.* 8. §. 18.

# SECTIO IX.

*Episcopatus Jaurinensis habebat Administratores et Gubernatores.*

1. Ne causam habeant, prouti protestati sunt, Decimas D. Cardinali omnino denegare. 1569. *Art.* 35. §. 2.

2. Exceptis bonis RR. D. Martini Pethe de Hethes Archiepiscopi Golocensis et Administratoris Episcopatus Jaurinensis, ac Locumtenentis Regii. 1604. *Art.* 8. §. 18.

3. Demetrio Napragy Electo Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Archiepiscopo, eodem Administratore Jaurinensis Ecclesiae. 1608. 1609. *Concl.*

4. Exceptis bonis RR. D. Demetrii Napragy Archiepiscopi Colocensis, et Administratoris Episcopatus Jaurinensis. 1613. *Art.* 8. §. 3.

5. Joanne Püsky Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Archiepiscopo, praefato Joanne Püsky Administratore Jaurinensis Ecclesiae. 1655. *Concl.*

6. Georgio Széchényi Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Archiepiscopo; dicto Georgio Széchényi Administratore Jaurinensis Ecclesiae. 1681. *Concl.*

7. Christiano Augusto Duce Saxoniae S. R. E. Presbytero Cardinale Principe, Metropolitanae Strigoniensis Ecclesiae Archiepiscopo, praelibato Christiano Augusto Jaurinensis Ecclesiae Administratore. 1715. *Concl.*

8. Serenissimo D. Christiano Augusto Duce Saxoniae, Principe, Metropolitanae Strigoniensis Ecclesiae Archiepiscopo, Jaurinensis Administratore. 1723. *Concl.*

## SECTIO X.

*Jaurinensium Episcoporum acta personalia.*

### ARTICULUS I.

*Caverunt penes Matthiam R. de non exigenda Taxa.*

1. Augustinus Jaurinensis Ecclesiae Episcopus. Lociqve ejusdem Perpetuus Comes. 1462. *Cautionales. Exord.*

2. Demetrius Jaurinensis Ecclesiae Episcopus. 1468. *Concl.*

## ARTICULUS II.

*Theodorus interfuit Diaetae Pestiensi.*

Theodorus Jaurinensis Ecclesiae Episcopus. 1298. *Exord.* §. 3.

## ARTICULUS III.

*Franciscus reliqvit Testamentum.*

Sunt insuper testamenta, videlicet Francisci Jaurinensis, qvondam D. Thomas Strigoniensis fuit Dispositor Francisci Episcopi. 1522. *Art.* 36.

## ARTICULUS IV.

*Jaurinenses Episcopi deputabantur ad Judicia.*

1. Judiciis intersint duo Praelati, et ex Praelatis visi sunt RR. DD. Jaurinensis et Transylvaniensis moderni Episcopi. 1559. *Art.* 38. §. 2, *et* 3.

2. Ad appellationem in Partibus Cis- et Ultra-Danubianis RR. D. Nicolaus Dallos Jaurinensis Episcopus. 1625. *Art.* 51. §. 4.

3. In locum defuncti qvondam D. Episcopi Jaurinensis substituto moderno RR. D. Stephano Sennyei ejusdem loci Episcopo. 1630. *Art.* 45. §. 1.

## ARTICULUS V.

*Deputabantur ad revisionem metorum Regni.*

1. Versus Moraviam: RR. D. Jaurinensis Episcopus. 1563. *Art.* 60. §. 1.

2. Versus Austriam RR. D. Georgium Széchényi Episcopum Jaurinensem. 1662. *Art.* 37. §. 4.

## ARTICULUS VI.

*Jaurinensis Episcopus adhibitus ad Tractatum Transylvanicum.*

Per RR. DD. Joannem Kutassy Episcopum Jaurinensem, et Regni Hungariae Cancellarium etc. 1595. *Transylv. Exord.*

## ARTICULUS VII.

*Georgius Draskovich Episcopus Jaurinensis.*

### §. I.

*Deputatur ad Regnum Croatiae pro revidendis querelis.*

RR. D. Georgius Draskovich Episcopus Jaurinensis pro Praeside ejusdem Commissionis. 1638. *Art.* 52. §. 1.

### §. II.

*Idem in jura Capituli non involet.*

Qvandoqvidem Status et Ordines Regni Capitularium etiam libertatem a nemine violandam esse cupiant; itaqve decernitur: ne a modo imposterum modernus Episcopus Jaurinensis in jurisdictionem Capituli in legitimis, ac juridicis executionibus, et bonis ejusdem temporalibus se intromittere, libertatesqve convellere praesumat; mulctas, ab ipsis exigendas, propria authoritate non decernat; vacantia beneficia et Canonicatus, sub amissione Collationis et fructuum, medio tempore perceptorum

restitutione Capitulis (*Capitulo vel Capitularibus*) fienda, ultra tempus in Canonibus definitum vacare permittat, eorumdemqve fructus ac obventiones pro se non percipiat; in bonis acqvisititiis canonicorum ab intestato decedentium, nullam dispositionem habeat; Notarios eorumdem non dirigat, neqve Testamenta ipsorum mutet, vel qvidlibet aliud, in praejudicium, et derogamen jurium, ac jurisdictionem eorumdem admittere attentet; Conservatoria etiam, et Sacristias violare, literasqve, et literalia Instrumenta Regnicolarum, ibidem reposita, nec convolvere, nec discutere, multo minus asportare vel deperdere, sub amissione officii ipsius audeat. Et hoc loci renovant Art. 10. A. 1557. qvoad §. Plebanis etiam et aliis Ecclesiasticis etc. 1647. *Art.* 102.

## §. III.

*Qverelae contra eundem per Archiepiscopum Strigoniensem peremptorie revideantur.*

Qvoniam contra RR. D. Georgium Dráskovith Episcopum Jaurinensem graves admodum, per Capitulum, et Comitatus loci ejusdem, et Castriferrei, multasqve Nobiles personas, nec non Oppida et Villas Episcopatui ejusdem subjectas, et in gravaminibus Diaetalibus specificatas, Statibus et Ordinibus Regni essent porrectae qverelae, cujus excessus, ut ad exemplum aliorum reprimantur, contenti redduntur Status et Ordines Regni, ut, juxta benignam Suae Majestatis Sacratissimae Resolutionem, causa eadem ad instantiam Injuriatorum, in termino post Diaetam praefigendo, per Ill. DD. Archiepiscopum Strigoniensem, et Comitem Judicem Curiae Regiae adhibitis Ecclesia-

sticis personis, nec non Judicibus, et Tabulae Regiae Assessoribus, qvi ad manus haberi potuerint, peremptorie judicialiter revideatur, et reali etiam executioni demandetur. Ita etiam eorumdem, qvorum idem D. Episcopus domos Iaurini ademisset, neqve pretium earumdem, iisdem persolvisset. 1647. *Art.* 113.

### §. IV.

*Ejusdem pecunia convictiva ad Érsek-Ujvár muro cingendum ordinata.*

Summa qvinqvaginta millium florenorum Hung. ex pecunia RR. qvondam Georgii Draskovith Episcopi Jaurinensis judicialiter pro aedificio Érsek-Ujváriensi ordinata, promovente idipsum etiam Ill. ac RR. D. Georgio Lippay Archiepiscopo Strigoniensi, exqviratur et exigatur, pecunia illa ad Fossatum ejusdem Fortalitii expurgandum convertatur. 1655. *Art.* 40. §. 3. 4.

### §. V.

*Eadem pecunia in eumdem usum convertatur.*

Ex qvo Fortalitii Érsek-Ujváriensis Ill. D. Archiepiscopi Strigoniensis singulari in patriam zelo et amore paulo post muro cingendi Fossatum terra oppletum, non exiguum eidem fortalitio minatur periculum, ob hoc cum consensu Suae Majestatis ordinatum est, ut summa pecuniaria Draskovithiana qvinqvaginta millium florenorum Hungaricalium, penes Cameram Suae Majestatis Aulicam haerens, alias pro aedificio Érsek-Ujváriensi ordinata, ad expurgandum idem Fossatum per dictam Cameram, sine lon-

giori mora exoluta, ad dispositionem dicti D. Archiepiscopi assignetur, in praemissum usum fideliter eroganda. 1659. *Art.* 5.

### §. VI.

*Comitissa Francisca a Kanin de convictiva pecunia Draskovithiana absolvitur.*

Ex qvo Ill. D. Comitissa Francisca Kanin de Belassy Ill. qvondam D. Comitis Pauli Pálffy, alias Regni Hungariae Palatini Relicta vidua, de totali illa summa pecuniaria, qvae ex convictione olim RR. D. Georgii Draskovith Episcopi Iaurinensis provenerat, vigore Art. 40. A. 1655. sufficientem rationem dedisset, omnesqve literas, et literalia Instrumenta, eandem convictionem concernentia, manibus Ill. D. Comitis Francisci Vesselényi Regni Hungariae Palatini plenarie, et defectu absqve omni resignasset; ob hoc eadem D. Comitissa, heredesqve ipsius ab omni ulteriori ejusdem convictionis impetitione, praesenti Articulo, absolvuntur, et immunes redduntur. 1659. *Art.* 122.

### §. VII.

*Summa Draskovithiana ad dispositionem Archiepiscopi Strigoniensis in Praesidia convertatur.*

Qvod Sua Sacratissima Majestas ad fortificationem Praesidii Ujváriensis, et Fossati ejusdem expurgationem, ex summa Draskovithiana continuandam, notabilem pecuniae summam hactenus impenderit, ac de facto in fortificationem Praesidii Szendrö impendi benigne curet, ac deinceps qvoqve residuitatem ejusdem summae, inito justo Calculo, ex Camera

mera Aulica exsolvendam, juxta tenorem Art. 5. 1659. iterum dispositioni D. Archiepiscopi Strigoniensis, erogationi vero unius bene possessionati, ac industrii Hungari Nobilis, per ipsum D. Archiepiscopum eligendi, sub ratione per ipsum danda, concredere dignata est, eam qvoqve Suae Majestatis benignam resolutionem grata acceptant memoria. 1662. *Art.* 21.

## ARTICULUS VIII.

*Qverelae Sabariensium et aliorum contra Georgium Széchényi Episcopum Jaurinensem complanentur.*

Ex qvo Sabarienses, ac Incolae Possessionis de Bagyogh, prout et Nobiles Sedis de Vecse, se nimium ab Ill. ac RR. D. Georgio Széchényi Archiepiscopo Colocensi, qva Episcopo Jaurinensi, contra antiqva Privilegia et indulta ipsorum aggravatos, inqve pacifico eorumdem usu impeditos qverularentur; ideo causae eaedem per D. Comitem Palatinum adhibitis ad id Tabulae Regiae Judiciariae juratis Assessoribus, jure extraordinario, proxime celebrando, judicialiter revidendae, ac secundum Deum, et ejus justitiam, ex producendis annotatarum Partium Privilegiis, ac documentis finaliter determinandae decernuntur. Non absimiliter differentia Meszlényiensium Nobilium, pariter contra antiqua eorumdem, uti qverularentur, Regia Privilegia injuriatorum, ex fundamento Privilegiorum eorumdem, ac ab utrinqve producendorum documentorum, eodem jure praetacto extraordinario revidenda, et concludenda statuitur. Interim vero nec idem D. Episcopus, nec Successores sui, eos-

dem praefatos qverulantes contra ipsorum Privilegia et indulta, usumqve eorum, molestet, turbet, aut qvoqvo modo impediat amodo imposterum sub poena centum florenorum, toties, qvoties iisdem privilegiis, usuiqve eorumdem persaepe fatum D. Episcopum, contraventum fuisse, compertum fuerit, de bonis illius aut ejusdem successorum acqvisititiis, ex parte qvidem mentionatorum Sabariensium, ut Bagyoghiensium per D. Comitem Palatinum, velut Causae Judicem in eodem jure extraordinario: ex parte vero toties fatorum Nobilium Meszlényiensium, ac Sedis de Vecse, per Vice Comites sub poena violentiae, aeqve toties, qvoties, comperta rei veritate ex bonis, ea, praefertur, modalitate, adjudicanda, et desumenda statuitur. 1681. *Art.* 54.

## ARTICULUS IX.

*Idem deputatur pro Exactore Rationum mediae Tricesimae.*

Pro Exactoribus earumdem Rationum D. Episcopum Jaurinensem etc. denominant. 1662. *Art.* 26.

## ARTICULUS X.

*Episcopus Jaurinensis deputatur ad tractandum cum Austriacis de eductione vinorum Hungaricorum.*

Pro qvo etiam tractata insinuando, proseqvendo, et terminando Status ac Ordines Regni ex parte Sua RR. DD. Jaurinensem et Vesprimiensem Episcopos etc. pro Commissariis denominant. 1662. *Art.* 42. §. 1.

## ARTICULUS XI.

*Episcopus Jaurinensis, qva interessatus emanet ex Commissione Jaurinensi.*

In locum RR. D. Georgii Széchényi Episcopi Jaurinensis interessati, RR. D. Stephanus Sennyey Episcopus Vesprimiensis. 1659. *Art.* 79. §. 1.

## ARTICULUS XII.

*Deputatio gratuitorum laborum ex Bonis Episcopi Jaurinensis.*

1. Exceptis bonis RR. D. Martini Pethe de Hethes Archiepiscopi Colocensis, et Administratoris Episcopatus Jaurinensis ac Locumtenentis Regii in dicto Soproniensi, et Castriferrei Comitatibus sitis, qvae ad arcem ipsius Keszö vocatam, deputata sunt. 1604. *Art.* 8. §. 18.

2. Exceptis bonis RR. D. Demetrii Náprágy Archiepiscopi Colocensis et Administratoris Episcopatus Jaurinensis, qvae ad arcem ejus Keszö ordinata sunt. 1613. *Art.* 8. §. 3. 1618. *Art.* 49. §. 3.

3. Exceptis Oppidis Város Keszö, et Egyházas Keszö, qvae ad Arcem RR. Valentini Lépes Archiepiscopi Colocensis et Episcopi Jaurinensis, Keszö vocatam relinqvuntur. 1622. *Art.* 36. §. 24.

4. Exceptis Oppidis Város Keszö, et Egyházas Keszö, qvae ad Arcem RR. D. Stephani Sennyey Episcopi Jaurinensis, Keszö vocatam, relinqvuntur. 1630. *Art.* 3. §. 5.

5. Medietas bonorum, D. Episcopi Jaurinensis ad arcem Keszö pertinentium, qvae

licet Art. 3. A. 1630. excepta fuissent, pro praesenti tamen ingruente necessitate dimidietas eorumdem bonorum ad praedictum Papa applicata est usqve ad futuram Diaetam. 1635. *Art.* 92. §. 23.

## ARTICULUS XIII.

*Episcopus Jaurinensis concurrit pro Academia Ludovicaea.*

Josephus Vilt Episcopus Jaurinensis obtulit 3000 fl. 1808. *Art.* 7.

## ARTICULUS XIV.

*Series decretalis Episcoporum Jaurinensium.*

Cosmus. 1222. 31. Theodorus. 1298. *Ex-ord.* §. 3. Colomanus. 1351. Guillelmus. 1384. Joannes. 1405. I. Clemens. 1435. II. Augustinus. 1464. Demetrius. 1468. Urbanus. 1486. Thomas. 1492. Franciscus. 1495. 1498. 1500. 1504. 1522. 36. Joannes Gozthan. 1514. Joannes Kuthassy. 1595. Transylv. Martinus Pethe. 1604. 8. Demetrius Napragy. 1608. 1609. Valentinus Lépes. 1622. 36. Nicolaus Dallos. 1625. 51. Stephanus Sennyey. 1630. 3. Georgius Draskovith. 1638. 52. 1647. 45. 113. 102. 1649. 1655. 40. 1659. 5. Joannes Püsky. 1655. Georgius Széchényi, 1659. 79. 1662. 18. 26. 37. 42. 1681. 54. Leopoldus a Kollonich. 1687. Christianus Dux Saxoniae. 1715. 1723. C. Phil. Lud. a Sintzendorff. 1729. Adolphus a S. Georgio. 1741. Franciscus Zichy. 1751. 1765. Josephus Fengler. 1791. 1792. 1796. Vacat. 1802. 1805. Josephus Vilt. 1807. 1808. 1811. In Conclusionibus.

## TITULUS X.

### *De Episcopo Graeci Ritus Catholico Munkachiensi.*

Andrea Bachinszky Graeci Ritus Catholicorum Munkachiensis Ecclesiae Episcopo. 1791. 1792. 1796. 1802. 1805. 1807. 1808. ubiqve in conclusione. Vacat. 1811. *Concl.*

## TITULUS XI.

### *De Episcopo Neosoliensi.*

Comes Franciscus Berchthold Neosoliensis Ecclesiae Episcopus. 1791. 1792. *Concl.* Vacat. 1796. *Concl.* Gabriel Zerdahelyi. 1802. 1805. 1707. 1808. 1811. *ubique Concl.*

## TITULUS XII.

### *De Episcopo Nitriensi.*

## SECTIO I.

### *Episcopi Nitrienses varias Dignitates gerebant.*

#### ARTICULUS I.

*Erant Cancellarii Aulae, et scribebantur Loci ejusdem Perpetui Comites.*

1. Franciscus Forgach de Ghymes Nitriensis Ecclesiae Episcopus, Lociqve ejusdem Comes Perpetuus, et per Regnum Hungariae Cancellarius. 1606. *Lit. Hung. Bohemis datae.*

2. Datum per manus fidelis nostri, nobis dilecti Reverendi Valentini Lépes, Electi Episcopi Nitriensis, Lociqve ejusdem Comitis Perpetui, Consiliarii, et Aulae nostrae Cancellarii. 1608. *Concl.* 1609. *Concl.*

3. Ad rectificationem Metarum circa Moraviam Commissarii nominantur: RR. D. Georgius Szelepchényi Episcopus Nitriensis, et Aulae Suae Majestatis Cancellarius. 1649. *Art.* 27. §. 1.

4. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti RR. in Christo Patris D. Georgii Szelepchényi, Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Archiepiscopi, Administratoris Episcopatus Nitriensis, Locorumqve eorumdem Comitis Perpetui et per Hungariam Aulae nostrae Cancellarii etc. 1659. *Concl.*

5. Ad rectificationem metarum versus Moraviam Ill. ac RR. D. Georgium Szelepehényi Archiepiscopum Colocensem, Episcopum Nitriensem, et Comitatus Nitriensis Supremum Comitem ac S. C. et Regiae Majestatis per Hungariam Aulae Cancellarium. 1662. *Art.* 37. §. 7.

6. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti RR. in Christo Patris D. Georgii Szelepchényi, Colocensis, et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Electi Archiepiscopi, Administratoris Episcopatus Nitriensis, Locorumqve, et Comitatuum eorumdem Supremi, ac Perpetui Comitis, Consiliarii nostri Intimi, et per Hungariam Aulae nostrae Cancellarii. 1662. *Concl.*

7. Pro Rectificatione metarum Regni circa Moraviam: RR. D. Joannes Gubasóczy Epi

scopus Nitriensis, et per Hungariam Aulae Cancellarius. 1681. *Art.* 22. §. 2.

8. Datum per manus fidelis nostri, nobis dilecti R. Petri Korompay Episcopi Nitriensis, Lociqve, ac Comitatus ejusdem supremi, et Perpetui Comitis, Consiliarii nostri, et per Hungariam Aulae nostrae Cancellarii. 1687. *Concl.*

9. Pro limitibus Regni definiendis versus Austriam: Exc. ac Ill. D. Comes Emericus Eszterházy de Galantha Episcopus Nitriensis I. Comitatus nominis ejusdem Perpetuus Supremus Comes. 1751. *Art.* 26.

## ARTICULUS II.

*Episcopus Nitriensis fuit Thesaurarius contributionis.*

Ordines et Status communibus votis elegerunt Thesaurarios; alterum ex ordine DD. Praelatorum RR. D. Episcopum Nitriensem, cui D. scilicet Episcopo Nitriensi ad qvinqvaginta Eqvites per tres florenos, atqve insuper sexaginta florenos in singulos menses pro mensa sua ordo est constitutus. 1547. *Art.* 9.

## ARTICULUS III.

*Episcopus Nitriensis fuit Locumtenens Praesentiae Regiae.*

Stephano Nitriensis Ecclesiae Episcopo, Praesentiae nostrae Locumtenente. 1508. *Dipl. Inaug.*

# SECTIO II.

## *Episcopi Nitrienses deputabantur ad varias Commissiones Regnicolares.*

### ARTICULUS I.

*Denominabantur ad Judicia appellationum.*

1. Ad Judicia appellationum, in Partibus Regni Cis- et Ultradanubianis, penes D. Palatinum RR. D. Valentinus Lépes Nitriensis Episcopus etc. 1609. *Art.* 70. §. 5.

2. Ad appellationem penes D. Comitem Palatinum in Partibus superioribus RR. D. Joannes Telegdy Nitriensis Episcopus. 1622. *Art.* 43. §. 4.

3. Ad Partes Regni Cis- et Ultradanubianas in appellationibus penes D. Comitem Palatinum: RR. D. Joannes Püsky Nitriensis Episcopus. 1647. *Art.* 103. §. 2.

4. In Partibus Cis- et Ultradanubianis in appellationibus penes D. Comitem Palatinum RR. D. Georgium Szelepchényi Nitriensem Episcopum. 1655. *Art.* 51. §. 3.

### ARTICULUS II.

*Episcopus Nitriensis nominatur pro recipiendis bonis ad Austriam possessis.*

Nominant RR. D. Joannem Telegdy Episcopum Nitriensem. 1622. *Art.* 63. §. 2.

### ARTICULUS III.

*Nominabantur ad Commissiones limitaneas.*

1. Circa Silesiam et Moraviam: RR. D. Joannes Püsky Episcopus Nitriensis. 1647. *Art.* 70. §. 2.

2. Pro parte Regni et Sacrae Coronae RR. D. Georgium Szelepchényi Episcopum Nitriensem, et Aulae Suae Majestatis Cancellarium ordinant. 1649. *Art.* 27. §. 1.

3. Versus Moraviam; Ill. ac RR. D. Georgium Szelepchényi Archiepiscopum Colocensem, Episcopum Nitriensem, et Comitatus Nitriensis Supremum Comitem, ac S. C. et Regiae Majestatis per Hungariam Aulae Cancellarium. 1662. Art. 37. §. 7.

4. Circa Moraviam inter Dominia Holics ad Hodonyin; Szakolcza et Berencs ad Strasnicza, prouti et Beczko, Trenchin, Bitse, Lédnicze ac Besztercze: RR. D. Joannes Gubasóczy Episcopus Nitriensis, et per Hungariam Aulae Cancellarius. 1681. *Art.* 23. §. 2.

5. Circa Austriam, qvorsum spectabit et Controversia inter bona Köpcsin, et Farkasfalva recenter exorta: Episcopus Nitriensis D. Comes Ladislaus Adamus Erdödy. 1715. *Art.* 39. §. 1.

6. Circa Austriam: Exc. ac Ill. D. Episcopus Nitriensis Comes Ladislaus Adamus Erdödy. 1723. Art. 17. §. 2.

7. Versus Austriam Exc. ac Ill. D. Comes Emericus Eszterhazy de Galentha, Episcopus Nitriensis I. Comitatus nominis ejusdem Perpetuus Supremus Comes, et S. C. Regiae Majestatis Consiliarius Actualis Intimus. 1751. *Art.* 26.

8. Versus Austriam: Franciscus Xav. Fuchs Episcopus Nitriensis. 1791. *Art.* 68.

9. Ad Szakolczam delecti sunt DD. Episcopi Vesprimiensis et Nitriensis. 1550. Art. 42.

10. Pro rectificatione Polonicarum metarum nominantur RR. D. Petrus Radoevich Ele-

otus Episcopus Vaciensis, aut Nitriensis. 1599. *Art.* 44. §. 1.

## ARTICULUS IV.

*Episcopi Nitrienses deputabantur ad tollenda telonia superflua.*

1. In Partibus Regni Cis-Danubianis RR. D. Joannes Püsky Episcopus Nitriensis. 1647. *Art.* 91. §. 4.

2. In Partibus Cis-Danubianis RR. D. Georgius Szelepchényi Episcopus Nitriensis. 1655. Art. 29. §. 2.

## ARTICULUS V.

*Episcopus Nitriensis deputatus ad redimenda XIII. Oppida Scepusiensia.*

In eum finem D. Georgium Szelepehényi Episcopum Nitriensem pro Nuncio denominant. 1649. Art. 28. §. 1.

## ARTICULUS VI.

*Episcopus Nitriensis deputatur ad Commissionem Neo acqvisticam.*

Posonii, pro Assistente Comes Ladislaus Adamus Erdődy Episcopus Nitriensis. 1715. *Art.* 10. §. 3.

## ARTICULUS VII.

*Episcopus Nitriensis deputatus ad emendationem legum.*

Status et Ordines concluserunt infra nominatos, veluti integros, jurium et Rerum pa-

triarum peritos viros seligi, utpote DD. Comitem Ladislaum Adamum Erdödy Episcopum Nitriensem etc. qvibus legum, Judiciorumqve emendandorum cura committitur. 1715. *Art.* 24.

## ARTICULUS VIII.

*Episcopus Nitriensis nominatur pro Exactore Rationum.*

Ad qvam executionem nominantur pro Comitatibus Cisdanubianis; RR. D. Episcopus Nitriensis. 1597. *Art.* 11. §. 2. 3.

# SECTIO III.

## *Episcopatus Nitriensis habebat etiam Administratores.*

1. Johanne Thelegdy Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Electo Archiepiscopo; praefato Johanne Thelegdy Administratore Nitriensis Ecclesiae. 1625. *Concl.* 1630. *Concl.* 1635. *Concl.* 1638. *Concl.*

2. Datum per manus fidelis nostri, nobis sincere dilecti RR. in Christo Patris, D. Georgii Szelepchényi, Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Archiepiscopi, Administratoris Episcopatus Nitriensis etc. 1659. *Concl.* 1662. *Concl.*

# SECTIO IV.

## *Episcopi Nitriensis Exercituatio.*

1. Episcopus Nitriensis Eqvites qvinqvaginta. 1498. *Art.* 20. §. 13.

2. Ante omnia Majestas Regia Raytherones et diffidatores Regnorum suorum Moraviae

congregatos per DD. Comitem Scepusiensem, Episcopum Nitriensem etc. exterminari, et debellari faciat. 1518. *Toln.* 7.

## SECTIO V.

### *Ex bonis Episcopi Nitriensis deputati gratuiti labores.*

1. Bona D. Episcopi Nitriensis ad munitionem Arcis et Civitatis Nitriensis operas praestent. 1556. *Art.* 14.

2. Exceptis bonis Episcopatus Nitriensis, qvorum coloni ad Arcis Nitriensis reparationem adhibeantur. 1578. *Art.* 27. §. 20.

3. Comitatus Nitriensis qvartus Processus, cum bonis ad Episcopatum Nitriensem pertinentibus pro aedificatione superioris Oppidi Nitriensis deputatur. 1647. *Art.* 153. §. 8.

## SECTIO VI.

### *Consiliarii experiantur, cur Praepositura Demesiensis Episcopatui Nitriensi unita sit.*

De Praepositura Dömösiensi DD. Consiliarii et Assessores experiantur, qvibus de causis Episcopatui Nitriensi unita sit, et qvod pro laude Dei, et Ecclesiae illius decore, melius et honestius, ac utilius faciendum videbitur, determinent. 1518. *Bach. Art.* 17.

## SECTIO VII.

### *Decisio Controversiae Episcopi Nitriensis et Comitatus Trenchiniensis ratione Decimarum vigentis dilata.*

Controversiae de Decimis inter Comitatum Trinchiniensem, et D. Episcopum Nitriensem

ortae definitio rejicitur ad pacatiora tempora. Interim idem D. Episcopus a prosecutione causae, contra ipsum Comitatum motae, supersedeat. De qvo tamen Majestas Sua Caesarea ulterius cum Consiliariis suis Hungaricis benigne decernere, ac postmodum se clementer resolvere statuit. 1599. *Art.* 43.

## SECTIO VIII.

### *Episcopi Nitriensis Possessionis Dobrasow controversia metalis cum Possessione Baboth, complanetur.*

Ad praecavendas graves ratione metarum disconvenientias, qvae inter Possessionem Dobrasow, Episcopatus Nitriensis ab una, parte vero ab altera possessionem Baboth, DD. Comitum Gabrielis et Georgii Illésházy vigerent, et ulterius serperent, admittunt Status et Ordines, ut Controversia illa juxta Art. 20. A. 1635. primo qvoqve tempore, ac peremptorie determinari debeat; et pro meliori causae illius decisione utraqve pars extra personas, a Comitatu exmittendas, ex aliis etiam Regni Partibus certos DD. Praelatos, Barones et Nobiles juris patrii gnaros, ad discussionem illius causae, aeqvali numero pro Assessoribus adhibere possit. 1649. Art. 88.

## SECTIO IX.

### *Series decretalis Episcoporum Nitriensium.*

Vincentius. 1222. 31. Stephanus. 1351. Fr. Dominicus. 1384. Petrus. 1405. I. Georgius.

1435. II. Thomas. 1464. Fr. Gregorius. 1486. Anthonius. 1492. 1495. 1498. 1500. Sigismundus Thurzo. 1504. Stephanus de Podmanin. 1514. Franciscus Forgach. 1606. Lit. Hung. Bohemis datae. 1608. 1609. 70. 1618. 64. Joannes Telegdy. 1622. 43. 62. 1625. 1630. 1635. 1638. Joannes Püsky. 1647. 70. 91. 103. Georgius Szelepchényi. 1649. 27. 28. 1655. 29. 51. 1659. 1662. 37. Joannes Gubasoczy. 1681. 23. Petrus Korompay. 1687. C. Ladislaus Adam. Erdödy. 1715. 10. 24. 39. 1723. 17. 1729. C. Emericus Eszterházy. 1741. 1751. 26. Joannes Gusztinyi. 1765. Franciscus Xav. Fuchs. 1791. 68. 1792. 1796, 1802. Vacat. 1805. 1807. Josephus Kluch. 1808. 1811.

## SECTIO X.

*Episcopus Nitriensis concurrit ad Academiam Ludovicaeam.*

Josephus Kluch Episcopus Nitriensis obtulit 3000 fl. 1808. *Art.* 7.

# TITULUS XIII.

*De Episcopo Qvinqve Ecclesiensi.*

## SECTIO I.

*Exercituatio Episcopi Qvinqve Ecclesiensis.*

1. Ad Wzura: Episcopus Qvinqve Ecclesiensis Banderium. 1433. *Sigism. Regest.* Art. 29. §. 3.

2. Episcopus Qvinqve Ecclesiensis Banderium unum ad Partes Uzurae. *Ibidem in Repart.* §. 3.

3. Episcopus Qvinqve Ecclesiensis Bauderium unum. 1498. Art. 20. §. 5.

## SECTIO II.

### *Gratuiti labores ex bonis Episcopi Qvinqve Ecclesiensis deputati.*

Ad Egerszegh Districtus Qvinqve Ecclesiensis una cum bonis Episcopatus ejusdem. 1681. *Art.* 7. §. 18.

## SECTIO III.

### *Inter Episcopum Qvinqve Ecclesiensem et Abbatem Péchvaradiensem intuitu Decimarum administretur justitia.*

Causa et Controversia illa, qvae inter Abbatem Péchvaradiensem una, nec non Episcopum Qvinqve Ecclesiensem ab altera Partibus, occasione bonorum et Decimarum, ad Abbatiam Péchvaradiensem praetensive tentorum, et tempore Statutionis, contradictione interposita non obstante, apprehensorum vigeret, remittitur ad Commissionem Articulo 10. ordinatam, vel ea non exspectata, ad Judices etiam Ordinarios ibidem denominatos aut alterutrum eorum, jure extraordinario, secundum tenorem Articulorum 22. Matthiae Regis Decreti VI. item 59. Wladislai Decreti I. et 130. A. 1647. decidenda, et exeqvenda. 1715. *Art.* 58.

## SECTIO IV.

### *Episcopi Qvinqve Ecclesienses in Comitiis.*

1. Qvinqve Ecclesiensis Paulus per Procuratores suos solempnes. 1298. *Exord.* §. 3.

2. Georgio Qvinqve Ecclesiensi Episcopo Secretario Cancellario nostro. 1508. *Dipl. Inaug. Concl.*

3. Georgius Qvinqve Ecclesiensis Episcopus. 1518. *Festi Georgii.*

## SECTIO V.

### *Qvinqve Ecclesiensis Episcopus cavet penes Matthiam R.*

Johannes Qvinqve Ecclesiensis Episcopus. 1462. *Cautionales.* 1468. *Concl.* 1470. *Concl.*

## SECTIO VI.

### *Qvinqve Ecclesiensis Episcopus deputatur ad Consilium Regis.*

Ut omnia praemissa robur sortiantur firmitatis, RR. DD. Qvinqve Ecclesiensis Ecclesiae Episcopus etc. apud Regiam Majestatem jurati maneant, et in Consilio Regio, et in judiciis decernendis sibi assistant. 1518. *Bach. Art.* 40.

## SECTIO VII.

### *Episcopi Qvinqve Ecclesiensis Testamentum revideatur.*

Sunt insuper aliorum Praelatorum testamenta, videlicet qvondam Sigismundi Qvinqve

qve Ecclesiensis etc. viderentur esse intelligenda. 1521. *Art.* 36.

## SECTIO VIII.

### *Qvinqve Ecclesiensis Episcopatus Gubernator Cardinalis praeponitur Archiepiscopo Strigoniensi.*

Venerabilibus in Christo Patribus et DD. Valentino Tituli S. Sabinae Sacro sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali, et Ecclesiae Qvinqve Ecclesiensis Gubernatore, Joanne Strigoniense etc. 1405. *I. Concl.*

## SECTIO IX.

### *Episcopi Qvinqve Ecclesienses gesserunt munus Cancellarii Regii.*

1. Georgio Qvinqve Ecclesiensi Episcopo Secretario Cancellario nostro. 1508. *Dipl. Inaug. Concl.*

2. Georgio Qvinqve Ecclesiensis Ecclesiae Episcopo Secretario Cancellario nostro. 1514. *Concl.*

## SECTIO X.

### *Episcopi Qvinqve Ecclesienses ad Commissiones Regnicolares deputabantur.*

#### ARTICULUS I.

*Ad Commissiones limitaneas.*

1. Ad Scepusium in montem S. Martini ad primum diem mensis Maji proxime futuri delecti sunt DD. Episcopi Qvinqve Ecclesiensis etc. 1550. *Art.* 41.

O o

2. Pro cognitione metarum, qvae sunt inter Moravos, ac fideles Regnicolas Hungaros Suae Majestatis nominantur: RR. D. Nicolaus Telegdinus Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. 1582. *Art.* 6. §. 3.

3. Pro ea Commissione, qvae est inter Moravos ac fideles Regnicolas Hungaros, nominantur RR. D. Joannes Kutassy Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. 1588. *Art.* 33. §. 2.

4. Pro metarum Polonicarum et Silesiacarum, ac XIII. Oppidorum, et Villarum ad Arcem Lublyo pertinentium rectificatione nominantur RR. DD. Georgius Zalathnoky Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. 1604. *Art.* 15. §. 3.

5. In locum Georgii Zalathnoky Joannes Pyber Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. 1613. *Art.* 26. §. 1.

6. Circa Moraviam: RR. D. Paulus Dávid Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. 1625. *Art.* 23. §. 3.

7. Circa Styriam et Carnioliam: RR. D. Benedictum Vinkovich Episcopum Qvinqve Ecclesiensem. 1635. *Art.* 58.

8. Circa Poloniam: RR. D. Joannes Cheh Electus Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. 1638. *Art.* 37. §. 1.

9. Versus Transylvaniam ad Commissionem peragendam denominantur RR. D. Joannes Cheh Electus Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. 1638. *Art.* 41. §. 1.

10. Ex parte metarum Circa Silesiam: RR. D. Paulus Hoffmann Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. 1655. *Art.* 30. §. 5.

11. Circa Styriam: RR. D. Paulus Széchényi Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. 1681. *Art.* 23. §. 4.

## ARTICULUS II.

*Episcopi Qvinqve Ecclesienses deputabantur ad Judicia.*

1. In Sclavonia Judicia publica bis in anno in Civitate Zagrabiensi Montis Graecensis celebrentur, qvibus intersit D. Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. 1572. *II. Art.* 7.

2. In appellationibus penes RR. D. Locumtenentem Suae Majestatis: nominantur Praelati RR. DD. Episcopi Nicolaus Telegdinus Qvinqve Ecclesiensis. etc. 1582. *Art.* 4. §. 6.

3. In appellationibus penes RR. D. Locumtenentem: RR. DD. Episcopi Joannes Kuthassy Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. 1588. *Art.* 30. §. 8.

4. Pro Partibus Superioribus erunt: RR. DD. Georgius Zalathnoky Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. 1601. *Art.* 34. §. 1.

5. In Partibus Superioribus ad appellationem: RR. DD. Petrus Domitrovich Qvinqve Ecclesiensis Episcopus. 1609. *Art.* 70. §. 8.

6. Nominantur in Partibus Regni Superioribus, ad appellationem penes D. Palatinum: RR. DD. Joannes Pyber Qvinqve Ecclesiensis Episcopus etc. 1618. *Art.* 64. §. 2.

7. In Partibus Superioribus ad appellationem penes D. Comitem Palatinum RR. DD. Thomas Balásfy Qvinqve Ecclesiensis Episcopus. 1622. *Art.* 43. §. 4.

8. Ad appellationem penes Ill. D. Comitem Palatinum pro Partibus Regni Superioribus pro Praelatis RR. DD. Paulus Dávid Qvinqve Ecclesiensis Episcopus. 1625. *Art.* 51. §. 4.

9. Ad Partes Regni Cis- et Ultra-Danubianas, in appellationibus penes D. Comitem Pa-

latinum: RR. DD. Georgius Széchényi Episcopus Qvinqve Ecclesiensis etc. 1647. *Art.* 103. §. 2.

## ARTICULUS III.

*Episcopi Qvinqve Ecclesienses deputabantur ad exigendas Rationes.*

1. Pro Superioribus Regni Partibus nominantur: RR. D. Georgius Zalathnoky Episcopus Qvinqve Ecclesiensis. 1601. *Art.* 7. §. 2.
2. Pro Superiore Hungaria RR. D. Qvinqve Ecclesiensis. 1603. *Art.* 4. §. 2.
3. RR. Georgius Széchényi Qvinqve Ecclesiensis Episcopus. 1647. *Art.* 151. §. 1.

## ARTICULUS IV.

*Episcopi Qvinqve Ecclesienses deputabantur ad Commissionem restitutionis Valachorum.*

1. Status et Ordines nominant Ill. ac RR. D. Joannem Telegdy Archiepiscopum Colocensem, vel RR. D. Georgium Draskovich Episcopum Qvinqve Ecclesiensem. 1630. *Art.* 24.
2. Ex parte Regni et S. Coronae RR. D. Paulus Hoffmann Electus Episcopus Qvinqve Ecclesiensis pro Praeside denominatur. 1655. *Art.* 66. §. 3.

## ARTICULUS V.

*Episcopus Qvinqve Ecclesiensis Orator ad Comitia Imperialia pro Subsidio Confiniorum nominatus.*

1. Pro commodiori exsolvendorum militum Confiniariorum subsidio implorando, ad imminentia S. R. I. Comitia denominantur pro Oratoribus, et ablegantur RR. D. Paulus Hoffmann Episcopus Qvinqve Ecclesiensis etc. 1655. *Art.* 17.

## ARTICULUS VI.

*Episcopus Qvinqve Ecclesiensis concurrit pro Academia Ludovicaea.*

Josephus Király Episcopus Qvinqve Ecclesiensis obtulit 2000. fl. 1808. *Art.* 7.

## SECTIO XI.

### *Series decretalis Episcoporum Qvinqve Ecclesiensium.*

Bartholomaeus. 1222. 31. Paulus 1298. *Exord.* §. 3. Nicolaus. 1351. Valentinus. 1384. Cardinalis Valentinus. 1405. *I.* Emericus. 1435. *II.* Joannes. 1464. 70. Sigismundus. 1486. 1492. 1495. 1598. 1500. 1504. Georgius 1514. 1519. 27. 1522. 36. Nicolaus Telegdinus. 1582. 4. 5. 6. Joannes Kutassy. 1588. 30. 33. Georgius Zalathnoky. 1601. 7. 34. 1603. 4. 1604. 15. Petrus Domitrovich. 1608. 1609. 70. Joannes Pyber. 1613. 26. 1618. 64. Thomas Balásffy. 1622. 43. Paulus Dávid. 1625. 23. 51. Georgius Draskovith. 1630. 24. Benedictus Vinkovich. 1635. 58. Joannes Cheh. 1638. 37. 41. Georgius Széchényi. 1647. 103. 151. Paulus Hoffmann. 1649. 1655. 17. 30. 66. Fr. Joannes Salix. 1659. 1662. Paulus Széchényi. 1681. 23. Matthias Radonay. 1687. Franc. Wilh. a Neszelrodt. 1715. 1723. 1729. Sigismundus Berényi. 1741. Georgius Klimo. 1751. 1765. C. Paulus Eszterházy. 1791. 1792. 1796. Vacat. 1802. 1805. Josephus Király. 1807. 1808. 1811.

## TITULUS XIV.

### *De Episcopo Rosnaviensi.*

Barone Antonio Andrásy Ecclesiae Rosnaviensis Episcopo. 1791. 1792. 1796. Francisco

Szányi. 1802. 1805. 1807. 1808. *Conclus.* Obtulit pro Academia Ludovicaea. 1000. fl. 1808. *Art.* 7. Comes Ladislaus Eszterházy de Galantha. 1811. *Concl.*

# TITULUS XV.

## *De Episcopo Sabariensi.*

## SECTIO I.

### *Episcopi Sabarienses.*

1. Joanne Szily Sabariensis Ecclesiae Episcopo. 1791. 1792. 1796. *Concl.*

2. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinale, et S. R. I. Comite Francisco Hrzan de Harras Sabariensis Ecclesiae Episcopo. 1802. *Concl.*

3. Leopoldo Somogyi de Perlak Sabariensis Ecclesiae Episcopo. 1807. 1808. 1811. *Concl.*

## SECTIO II.

### *Sabarienses Episcopi ad Commissiones limitaneas deputati.*

1. Versus Styriam: Joannes Szily de Felső-Szopor, Episcopus Sabariensis. 1791. *Art.* 68.

2. Versus Styriam: S. R. E. Presbyter Cardinalis e Comitibus Hrzan de Harras Episcopus Sabariensis, S. C. R. Maj. Actualis Intimus Status Consiliarius. 1802. *Art.* 26.

3. Versus Styriam: Leopoldus Somogyi de Perlak Episcopus Sabariensis, Praepositus SS. Salvatoris de Papócz et Cathedralis Ecclesiae Jaurinensis Canonicus. 1807. *Art.* 31.

## SECTIO III.

*Æpiscopus Sabariensis concurrit pro Academia Ludovicaea.*

Leopoldus Somogyi de Perlak Episcopus Sabariensis, obtulit 1000. fl. 1808. *Art.* 7.

# TITULUS XVI.

*De Scepusiensi Æpiscopo.*

## SECTIO I.

*Æpiscopi Scepusienses.*

1. Joanne e Comitibus de Réva Scepusiensis Ecclesiae Episcopo. 1791. 1792. 1796. 1802. 1805. *Concl.*

2. Michaele L. B. Scepusiensis Ecclesiae Episcopo. 1808. 1811. *Concl.* Idem

3. Baro Michael Brigido Actualis Intimus Status Consiliarius Episcopus Scepusiensis obtulit pro Academia Ludovicaea 5000. fl. 1808. *Art.* 7.

## SECTIO II.

*Scepusiensis Æpiscopus ad Commissionem limitaneam deputatus.*

Versus Galliciam: Comes Joannes Révay Perpetuus in Szklabina et Blatnicza Episcopus Scepusiensis, Comitatus Turócziensis Perpetuus Comes. 1791. *Art.* 68.

# TITULUS XVII.

## *De Episcopis Segniensibus et Modrusiensibus.*

## SECTIO. I.

### *Series Episcoporum Segniensium, e Decretis eruta.*

Thomas. 1384. *Concl.* Vacat. 1405. *I. Concl.* Joannes de Dominis. 1435. *II. Concl.* Vacat. 1464. *Concl.* Miachael. 1495. 1498. *Concl.* Jacobus subscribitur diplomati Inaugurali. 1508. Vacat. 1608. 1609. *Concl.* et Modrusiensis Electus Frater Joannes Bapt. Agatich. 1625. 1630. 1635. 1638. *Concl.* Frater Andreas Francisci. 1647. 1649. *Concl.* Petrus Mariani. 1655. 1659. 1662. *Concl.* 1655. *Art.* 71. Frater Hiacynthus Dimitri. 1681. *Concl.* Vacat. 1687. *Concl.* Comes Adamus Benedictus Rátkay. 1715. *Art.* 61. *et Concl.* Nicolaus Pohmajevich. 1723. 1729. *Concl.* Joannes Antonius de Benzoni. 1741. *Concl.* Georgius Chiolich. 1751. *Concl.* Pius Manzador. 1765. *Concl.* Joannes Jessich. 1791. 1792. 1796. 1802. 1805. 1807. 1808. *Concl. Videantur etiam inter Corbavienses et Modrusienses.*

## SECTIO II.

### *Episcopus Segniensis in Deputatione.*

Ad Commissionem super restitutione Castri Berlegh, et metis complanandis: RR. Petrus Mariani, Segniensis, et Modrusiensis Episcopus. 1655. *Art.* 71.

## SECTIO III.

### *Episcopi Segniensis Menstruum Subsidium.*

Menstruos florenos octo Episcopo Segniensi, ex fundo hactenus consveto, imposterum etiam persolvendos, Sacratissima Sua Majestas benigne resolvit. 1715. *Art.* 61. §. 3.

# TITULUS XVIII.

## *De Episcopo Szatthmariensi.*

## SECTIO I.

### *Episcopi Szatthmarienses.*

1. Stephano Libero Barone Fischer de Nagy Szalathnya, Perpetuo in Bachko Szatthmariensis Ecclesiae Episcopo. 1805. *Concl.*

2. Petro Klobusiczky de Eadem Szatthmariensis Ecclesiae Episcopo. 1807. *Concl.* 1808. 1811. *Concl.*

## SECTIO II.

### *Episcopus Szatthmariensis deputatus ad Commissionem limitaneam.*

Versus Transylvaniam: Petrus Klobusiczky de Eadem Episcopus Szatthmariensis. 1807. *Art.* 31.

## SECTIO III.

### *Szatthmariensis Episcopus concurrit ad Academiam Ludovicaeam.*

Petrus Klobusiczky de Eadem Episcopus Szatthmariensis obtulit 1000. fl. 1808. *Art.* 7.

# TITULUS XIX.

## *De Episcopo Transylvaniensi.*

### SECTIO I.

*Interest Comitiis.*

1. Petrus Transylvaniensis Ecclesiae Episcopus. 1298. *Exord.* §. 3.
2. Franciscus de Warda. 1518. *Concl.*

### SECTIO II.

*Episcopatus extraneo collatus eidem permittitur.*

Intelligatur etiam conclusum in praemissis, qvod nec perpetuitates, nec beneficia, nec Officiolatus, sed neqve Castellanatus alienigenis conferamus, imo et collata talibus, ab eisdem auferemus, excepto Episcopatu Transylvaniensi, per nos D. Matthaeo collato. 1444. *Concl.*

### SECTIO III.

*Episcopus Transylvaniensis fuit Apostolicae Sedis Legatus.*

Venerabilibus in Christo Patribus DD. Ladislao Gereb Electo et Confirmato Albensis (*Ecclesiae*) Transylvanae, Apostolicae Sedis Legato, Strigoniense Sede vacante, Petro Archiepiscopo Colocensi etc. 1486. *Concl.*

### SECTIO IV.

*Episcopus Transylvaniensis maneat penes Regem in Consilio.*

Ut omnia praemissa robur sortiantur firmitatis, RR. DD. Transylvaniensis etc. Eccle-

siarum Episcopi apud Majestatem Regiam jurati maneant et in Consilio Regio, et in judiciis decernendis sibi assistant. 1518. *Bach. Art.* 40. 1519. *Art.* 27.

## SECTIO V.

### *Episcopi Transylvaniensis Exercituatio.*

1. Versus Partes Transylvanas: Episcopus Transylvaniensis Banderium. 1433. *Sigism. Regest. Art.* 30. *et Repartitio.* §. 6.

2. Episcopus Transylvaniensis Banderium unum. 1498. *Art.* 28. §. 6.

## SECTIO VI.

### *Episcopi Transylvanienses ad Varias Commissiones Regnotenus deputati.*

#### ARTICULUS I.

*Ad Judicia Generalia.*

1. Ex Praelatis: RR. D. Transylvaniensis modernus D. Episcopus. 1559. *Art.* 38. §. 3.

2. In appellationibus penes RR. D. Locumtenentem adsint: D. Episcopus Transylvaniensis etc. 1567. *Art.* 26. §. 2.

3. In Partibus superioribus, in appellationibus penes D. Comitem Palatinum: RR. D. Stephanus Simándy Transylvaniensis Episcopus. 1647. *Art.* 103. §. 1.

4. In Partibus Regni Superioribus, in appellationibus penes D. Comitem Palatinum, Joannem Pálfalvay Transylvaniensem Episcopum. 1655. *Art.* 51. §. 2.

5. In Superioribus Regni Partibus, in appellationibus: loco Matthiae Tarnóczy RR. D. Franciscum Szegedy Episcopum Transylvaniensem. 1662. *Art.* 28. §. 2.

6. In Partibus Regni Superioribus, in appellationibus penes D. Comitem Palatinum, RR. D. Andream Sebestyén Episcopum Transylvaniensem. 1681. *Art.* 28. §. 1,

## ARTICULUS II.

*Transylvanienses Episcopi deputati ad Commissiones limitaneas.*

1. Ex parte Hungariae delecti sint, et nominati, versus Moraviam RR. DD. Transylvaniensis Episcopus etc. 1563. *Art.* 60. §. 1.

2. Pro rectificatione metarum, et complanatione injuriarum (*ex parte Poloniae et XIII Oppidorum*) ex parte sui denominant pro Commissariis: RR. D. Joannem Pálfalvay Episcopum Transylvaniensem etc. 1655. *Art.* 82. §. 7.

3. Cum Silesia: RR. D. Franciscus Szentgyörgyi Episcopus Transylvaniensis. 1659. *Art.* 66. §. 4.

4. Versus Silesiam RR. D. Franciscum Szentgyörgyi Episcopum Vaciensem, eodem vero legitime impedito: RR. D. alterum Franciscum Szegedy Episcopum Transylvaniensem. 1662. *Art.* 37. §. 6.

5. Circa Poloniam: RR. D. Andreas Sebestyén Episcopus Transylvaniensis. 1681. *Art.* 23. §. 6.

## ARTICULUS III.

*Episcopi Transylvanienses deputati ad revisionem expurgationis Alvei Rabae.*

1. Pro peragenda Commissione in facto obstructionis alvei fluvii Rabae Status et Ordi-

nes Regni nominant personas: RR. D. Stephanum Szent-Andrássy Episcopum Transylvaniae etc. 1625. *Art.* 15.

2. Ad cujus operis curam et directionem deputantur: RR. D. Stephanus Simándy, Episcopus Transylvaniensis etc. 1635. *Art.* 64. §. 1.

3. Loco RR. D. Stephani Simándy Episcopi Transylvaniensis nominant S. ac M. D. Comitem Franciscum de Nádasd. 1647. *Art.* 129. §. 1.

## ARTICULUS IV.

*Episcopi Transylvanienses ad tollenda telonia Sicca deputati*

1. In Partibus Regni Superioribus Ultra-Tybiscanis: RR. D. Stephanus Simándy Episcopus Transylvaniensis. 1647. *Art.* 91. §. 3.

2. In Partibus Regni Hungariae Superioribus nominantur pro Commissariis RR. D. Joánnes Pálfalvay Episcopus Transylvaniensis. 1655. *Art.* 100. §. 2.

3. Decernitur, ut termini Eductionum et Inductionum per DD. Commissarios, in Art. 100. A. 1655. ab hinc praeteriti denominatos, et in locum demortuorum RR. D. Franciscum Szentgyörgyi Episcopum Transylvaniensem deputatos, rectificentur. 1659. *Art.* 61.

## ARTICULUS V.

*Episcopus Transylvaniensis deputatur ad Transylvaniam intuitu restitutionis Colonorum, et exactionis duplicis Tricesimae.*

De restitutione colonorum ex Comitatibus in Transylvaniam, et Partes ei applicatas transfugientium; ita etiam exactione duplicis Tricesimae, in Partibus Regni Hungariae Su-

perioribus currentis, etc. Sua Majestas clementer prospicere dignabitur; denominantqve ex parte sui pro Commissariis: RR. D. Joannem Pálfalvay Episcopum Transylvaniensem etc. 1655. *Art.* 42.

## SECTIO VII.

### *Series Episcoporum Transylvaniensium e Decretis eruta.*

Petrus 1298. *Exord.* §. 3. Gublinus. 1384. Stephanus. 1405. *I.* Georgius Lépes. 1435. *II.* Matthaeus 1440. Nicolaus. 1464. Electus et Confirmatus, Nicolaus Geréb. 1486. 1492. 1495. 1498. 1500. Nicolaus de Bachka 1504. Franciscus de Warda. 1514. Vacat. 1608. 1609. *Concl.* Stephanus Szent-Andrássy. 1625. *Art.* 15. *et Concl.* Stephanus Simándy. 1635. 1638. 1647. 1649. 1635. *Art.* 64. 1647. *Art.* 91. 103. 129. Joannes Pálfalvay. 1655. *Art.* 42. 51. 82. 100. *et Concl.* Electus Franciscus Szentgyörgyi. 1659. *Art.* 61. 66. *et Concl.* Electus Franciscus Szegedy. 1662. *Art.* 28. 37. *et Concl.* Electus Andreas Sebestyén. 1681. *Art.* 23. 28. *et Concl.* Electus Stephanus Kada. 1687. *Concl.* Georgius L. Baro Mártonfi. 1715. Vacat. 1723. Gregorius Zorgor. 1729. L. B. Franciscus Klobusiczky. 1741. L. B. Sigismundus Sztojka. 1751. L. B. Antonius Bajtay. 1765. Comes Ignatius de Batthyán. 1791. 1792. 1796. Josephus Mártonffy. 1802. 1805. 1807. 1808. 1811. *ubiqve in Concl.*

## SECTIO VIII.

### *Episcopus Transylvaniensis concurrit ad Academiam Ludovicaeam.*

Josephus Mártonffi de Csik-Mindszent Actualis Intimus Status Consiliarius, Episcopus Transylvaniensis obtulit 4000. fl. 1808. *Art.* 7.

# TITULUS XX.

## De Episcopo Vaciensi.

### ARTICULUS I.

*Vacienses Episcopi in Decretis commemorati.*

Brictius 1222. *Art.* 31. Haab. 1298. *Exord.* §. 3. Michael. 1351. Petrus. 1384. Nicolaus 1405. *I.* Petrus. 144. Vincentius. 1464. 1468. Nicolaus. 1486. Nicolaus de Báthor. 1492. 1495. 1498. 1500. 1504. Joannes 1508. Ladislaus Zalcanus. 1514. 1518. *Ubique in Conclusione.* Zacharias Mossoczy. 1582. 4. 56. Stephanus Mathesy. 1588. 30. 33. Stephanus Szuhay. 1595. *Trans. Exord.* Petrus Radevich. 1599. 44. 1606. Joannes Bossany. 1604. 15. Paulus Almásy. 1608. 1609. *Concl.* 1609. 70. 1618. 64. 1613. 26. Nicolaus Dallos. 1622. 43. Stephanus Senney. 1625. *Concl.* Paulus Dávid. 1630. Georgius Draskovith. 1635. *Concl. et Art.* 14. Georgius Nagyfalvay. 1638. Ladislaus Hoszszutóthy. 1647. *Concl. et Art.* 70. 91. 72. 103. Joannes Püsky. 1649. Matthias Tarnóczy. 1655. *Concl. et Art.* 30. 51. Thomas Pálffy. 1659. *Art.* 66. *et Concl.* Franciscus Szentgyörgyi. 1662. *Art.* 37. *et Concl.* Petrus Korompay. 1681. *Art.* 16. *et Concl.* Nicolaus Balogh. 1687. *Art.* 15. *et Concl.* Sigismundus a Kollonich. 1715. *Concl.* Mich. Frid. ab Althan Card. 1723. 1729. 1741. 1751. *Concl.* Christophorus Migazzi Cardinalis Administrator. 1765. *Art.* 46. Baro Franciscus Splényi. 1791. 1792. *Concl.*

Vacavit 1435. 1796. 1802. 1805. Ladislaus Kámánházy. 1808. 1811. *Concl.*

## ARTICULUS II.

*Episcopi Vacienses intererant Diaetis.*

Haab Vaciensis. 1298. *Exord.* §. 3. 1518. *Concl. Festi S. Georgii.*

## ARTICULUS III.

*Vaciensis Episcopus cavet penes Regem de non exigenda contributione.*

Nos — Vincentius Vaciensis — Ecclesiae Episcopus — in testimonium rei praenotatae subscribimus. 1468. *Concl.*

## ARTICULUS IV.

*Vaciensis Episcopus subscribitur Diplomati Inaugurali.*

Joanne Electo Vaciensis Ecclesiae Episcopo. 1508. *Concl.*

## ARTICULUS V.

*Vaciensis Episcopi Testamentum.*

Item sunt aliorum Praelatorum testamenta, videlicet qvondam Nicolai Vaciensis viderentur esse intelligenda. 1521. *Art.* 36.

## ARTICULUS VI.

*Vaciensis Episcopus Rationes reddat de expensa Dica.*

1. Qvod non solum super ista taxa, verum etiam prioribus Contributionibus, praesertim duobus florenis, per RR. Vaciensem, tunc Thesaurarium, nunc vero Cancellarium Regium exactis; imo super universis proventibus Re-

giae

giae Majestatis ex tunc ratio detur, et acceptetur. 1518. 13. *Toln.*

2. Qvod tam RR. D. Episcopus Vaciensis, alias Thesaurarius, nunc Cancellarius Regius super 2 florenis, qvam etiam modernus Thesaurarius super 50. Denariis, DD. Consiliariis et Assessoribus Budae in termino, qvo jura proventus Regios habentium produci debebunt, rationem dare teneantur. 1518. *Bach. Art.* 39.

3. Qvod RR. D. Vaciensis, alias Thesaurarius, nunc vero Cancellarius Regius super duobus florenis DD. Consiliariis et Assessoribus Budae in termino, dum jura, proventus Regios habentium producentur, rationem dare teneatur. 1519. *Art.* 41.

## ARTICULUS VII.

### *Vacienses Episcopi intererant Judiciis.*

1. In Judiciis Tyrnaviensibus in Appellationibus penes RR. D. Locumtenentem: nominantur Praelati RR. DD. Episcopi Zacharias Mossóczi Vaciensis. 1582. *Art.* 4.

2. In Judiciis Posoniensibus in Appellationibus penes RR. D. Locumtenentem Suae Majestatis RR. DD. Episcopi Zacharias Mossóczy Vaciensis. 1582. *Art.* 5.

3. In Judiciis Posoniensibus, in Appellationibus, penes RR. D. Locumtenentem: RR. DD. Stephanus Máthésy Episcopus Vaciensis. 1588. *Art.* 30.

4. Nominantur in Partibus Regni Superioribus ad Appellationem Praelati RR. DD. Paulus Almássy Vaciensis Episcopus. 1609. *Art.* 70.

5. Nominantur in Partibus Regni Superioribus ad appellationem penes D. Palatinum Paulus Almássy Vaciensis Episcopus. 1618. *Art.* 64.

6. Nominantur ad appellationem penes RR. D. Comitem Palatinum in Partibus Cis- et Ultradanubianis RR. D. Nicolaus Dallos Vaciensis Episcopus. 1622. *Art.* 43.

7. Ad Partes Regni Superiores pro Appellationibus penes Ill. D. Palatinum RR. DD. Georgius Draskovith Vaciensis Episcopus. 1635. *Art.* 14.

8. In Partibus Superioribus in Appellationibus penes D. Comitem Palatinum RR. DD. Ladislaus Hoszútóty, Vaciensis Episcopus. 1647. *Art.* 103.

9. In Partibus Regni Superioribus, in Appellationibus penes D. Comitem Palatinum: RR. D. Matthiam Tarnoczy Vaciensem Episcopum denominant. 1655. *Art.* 51.

## ARTICULUS VIII.

### *Episcopi Vacienses deputabantur Diaetaliter ad Commissiones limitaneas.*

1. Ad scepusium in montem S. Martini ad primum diem mensis Maji proxime futuri delecti sunt DD. Episcopi, Vaciensis. 1550. *Art.* 41.

2. Ad Köszegh ad Dominicam Reminiscere D. Vaciensis. 1550. *Art.* 43.

3. Pro cognitione metarum, qvae sunt ultradanubianos et Austriacos, ac Styrenses nominantur pro idoneis Commissariis RR. D. Zacharias Mossóczy Episcopus Vaciensis. 1582. *Art.* 6. §. 2.

4. Pro ea Commissione, qvae inter Ultra- danubianos, et Austriacos et Styrienses fuit instituta, nominantur pro idoneis Commissariis RR. D. Stephanus Mathésy Episcopus Vaciensis. 1588. *Art.* 33. §. *Init. et* 1.

5. Pro rectificatione Polonicarum Metarum nominantur RR. D. Petrus Radovich Electus Episcopus Vaciensis. 1599. *Art.* 44. §. 1.

6. Pro Moravia RR. D. Episcopus Vaciensis Joannes Bossanyi. 1604. *Art.* 15. §. 2.

7. In locum defuncti Petri Radvicii Paulus Almásy Episcopus Vaciensis Substitutus. 1613. *Art.* 26. §. 1.

8. Circa Poloniam nominantur Commissarii: RR. D. Ladislaus Hoszszutoty Episcopus Vaciensis. 1647. *Art.* 70. §. 1.

9. Ex parte metarum circa Moraviam RR. D. Matthias Tarnóczy Episcopus Vaciensis. 1655. *Art.* 30. §. 4.

10. Cum Moravia: RR. D. Thomas Pálffy Episcopus Vaciensis. 1659. *Art.* 66. §. 3.

11. Versus Silesiam; RR. D. Franciscum Szentgyörgyi Episcopum Vaciensem. 1662. *Art.* 87. §. 6.

12. Circa Poloniam: RR. D. Nicolaus Balogh Episcopus Vaciensis. 1687. *Art.* 15. §. 6.

## ARTICULUS IX.

*Episcopi Vacienses deputati ad examinandas Rationes Perceptorum Contributionis.*

1. Ad examinandas Rationes DD. Deputatorum Regni Hungariae anni nonagesimi tertii nominantur ex Ordine Praelatorum D. Episcopus Vaciensis. 1595. *Art.* 44.

2. Exactores Rationum erunt Cis-Danubium: RR. D. Episcopus Vaciensis. 1603. *Art.* 4. §. 2.

3. In Partibus Cis- et Ultra-Danubianis RR. D. Petrus Korompay Episcopus Vaciensis. 1681. *Art.* 16. §. 1.

## ARTICULUS X.

*Episcopus Vaciensis adhibitus ad Tractatum Transylvaniensem.*

Articuli, et Conditiones Tractatus inter SS. Caesaream, Regiamqve Hungariae et Bohemiae Majestatem, et Illustrrissimum Transylvaniae Principem D. Sigismundum Bathori de Somlyo, per RR. Stephanum Szuchay Episcopum Vaciensem. 1595. *Trans. Exord.*

## ARTICULUS XI.

*Episcopus Vaciensis subscribit literas Bohemis datas.*

Nos Petrus Radovicius Vaciensis Episcopus. 1606. *Litt. Hung. Bohemis datae Exord.*

## ARTICULUS XII.

*Episcopus Vaciensis ablegatur in Poloniam pro redimendis XIII. Oppidis.*

Ad eam legationem RR. Ladislaus Hoszutoty Vaciensis Episcopus pro Praeside denominatur. 1647. *Art.* 72. §. 2.

## ARTICULUS XIII.

*Vaciensis Episcopus deputatur ad tollenda telonia superflua.*

Pro tollendis et abolendis siccis, et minus necessariis teloniis in Partibus Regni Supe-

rioribus Cis-Tybiscanis designatur RR. D. Ladislans Hoszutoty Episcopus Vaciensis. 1647. *Art.* 91. §. 2.

## ARTICULUS. XIV.

*Vaciensis* Episcopi *Exercituatio.*

Vaciensis Episcopus Eqvites ducentos. 1498. *Art.* 20. §. 10.

## ARTICULUS XV.

*Vaciensis Episcopus deputatur ad negotium Confoederationis Polonicae.*

Ad futuram Confoederationis Polonicae tractationem nominant RR. D. Vaciensem. 1596. *Art.* 60. §. 2.

## ARTICULUS XVI.

*Episcopi Vaciensis cum Archiepiscopo Strigoniensi controversia de Decima decidatur.*

Inter RR. D. Archiepiscopum Strigoniensem, et Episcopum Vaciensem certa lis et controversia orta fuit de Decimis qvarumdem Villarum Comitatus Neogradiensis, ita, ut illas uterqve diversis hominibus elocaverint, qvi easdem Decimas bifariam a miseris colonis extorserunt, cum illi pauperes Turcis qvoqve tributnm dare cogantur. Qvia ergo Majestas Regia inter duos Praelatos, de proprietate Decimarum contendentes, Ordinarius est Judex, dignetur Majestas sua qvanto citius fieri poterit, judicium et justitiam personaliter administrare, in qvo utraqve pars sua jura, et privilegia producat. 1574. *Art.* 26.

### ARTICULUS XVII.

*Vaciensis* Episcopus *fuit Cancellarius Regius.*

RR. D. Vaciensis Episcopus alias Thesaurarius, nunc vero Cancellarius Regius. 1518. *Toln. Art.* 13. *Bach. Art.* 39. 1519. *Art.* 41. *vid. Art. VI.*

### ARTICULUS XVIII.

*Vaciensis* Episcopus *in Banderialibus Deputatus.*

Ladislaus Kamánházy Episcopus Vaciensis. 1808. *Art.* 4.

### ARTICULUS XIX.

Episcopus *Vaciensis concurrit ad Academiam Ludovicaeam.*

Ladislaus Kamanházy Episcopus Vaciensis, obtulit 1000 fl. Idem praeterea donec vixerit, annue 1000 fl. pendendos; Idem deniqve pro prima Academiae Instructione 100. Urnas vini 50. Metretas tritici, et 50. Orgias lignorum focalium. 1808. *Art.* 7.

## TITULUS XXI.

*De Episcopis Varadinensibus Latini Ritus.*

### ARTICULUS I.

*Varadinenses* Episcopi *in Decretis commemorati.*

Alexander. 1222. *Art.* 31. Emericus. 1298. *Exord.* §. 3. Demetrius. 1351. Joannes. 1384.

Lucas. 1405. *I.* Joannes. 1444. Joannes. 1464, 1486. Electus Valentinus. 1492. Dominicus. 1495. 1498. 1500. Georgius. 1504. Electus Franciscus de Peren. 1514. *ubique in Concl.* Frater Georgius. 1550. *Art.* 59. 1552. 23. Georgius Bornemisza. 1582. *Art.* 4. Martinus Pethe. 1588. *Art.* 30. 33. Nicolaus Micatius. 1601. *Art.* 34. 1606. *Pacif. Vien. ad* 5. 1609. *Concl.* Joannes Telegdy 1618. *Art.* 12. 16. 26. 64. Joannes Pyber. 1622. *Art.* 43. Emericus Losy. 1625. *Art.* 23. 51. et *Concl.* 30. *Concl.* Electus Ladislaus Hoszszútóty. 1935. *Art.* 14. 54. 72. et *Concl.* 1638. *Concl.* Electus Benedictus Kisdy. 1647. *Art.* 45. 71. 103. 151. et *Concl.* Electus Sigismundus Zongor. 1649. *Art.* 76. 1655. *Art.* 29. 51. *et utrobique in Concl.* Electus Joannes Pálfalvay. 1659. 1662. *Concl.* Frater Augustinus Benkovich. 1687. *Art.* 15. et *Concl.* Administrator C. Emericus Cháky. 1715. 1723. 1729. *ubique Concl.* Episcopus C. Nicolaus Chaky. 1741. C. Paulus Forgach. 1751. Adamus Patachich. 1765. Franciscus Xav. Kalatay. 1791. 1792. Nicolaus Konde. 1802. Franciscus Miklossy. 1805. 1808. Vacabat: 1435. II. 1681. 1791. 1811. *ubique in Conclusione.*

## ARTICULUS II.

*Varadinensis* Episcopus *intererat* Comitiis.

Emericus Varadinensis Episcopus. 1298. *Exord.* §. 3.

## ARTICULUS III.

*Varadinensis* Episcopus *Secretarius Cancellarius Regis.*

1. Datum per manus Reverendi in Christo Patris Domini Joannis Episcopi Ecclesiae Va-

radinensis Aulae nostrae Secretarii Cancellarii dilecti, et fidelis nostri. 1486. *Concl.*

2. Georgio Varadinensis Ecclesiae Episcopo, Cancellario nostro. 1504. *Concl.*.

## ARTICULUS IV.

*Varadinensis* Episcopus *Diplomati Inaugurali subscribitur.*

Sigismundo Thurzo Varadinensi Episcopo. 1508. *Concl.*

## ARTICULUS V.

*Varadinensis* Episcopus *spondet penes Regem de non exigenda taxa.*

Nos Joannes Varadinensis Episcopus etc. pro praefato Domino nostro Matthia Rege fidem jubemus, et promittimus. 1462. *Exord.*

## ARTICULUS VI.

*Varadinensium* Episcoporum *Testamentum revideatur.*

Praelatorum testamenta, videlicet — Dominici et Sigismundi Varadinensis viderentur esse intelligenda. 1521. *Art.* 36.

## ARTICULUS VII.

*Varadinenses* Episcopi *intererant Judiciis.*

1. Ad revidendas Appellationes Partium Superiorum adesse debeat D. Episcopus Varadiensis. 1572. II. *Art.* 4. §. 5.

2. Ad revidendas Appellationes Partium Superiorum penes D. Locumtenentem adsint: Episcopus Varadiensis. 1574. *Art.* 17. §. 2.

3. In Appellationibus penes RR. D. Locumtenentem Suae Majestatis nominantur Praelati RR. DD. Episcopi, Gregorius Bornemisza Varadinensis. 1582. *Art.* 4. §. 6.

4. In Appellationibus penes: RR. D. Locumtenentem nominantur Praelati RR. DD. Episcopi Martinus Pethe Varadinensis. 1588. *Art.* 30. §. 4.

5. Pro Partibus Superioribus erunt RR. DD. Nicolaus Micatius Varadinensis Ecclesiae Episcopus. 1622. *Art.* 34. §. 1.

6. In Partibus Regni Superioribus ad Appellationem penes D. Palatinum: Joannes Thelegdy Varadinensis Episcopus. 1618. *Art.* 64. §. 2.

7. In Partibus Superioribus ad Appellationem penes D. Comitem Palatinum RR. D. Joannes Pyber Varadiensis Episcopus. 1622. *Art.* 43. §. 4.

8. Ad Appellationem penes Ill. D. Comitem Palatinum pro Partibus Regni Superioribus pro Praelatis RR. DD. Emericus Losy Varadiensis Episcopus. 1625. *Art.* 51. §. 4.

9. Ad Partes Regni Superiores pro Appellationibus penes Ill. D. Palatinum RR. DD. Ladislaus Hoszszutóty Varadiensis Episcopus. 1635. *Art.* 14. §. 1.

10. Ad Partes Regni Cis- et Ultra-Danubium ad Tabulam pro Praelato RR. D. Benedictus Kisdy Varadinensis Episcopus. 1647. *Art.* 103. §. 2.

11. Pro Partibus Superioribus ad Appellationes, loco D. qvondam Ladislai Hoszszútóty, RR. D. Sigismundum Zongor Episcopum Varadiensem. 1649. *Art.* 76. §. 3.

12. In Partibus Cis- et Ultra-Danubianis in Appellationibus RR. DD. Sigismundum Zongor Varadinensem Episcopum. 1655. *Art.* 51. §. 3.

## ARTICULUS VIII.

*Episcopi Varadinenses deputabantur ad Commissiones limitaneas.*

1. Versus Austriam D. Episcopus Varadiensis. 1563. *Art.* 60. §. 2.

2. Ad eam, qvae inter Polonos et Comitatus Scepusiensem, Arvensem, et Sáros, et alios circa Confinia Polonica constitutos Regnicolas, nominantur RR. D. Martinus Pethe Episcopus Varadiensis. 1588. *Art.* 33. §. 3.

3. Circa Moraviam: RR. D. Joannes Thelegdy Episcopus Varadinensis. 1618. *Art.* 12. §. 2.

4. Circa Austriam: RR. D. Emericus Losy Episcopus Varadinensis. 1625. *Art.* 23. §. 4.

5. Circa Poloniam nominant RR. D. Ladislaum Hoszszútóty Episcopum Varadinensem. 1635. *Art.* 54.

6. Circa Transylvaniam: RR. D. Augustinus Benkovich Episcopus Varadinensis. 1687. Art. 15. §. 7.

## ARTICULUS IX.

*Varadinenses Episcopi ad revidendas Rationes Contributionis deputati.*

1. De diversis restantiis, tam ordinariis, qvam extraordinariis decernitur, ut bona eorum, qvae pro poena tripli occupata sunt,

postqvam per Commissarios per suam Majestatem jam denominatos, videlicet RR. D. Joannem Thélegdy Episcopum Varadinensem etc. convicti fuerint, in simplo remittantur. 1618. *Art.* 16. §. *init.*

2. Ad Censuram Rationum, et finalem ipsarum complanationem RR. DD. Benedictus Kisdy Varadinensis Episcopus. 1647. Art. 151. §. 1.

## ARTICULUS X.

*Varadinensis Episcopus deputatur ad Negotium Confaederationis Polonicae.*

Qvam ad rem nominant RR. DD. Varadinensem. 1596. Art. 60. §. 2.

## ARTICULUS XI.

*Varadinenses Episcopi deputati ad Commissionem Jaurinensem.*

1. Status et Ordines pro Commissariis, et Plenipotentiariis arbitris nominant RR. D. Joannem Thélegdy Episcopum Varadinensem. 1618. Art. 26. §. 1.

2. Pro parte sua iidem qvoqve Regnicolae pro Commissariis denominant RR. D. Benedictum Kisdy Electum Episcopum Varadinensem. 1647. Art. 45. §. 1.

## ARTICULUS XII.

*Varadinensis Episcopus deputatur ad reincorporanda Bona ad Austriam possessa.*

Pro recipiendo bonorum eorumdem dominio, actualiqve incorporatione, et metarum

rectificatione ex parte sua, pro Commissariis RR. Benedictum Kisdy Episcopum Varadinensem denominant. 1647. Art. 71. §. 1.

## ARTICULUS XIII.

*Varadiensis Episcopus deputatus ad abolenda telonia sicca.*

1. In Partibus Regni Superioribus Cis-Tybiscanis RR. D. Ladislaus Hoszszútóty Episcopus Varadinensis. 1635. Art. 72. §. 1.

2. In Partibus Cis-Danubianis Sigismundus Zongor Episcopus Varadinensis. 1655. Art. 29. §. 1.

## ARTICULUS XIV.

*Varadinensis Episcopi Exercituatio.*

1. Episcopus Varadinensis Banderium unum. 1433. *Regest.* Art. 30. et *in Repartitione* §. 5.

2. Episcopus Varadinensis Banderium unum. 1498. Art. 20. §. 4.

3. Gentes Nobilium, et aliorum Statuum Comitatuum ultra Tybiscum expediantur sub Capitaneatu D. Episcopi Varadinensis, qvi nunc supremum Capitaneum in illis Partibus agit. 1555. Art. 4. §. 2.

## ARTICULUS XV.

*Varadinensis Episcopi Georgii Acta varia.*

### §. I.

*Ab ejus insolentiis defendantur vicini Comitatus Partium Superiorum.*

Cum satis constet magnam partem Comitatuum Hevesiensis, Abaujvariensis, Zemplinien-

sis, Saros et Ungh, ac nonnihil etiam de Comitatibus Zabolch et Zolnok per D. Episcopum Varadinensem ab obedientia Regiae Majestatis per hos annos seorsim fuisse abalienata, non sine incommodo Nobilium, et aliorum in illis Comitatibus degentium, et jactura ipsius qvoqve Majestatis Suae supplicant Ordines et Status Regni dignetur Majestas Sua Comitatus praedictos in fide, et obedientia Suae Majestatis contra illius violentiam defendere, et manutenere, ita, ut tam in Judiciis, qvam dicarum solutionibus, Conventuum qvoqve celebrationibus, et aliis rebus omnibus Majestati Suae, et nemini alteri subjaceant. Dignetur etiam Majestas sua bona fidelium suorum, qvae apud ipsum D. Varadiensem, vel ejus homines indebite occupata adhuc permanent, qvemadmodum Michaelis Varday, et aliorum nonnullorum, ipsis, ad qvos spectant, jam tandem modis omnibus restitui curare, ne ipsi fideles sui extra dominium bonorum suorum diutius, cum injuria, ac damno maneant non mediocri. 1550. *Art.* 59.

## §. II.

### *Varadinensis Episcopi Donationes nullius sint vigoris.*

Qvia ab obitu qvondam Joannis Regis nullus in Regno Hungariae, vel Partibus illi subjectis, praeter Serenissimam Majestatem Regiam legitimus Rex fuit, cui videlicet authoritas donandi bona, vel ulla jura possessionaria qvovis titulo ad coronam ab antiqvo pertinentia, aut devoluta esse potuisset: Statutum est, ut donationes omnes, qvae nomine Serenissimae Reginae Isabellae, vel ejus filii,

vel Episcopi qvondam Varadinensis vel Petri Petrovich, super bonis ad Coronam pertinentibus, vel devolutis, aut etiam super alienis bonis qvovis pacto, aut titulo emanatae, nullius sint vigoris. 1552. Art. 23.

## §. III.

*Ejusdem Episcopi Varadinensis sententiae maneant in vigore.*

Judicia autem per praefatum Episcopum Varadinensem, siqvae per juridicos processus finem sortita sunt, maneant in suo vigore, ita tamen, ut siqvi in hujusmodi causis decisis injuriam sibi illatam putarent, novum judicium in illis impetrare, et eas virtute novi judicii resuscitare possint, non obstante, qvod ibi qvoqve novum judicium obtentum, et per illud causae decisae forent, perpetuumqve sit silentium impositum. 1552. *Art.* 23. §. 4.

## §. IV.

*Idem fuit supremus Capitaneus.*

Ultra Tybiscum: sub Capitaneatu D. Episcopi Varadinensis, qvi nunc supremum Capitaneum in illis Partibus agit. 1555. *Art.* 4. §. 2.

## ARTICULUS XVI.

*Varadinensis* Episcopus *interim a Regno absit.*

Qvod ambos RR. DD. Episcopos, Agriensem nempe, et Varadinensem concernit, isti interim a Regno abstinebunt. Donec eorum

causa decisa, vel alias composita fuerit. 1606. *Pacif. Vien. ad 5. §. 2.*

## ARTICULUS XVII.

*Idem ab exilio liberatur.*

Ad benignam SS. Majestatis reqvisitionem Status et Ordines Regni RR. D. Nicolaum Micatium, qvi satis hactenus adversitatum perpessus est, ab illo exilio, qvo Articulis Viennensibus innodatus fuerat, liberum pronunciant. 1609. *Art. 71.*

## ARTICULUS XVIII.

*In bonis Episcopi Varadinensis admittuntur Nundinae diebus Dominicis et festis.*

Diebus Dominicis, et in festivitate B. M. V. nullum forum celebretur, exceptis Episcopi Varadinensis bonis. 1464. Art. 25.

## ARTICULUS XIX.

*Controversia Episcopatus Varadinensis de Decimis a Rege decidatur.*

Controversiam inter Episcopatum Varadinensem, et in Districtibus Beretthyö, Beszterczе, et Lakság residentes Valachos, Decimam dare recusantes Suae Majestati Sacratissimae humillime repraesentatam, altefata Sua Majestas Regia pro juris et justitiae exigentia clementer determinabit. 1723. Art. 85.

## ARTICULUS XX.

*Varadinensis Episcopatus habuit Administratorem.*

Emerico e Comitibus Cháky de Keresztszegh Colocensis, et Bachiensis Ecclesiarum

canonice unitarum Archiepiscopo, Emerico Cháky Varadinensis Ecclesiae Administratore. 1715. Emerico e Comitibus Cháky Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum canonice unitarum Archiepiscopo et S. R. E. Presbytero Cardinali Varadinensis Ecclesiae Administratore. 1723. 1729. *ubique in Concl.*

## TITULUS XXII.

### *De Episcopis Varadinensibus Graeco-Catholicis.*

Ignatio Darabanth Episcopo Graeci Ritus Catholicorum Varadinensi. 1791. 1792. 1796, 1802. 1805. Samuele Vulcan Graeci Ritus Unitorum Episcopo Varadinensi. 1808. 1811. *ubique in Concl.* Idem obtulit pro Academia Ludovicaea 2000 fl. 1808. *Art.* 7.

## TITULUS XXIII.

### *De Vesprimiensibus Episcopis.*

### ARTICULUS I.

#### *Vesprimienses* Episcopi *in Decretis commemorati.*

Robertus 1222. Benedictus 1298. *Exord.* §. 3. Joannes 1351. Budinus 1384. Simon de Rozgon. 1435. *II.* Matthias. 1444. Albertus. 1464. *ubique in Concl.* 1470. Albertus. 1486. Joannes. 1492. 1495. 1498. Electus Georgius. 1500. *Concl.* et *Art.* 31. Cardinalis Petrus. 1504. Petrus Beryzlo. 1514. Martinus

de

Kechet. 1543. R. §. 2. Stephanus Fejérkövy. 1582. *Art.* 5. 6. Electus Andreas Monozlói. 1598. *Art.* 36. 1601. *Art.* 34. Demetrius Napragy. 1606. *Lit. Hung.* Electus Franciscus Ergelius. 1609. *Concl. Art.* 70. 1613. *Art.* 8. 1618. *Art.* 32. 49. 64. 1622. *Art.* 36. 43. 1625. *Art.* 51. *et Concl.* Stephanus Chiky 1630. 14. Electus Stephanus Szentandrássy. 1630. *Concl.* 1635. 14. 33. 57. 1638. 72. Electus Georgius Jakusith. 1638. *Concl. Art.* 37. 39. 52. Electus Georgius Szelepchényi. 1647. *Art.* 70. 103. *Concl.* Electus Georgius Széchényi. 1649. *Art.* 99. 1655. *Art.* 8. 29. 30. 51. *utrobiqve Concl.* 1662. 18. Electus Stephanus Sennyey. 1659. 1662. 1681 *Concl.* 1659. *Art.* 79. 1662. *Art.* 28. 37. 39. 42. Electus Frater Paulus Széchényi. 1687. *Concl.* Comes Otto Joannes a Volkra. 1715. *Art.* 43. 115. *et Concl.* Frater C. Emericus Eszterházy. 1723. *Concl.* Adamus Achády. 1729. 1741. *Concl.* Martinus Biró de Padány. 1751. *Concl.* Ignatius Koller. 1765. *Concl.* Josephus Baizáth. 1791. 1792. *Concl.*

Vacabat: 1405. *I. Concl.* 1805. Paullus Rosos de Szent-Király-Szabadgya. 1808. *Concl.* Georgius Kurbélyi. 1811. *Concl.*

## ARTICULUS II.

*Vesprimiensis Episcopus spondet penes Regem de non exigenda contributione.*

Albertus Vesprimiensis Episcopus. 1462. 1468. *Concl.* 1570. *Concl.*

## ARTICULUS III.

*Vesprimiensis Episcopus Secretarius Regiae Majestatis; indulgetur eidem pluralitas beneficiorum.*

Qvia RR. D. Georgius Electus Ecclesiae Vesprimiensis, et Secretarius Regiae Majesta-

tis universo Regno a pluribus jam annis bene meritus esse constat, sine intermissione etiam in Curia, et Servitiis Regiae Majestatis versatur, et occupatur; imprimis igitur ejusdem Regiae Majestatis, demumqve DD. Praelatorum et Baronum, ceterorumqve etiam omnium Regnicolarum sano ad id accedente consilio conclusum est; qvod idem D. Georgius pro tot, tantisqve fidelium Servitiorum dignis meritis Praeposituram Ecclesiae S. Trinitatis de Superioribus calidis aqvis Budensibus ultra Episcopatum Vesprimiensem praenotatum, simul cum gentium conservatione, de bonis et juribus possessionariis ejusdem Praeposituerae pro Regni defensione fienda, tenere, gubernareqve, et uti, vita sua durante valeat atqve possit. 1500. *Art.* 31.

## ARTICULUS IV.

*Vesprimiensis Episcopus in Comitiis.*

Benedictus Vesprimiensis Episcopus. 1298. *Exord* §. 3.

## ARTICULUS V.

*Episcopus Vesprimiensis Banus Croatiae et Thesaurarius.*

1. Petrus Berizló Episcopus Vesprimiensis, Croatiae Banus. 1518. *S. Georg.*

2. Petro Berizló Vesprimiensis Ecclesiae Episcopo summo Thesaurario nostro ac Regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae Bano. 1514. *Concl.*

## ARTICULUS VI.

*Episcopus Vesprimiensis Cancellarius Regius.*

Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti Reverendi Adami Achády de Ea-

dem Episcopi Vesprimiensis, Lociqve, et Comitatus ejusdem nominis Supremi ac Perpetui Comitis, Abbatis S. Martini de Vaska, Consiliarii nostri Actualis Intimi, et per dictum Regnum nostrum Hungariae Aulae nostrae Consiliarii — Praedicto Ádamo Achády Vesprimiensis Ecclesiae Episcopo. 1729. *Concl.* Adamo Acsády Vesprimiensis Ecclesiae Episcopo. 1741. *Concl.*

## ARTICULUS VII.

*Vesprimiensis Episcopus una Cardinalis.*

Reverendissimo Domino Petro Tit. S. Cyriaci in Thermis dictae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Vesprimiensis Ecclesiae Episcopo. 1504. *Concl.* 1508. *Dipl. Inaug. Concl.*

## ARTICULUS VIII.

*Episcopi Vesprimienses Supremi ac Perpetui Loci et Comitatus Comites.*

1. Albertus Vesprimiensis Episcopus, Lociqve ejusdem Comes Perpetuus. 1462. *Concl.*

2. Demetrius Napragy Vesprimiensis Ecclesiae Episcopus et Loci ejusdem Comes. 1606. *Literae Hung. Bohemis datae. Exord.*

3. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti Reverendi Adami Acsady de Eadem Episcopi Vesprimiensis, Lociqve et Comitatus ejusdem nominis Supremi, et Perpetui Comitis. 1729. *Concl.*

## ARTICULUS IX.

*Episcopi Vesprimienses ad Judicia diaetaliter deputati.*

1. Appellationes Partium Ultra, Citraqve Danubium D. Lucumtenens revideat cum DD.

Praelatis Episcopo Vesprimiensi. 1572. *II. Art.* 6.

2. In Judiciis Partium Ultra, et Cis Danubianarum Appellationum intersint DD. Episcopi, Vesprimiensis. 1574. *Art.* 12. §. 2. *et* 3.

3. In Judiciis Posoniensibus in Appellationibus penes RR. D. Locumtenentem Suae Majestatis: Stephanus Fejérkövy Vesprimiensis Episcopus. 1582. *Art.* 5.

4. In revisionibus Appellationum in his Inferioribus Regni Partibus erunt Praelati RR. DD. Andreas Monozloi Episcopus Vesprimiensis. 1601. *Art.* 34.

5. Nominantur in Partibus Regni Cis-et Ultra-Danubianis ad Appellationem penes D. Palatinum RR. DD. Franciscus Ergelius Vesprimiensis Episcopus. 1609. *Art.* 70. §. 3. *et* 5.

6. Nominantur in Partibus Cis-et Ultra-Danubianis ad Appellationem: Franciscus Ergelius Vesprimiensis Episcopus. 1618. *Art.* 64. §. 3. 4. 1622. *Art.* 43. 1625. *Art.* 51.

7. Pro Appellationibus penes Ill. D. Palatinum pro Partibus Regni Cis, et Ultra-Danubianis: RR. D. Georgius Lippay Episcopus Vesprimiensis. 1635. *Art.* 14. §. 2.

8. Ad Partes Regni Cis-et Ultra-Danubianas in Appellationibus penes D. Comitem Palatinum RR. DD. Georgius Szelepchényi Vesprimiensis Episcopus. 1647. *Art.* 103. §. 2.

9. In Partibus Cis-et Ultra-Denubianis in Appellationibus penes D. Comitem Palatinum: RR. DD. Georgium Széchényi Vesprimiensem Episcopum. 1655. *Art.* 51. §. 3.

10. In Partibus Cis, et Ultra-Danubianis in Appellationibus penes D. Comitem Palatinum loco defuncti olim Sigismundi Zongor RR.

D. Stephanum Sennyey Episcopum Vesprimiensem. 1662. *Art.* 28. §. 3.

## ARTICULUS X.

*Episcopi Vesprimienses ad Commissiones limitaneas deputati.*

1. Ad Szakolczam delecti sunt DD. Episcopi, Vesprimiensis etc. 1550. *Art.* 42.

2. Ad Kőszegh: D. Vesprimiensis. 1550. *Art.* 43.

3. Ad rectificationem earum metarum, qvae sunt inter Polonos et Comitatus Scepusiensem, Arva et Sáros, et alios circa Confinia Polonica constitutos Regnicolas nominantur RR. D. Stephanus Fejérkövy Episcopus Vesprimiensis. 1582. *Art.* 6. §. 4.

4. Pro parte Commissionis Moravicae nominantur: RR. D. Andreas Monozlóy Electus Episcopus Vesprimiensis. 1598. *Art.* 36. §. 1.

5. Circa Austriam: RR. D. Georgium Lippay Episcopum Vesprimiensem. 1635. *Art.* 57.

6. Circa Silesiam, aliis, ibidem denominatis adjunguntur RR. D. Georgius Jakusith de Orbova Electus Episcopus Vesprimiensis. 1638. *Art.* 37. §. 2.

7. Circa Styriam RR. D. Georgius Szelepchényi Episcopus Vesprimiensis. 1647. *Art.* 70. §. 3.

8. Ex parte metarum circa Austriam denominantur Commissarii: RR. D. Georgius Széchényi Episcopus Vesprimiensis. 1655. *Art.* 30. §. 1.

9. Versus Styriam: RR. D. Stephanum Sennyey Episcopum Vesprimiensem. 1662. *Art.* 37. §. 5.

10. Occasione metarum in certis possessionibus ad Sztrechen familiae Eszterházy, et Budetin, familiae Szunyogh Dominia spectantibus, hactenus controversarum denominati sunt pro Judicibus, seu Commissariis DD. Comites Otto Joannes a Volkra Episcopus Vesprimiensis. 1715. *Art.* 112. §. 1.

## ARTICULUS. XI.

*Episcopus Vesprimiensis Orator Diaetalis ad Regem.*

Articulos eos, qvos in proxime praeterito Conventu festi B. Elisabeth Novizolii celebrato conclusistis, et qvos Fideles nostri Reverendus Martinus de Kechet Episcopus Vesprimiensis etc. Oratores Vestri ad nos publico nomine missi, porrexerunt, attente audivimus. 1543. *Resp. Exord.* §. 2. 3.

## ARTICULUS XII.

*Episcopi Vesprimienses Praesides Commissionis Valachorum.*

1. Ex qvo Valachi in Regnis Croatiae et Sclavoniae in terris Dominorum et Nobilium residentes, per Commissionem superinde institutam, a jurisdictione Capitaneorum Confiniorum necdum sint exempti, ac restituti, statutum est, ut iidem Valachi per delegatos Commissarios, videlicet RR. D. Franciscum Ergelium Episcopum Vesprimiensem, Commissionis Praesidem restituantur. 1618. *Art.* 32.

2. Pro Valachorum restitutione effectuanda nominant Praesidem RR. D. Joannem Thelegdy Archiepiscopum Colocensem, aut eo impedito, RR. D. Georgium Lippay Episcopum Vesprimiensem. 1635. *Art.* 33. §. 2.

## ARTICULUS XIII.

*Episcopus Vesprimiensis deputatus Commissarius ad repurgationem alvei fluvii Rabae*

Ad repurgationem alvei fluvii Rabae, qvia nominatorum antea Commissariorum nonnulli decesserunt, RR. D. Stephano Chiky Episcopo Vesprimiensi adjungatur etc. 1630. *Art.* 14.

## ARTICULUS XIV.

*Episcopi Vesprimienses deputantur ad abolenda Telonia sicca.*

1. In Partibus Regni Cis-Danubianis RR. D. Georgius Lippay Episcopus Vesprimiensis. 1635. *Art.* 72. §. 4.

2. In Partibus Ultra-Danubianis RR. DD. Georgius Széchényi Vesprimiensis Episcopus. 1655. *Art.* 29. §. 3.

## ARTICULUS XV.

*Episcopus Vesprimiensis nominatur Caput Legationis in Poloniam ratione XIII. Oppidorum Scepusiensium.*

Legatio ratione eliberationis, Regnoqve Hungariae incorporationis Arcis Lublyo cum suis Pertinentiis, et XIII. Oppidorum Scepusiensium per Polonos possessorum, expediatur, et denominatur RR. D. Georgius Jakusith Electus Episcopus Vesprimiensis, qvi primas in illa legatione tenebit. 1638. *Art.* 39.

## ARTICULUS XVI.

*Episcopi Vesprimienses deputantur Exactores Rationum Contributionis.*

1. Pro Partibus Ultra-Danubianis: RR. D. Episcopus Vesprimiensis. 1597. *Art.* 11. §. 4.

2. Statuitur, ut D. Comes Regni Palatinus, soluta praesenti Diaeta, veluti Praeses; item: RR. D. Georgius Széchényi Episcopus Ecclesiae Vesprimiensis super universis publicis proventibus sufficientem rationem exigere valeant. 1649. *Art.* 99. §. 1.

## ARTICULUS XVII.

*Episcopi Vesprimienses deputati ad Commissionem Jaurinensem.*

1. Decernunt Status et Ordines, ut Commissio Jaurinensis terminetur, et in locum RR. D. Széchényi Episcopi Jaurinensis interessati RR. D. Stephanus Sennyey Episcopus Vesprimiensis essent substituti. 1659. *Art.* 79.

2. Ad cujus effectum a Statibus et Ordinibus sunt denominati Ill. et RR. D. Otto Joannes Bapt. Comes a Volkra Episcopus Vesprimiensis. 1715. *Art.* 43. §. 6.

## ARTICULUS XVIII.

*Episcopus Vesprimiensis deputatus ad Commissionem Comaromiensem.*

Qvia complures fundi domorum Civilium, et Curiarum nobilitarium Comaromiensium ad fortificationem novae Arcis, ibidem erectae, destructarum, ab incolis ejusdem loci ademti sunt, eisdemqve refundi debent, Status et Ordines decernunt, ut per RR. D. Stephanum Sennyey Episcopum Vesprimiensem etc. veluti deputatos, aeqvi valentes fundi demonstrentur, ac resignentur. 1662. *Art.* 39.

## ARTICULUS. XIX.

*Episcopus Vesprimiensis deputatus ad tractatum cum Austriacis de eductione vinorum Hungaricorum.*

Ad tractatum de inductione vinorum Hungaricorum in vicinas Provincias cum Statibus et Ordinibus Austriae, Status et Ordines Regni ex parte sua RR. DD. Vesprimiensem Episcopum pro Commissariis denominant. 1662. *Art.* 42.

## ARTICULUS XX.

*Episcopus Vesprimiensis deputatur pro revidendis Privatorum querelis in Regnis Croatiae et Sclavoniae.*

Qvantum ad privatorum qverelas attinet, ad peragendam Commissionem ex parte Regnicolarum nominantur RR. D. Georgius Draskovith Episcopus Jaurinensis, pro Praeside ejusdem Commissionis, vel eodem legitime impedito, Reverendus D. Georgius Jakusith Episcopus Vesprimiensis. 1638. *Art.* 52.

## ARTICULUS. XXI.

*Episcopi Vesprimiensis Exercituatio*

1. Pro Custodia Castri Posoniensis Episcopus Vesprimiensis educat Lanceas qvinqvaginta. 1433. *Art.* 31.

2. Episcopus Vesprimiensis Eqvites ducentos. 1498. *Art.* 20. §. 9.

## ARTICULUS XXII.

*Ex Bonis Episcopi Vesprimiensis deputati gratuiti labores.*

1. In Partibus Regni Transdanubianis: ad Simegh, et Egerszegh bona RR. D. Francisci

Erghelii Episcopi Vesprimiensis, propriae nempe eorum locorum pertinentiae. 1613. *Art.* 8. §. 10.

2. Ad Szentgrót et Szentgyörgyvára exceptis bonis praefati D. Episcopi Vesprimiensis. 1613. *Art.* 8. §. 14.

3. Ad Szalavár similiter exceptis bonis dicti D. Episcopi Vesprimiensis. 1613. *Art.* 8. §. 15.

4. Comitatuum Transdanubianorum: Ad Simegh, et Egerszegh RR. Francisci Erghelii Episcopi Vesprimiensis, propriae nempe eorum bonorum pertinentiae. 1618. *Art.* 49. §. 10.

5. Ad Szentgrót, et Szentgyörgyvára: exceptis bonis praefati D. Episcopi Vesprimiensis. 1618. *Art.* 49. §. 14.

6. Ad Szalavár similiter exceptis bonis dicti D. Episcopi Vesprimiensis. 1618. *Art.* 49. §. 15.

7. In Partibus Regni Transdanubianis: Ad Simegh et Egerszegh RR. D. Episcopi Vesprimiensis propriae earumdem pertinentiae. 1630. *Art.* 3. §. 11.

8. Ad Szentgrót et Szentgyörgyvára, demtis bonis dicti Episcopi Vesprimiensis. 1630. *Art.* 3. §. 16.

9. Ad Szalavár: similiter exceptis bonis dicti D. Episcopi Vesprimiensis. 1630. *Art.* 3. §. 17.

10. In Partibus Regni Cisdanubianis, ad Szalavár, exceptis bonis D. Episcopi Vesprimiensis. 1635. *Art.* 92. §. 31.

11. In Partibus Regni Ultradanubianis: Ad Simegh, et Egerszegh Arces RR. D. Francisci Erghelii Episcopi Vesprimiensis propriae earumdem pertinentiae, et S. Gothardi. 1622. *Art.* 36. §. 31.

12. Ad Szentgrót, et Szentgyörgyvára, demptis bonis dicti D. Episcopi Vesprimiensis. 1622. *Art.* 36. §. 35.

13. Ad Szalavár, similiter exceptis bonis D. Episcopi Vesprimiensis. 1622. *Art.* 36. §. 36.

14. Qvod universa bona, qvae D. Vesprimiensis possidet, tam ratione Episcopatus, qvam Praepositurae veteris Budensis, Albae-Regalis, et Prioratus Lövöldiensis, et alia, qvae habet in Comitatu Szaladiensi, et Simigiensi, sunt deputata ad arces ejusdem D. Episcopi Simegh, et Cómár: ita videlicet, qvod qvia Fortalitium Cómár magis indiget munitione, eapropter in eodem fortalitio Cómár tres partes omnium praefatorum bonorum suorum debebit administrare, et laborari facere: qvartam vero duntaxat partem in arce Simegh, qvae est longe munitior, 1556. *Art.* 7.

## ARTICULUS XXIII.

*Episcopus Vesprimiensis Oppidum Simegh muris cinxit.*

Regnicolae votis omnibus demisse expeterent, ut Sua Majestas Oppido Simegh, per RR. D. Georgium Széchényi, antea Vesprimiensem Episcopum muris cincto, necessarias munitiones benignissime subministrari facere dignetur. 1662. *Art.* 18. §. 1.

## ARTICULUS XXIV.

*Vesprimiensis Episcopus Ratam suam Contributionalem in milites Simigienses impendat.*

Cum RR. D. Episcopus Vesprimiensis Praesidiarios milites in Confinio Simighiensi propriis

sumtibus interteneat, contributionem istam in dictos milites Simigienses insumat. 1647. *Art.* 25. §. 3.

## ARTICULUS XXV.

*Confiniarii Decimas Episcopo Vesprimiensi solvant*

Conqveritur RR. Episcopus Vesprimiensis contra Confiniarios Keszthelyienses, Egerszegienses, Szentgrótienses, et Kemendienses de denegata sibi Decima, praedecessoribus suis alias per ipsos persolvi consveta, ac ipsi qvoqve D. Episcopo legitime debita; statuitur itaqve, ut praenominati Confiniarii debitam, et consvetam Decimam praelibato D. Episcopo, et Successoribus suis, pari prorsus ratione et modo, ut praedecessoribus suis Episcopis solvere debeant, et sint obligati. 1647. *Art.* 97.

## ARTICULUS XXVI.

*Praesidiarii se non imisceant in Telonium et Educillum Episcopi Vesprimiensis.*

1. Qvia Praesidiarii Vesprimienses, Egerszegienses, et Kis Comaromienses in praejudicium D. Episcopi Vesprimiensis, utpote Domini terrestris ad Telonia venientes, contra jura etiam, et Constitutiones Regni, turbare, et molestare, seseqve in eorumdem teloniorum exactionem ingerere non vererentur; ideo statuitur: ut a modo deinceps, neqve ad telonia venientes molestare, neqve ullum jus in telonia praenotata, multo minus proventus aliqvos eorum praetendere valeant? Ita neqve in Educillis ejusdem D. Episcopi, et Capituli Vesprimiensis in iisdem locis, vel bonis eorum

qvibuscunqve habitis, sese immisceant. 1647. *Art.* 141.

## ARTICULUS XXVII.

*Episcopus Vesprimiensis Petro Pethő, et hic vicissim eidem bona ademit.*

Petrus Pethő de Gerse, suo, et fratrum suorum nomine, in ipso Conventu nostro publico solemniter protestando, retulit nobis: qvod qvia D. Episcopus Vesprimiensis Castrum eorum Thadika, simul cum literis privilegialibus, factum bonorum ipsorum concernentibus, ac compluribus rebus eorum ac aliorum, annis Superioribus intercepisset, interceptumqve, simul cum juribus possessionariis, ad idem Castrum pertinentibus teneret: e converso vero idem Petrus Pethő, una cum fratribus suis, bona Episcopatus Vesprimiensis, Egerszegh, et Nova, non de manibus D. Episcopi, sed de aliorum occupasset; ideo suo, ut praemissum est, et fratrum suorum nomine se ad remittenda bona praedicti D. Episcopi obtulit, sive reddat ipse D. Episcopus Castrum eorum Thadika simul cum ingeniis, literisqve privilegialibus, et aliis rebus, in eodem Castro interceptis, sive non. 1542. *Noviz. Art.* 24.

## ARTICULUS XXVIII.

*Episcopus Vesprimiensis concurrit ad Academiam Ludovicaeam.*

Paulus Rosos de Szent-Király-Szabadgya Insignis Ordinis S. Stephani Eqves, Episcopus Vesprimiensis obtulit 10000. fl. 1808. *Art.* 7.

# TITULUS XXIV.

## *De Zagrabiensibus Episcopis.*

### ARTICULUS I.

*Zagrabienses Episcopi in Decretis commemorati.*

Stephanus. 1222. *Art.* 31. Michael. 1298. *Exord.* §. 3. Nicolaus. 1351. 1384. 1405. *I. ubique Concl.* Osvaldus. 1486. 1492. 1495. 1498. Lucas. 1500. 1504. 1508. *Concl.* 1522. *Art.* 36. Joannes de Erdőd. 1514. *Concl.* Simon. 1527. *Art.* 1. Frater Simon Bratulich. 1608. 1609. *Concl.* 1609. *Art.* 70. Petrus Domitrovich. 1525. *Concl et Art.* 23. Franciscus Erghelius. 1630. 1635. Benedictus Vinkovich. 1638. Martinus Bogdán. 1647. *Concl.* Petrus Petretich. 1649. 1655. 1659. 1662. *Concl et* 1655. *Art.* 100. 1659. *Art.* 95. 103. 1662. *Art.* 38. Martinus Borkovich. 1681. *Art.* 23. *et Concl.* Electus Alexander Mikulich. 1687. *Art.* 15. *et Concl.* Comes Joannes Draskovich. 1715. *Art.* 127. §. 1. Frater Emericus Eszterházy. 1715. *Art.* 24. 39. 72. 112. 116. 127. *et Concl.* Georgius Branyugh. 1729. *Art.* 21. 1741. *utrobique Concl.* Franciscus Thauszy. 1751. *Art.* 26. 1765. *utrobique Concl.* Maximilianus Verhovacz. 1791. 1892. 1796. 1802. 1805. 1807. 1808. 1811. *ubique Concl. et* 1791. *Art.* 67. 1802. *Art.* 26. Vacabat 1435. *II.* 1464. 1723. *Concl.*

### ARTICULUS II.

*Zagrabienses Episcopi in Comitiis.*

1: Michael Zagrabiensis Episcopus. 1298. *Exord.* §. 3.

2. Simon Episcopus Zagrabiensis. 1518. *festi S. Georg. Concl.*

## ARTICULUS III.

### *Zagrabiensis Episcopus Aulae Regiae Vice-Cancellarius.*

1. Datum per manus Venerabilis in Christo Patris D. Nicolai eadem, et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Ecclesiae Zagrabiensis, Aulae nostrae Vice Cancellarii, dilecti, et fidelis nostri. 1351. *Concl*

2. Datum per manus RR. in Christo Patris, et D. Eberhardi, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Zagrabiensis, Aulae nostrae Regiae Supremi Cancellarii, dilecti nostri et fidelis. 1405. *I. Concl.*

## ARTICULUS IV.

### *Episcopi Zagrabiensis Exercituatio.*

1. Episcopus Zagrabiensis Banderium Versus fluvium Wy. 1433. *Art.* 29. §. 2. et in Repartitione §. 2.

2. Episcopus Zagrabiensis Banderium nnum. 1498. *Art.* 20. §. 7.

## ARTICULUS V.

### *Episcopi Zagrabiensis testamentum pro utilitate publica discutiatur.*

Sunt insuper aliorum Praelatorum testamenta, videlicet qvondam Lucae Zagrabiensis, viderentur esse intelligenda, qvorum testamentarii aliqvi, licet sint mortui, prout qvondam D. Thomas Strigoniensis, qvi fuit dispositor Lucae Episcopi, res tamen superesse debent,

de qvibus una cum aliis rebus ejus est providendum. 1521. *Art.* 36.

## ARTICULUS VI.

*Episcopus Zagrabiensis redeat ad fidelitatem Ferdinandi Regis.*

Conclusum est, ut Simon Episcopus Zagrabiensis, qvi ex ordine Dominorum ad praestandam fidelitatem, Regiae Majestati debitam, hactenus ad Suam Majestatem venire noluerunt, ipsam fidelitatem, et obedientiam praefato D. N. clementissimo declarandam, ad festum B. Catharinae V. et M. coram Sua Majestate sese praesentare debeant, et teneantur; alioqvin poena criminis laesae Majestatis statim, et de facto proscripti, et condemnati habeantur. 1527. *Art.* 1.

## ARTICULUS VII.

*Zagrabiensis Episcopus deputatur pro Exactore Rationum contributionis.*

Pro Exactore Rationum priorum annorum in Sclavonia RR. Episcopus Zagrabiensis nominatur. 1604. *Art.* 4.

## ARTICULUS VIII.

*Episcopi Zagrabienses deputati ad Judicia.*

Ad Appellationem Praelati, RR. DD. Frater Simon Bratulich Zagrabiensis Episcopus. 1609. *Art.* 70. §. 8.

## ARTICULUS IX.

*Episcopi Zagrabienses deputati ad Commissiones limitaneas.*

1. Inter Croatiam ab una, parte vero ab altera Styriam et Carinthiam usqve ad Mare

RR.

RR. D. Petrus Domitrovich Episcopus Zagrabiensis. 1625. *Art.* 23. §. 5.

2. De metis porro Regni Sclavoniae et Croatiae cum vicinis Provinciis, potissimum vero cum I. Provincia Carnioliae usqve ad Mare Status et Ordines ad effectuationem Articulorum ex parte Regni RR. D. Episcopum Zagrabiensem denominari cupiunt. 1662. *Art.* 38.

3. Circa Carinthiam et Carnioliam: RR. D. Martinus Borkovich Episcopus Zagrabiensis. 1681. *Art.* 23. §. 5.

4. Circa Carinthiam et Carnioliam: RR: D. Alexander Ignatius Mikulich Episcopus Zagrabiensis. 1687. *Art.* 15. §. 5.

5. Circa Styriam ex parte Croatiae, et Carnioliam: Exc. ac Ill. D. Episcopus Zagrabiensis C. Emericus Eszterházy. 1715. *Art.* 39. §. 5.

6. Metarum itidem inter Provinciam Styriae et Carinthiae, ac Regna Croatiae et Sclavoniae, prout etiam de plaga terrae inter Legradienses in Comitatu Szaladiensi, ab una, et Possessiones Nagy, et Kis Attak cum una alia terrae parte Gradische appellata in Comitatu Crisiensi existentium Incolarum ab alia partibus subortas et vigentes controversias, ac alias similes, inter ipsos Regnicolas et Dominium Chaktornya emersas, commissione mediante per D. Episcopum Zagrabiensem accommodandas benigne resolvit. 1715. *Art.* 116. §. 3.

7. Circa Styriam, ex parte Croatiae et Carnioliae: Exc. ac Ill. D. Episcopus Zagrabiensis. 1723. *Art.* 17. §. 6.

8. Versus Styriam ex parte Croatiae Ill. DD. Episcopus Zagrabiensis. 1751. *Art.* 26.

9. Versus Styriam et Carnioliam ex parte Croatiae: Exc. Ill. ac RR. D. Franciscus Thau-

szy Episcopus Zagrabiensis Abbas B. M. V. de Thopuzka Perpetuus Comes de Berzeneze, utriusqve SS. C. et R. Apost. Maj. Actualis Intimus Consiliarius. 1765. *Art.* 16.

10. Versus Styriam et Carnioliam: Maximilianus Verhovacz Episcopus Zagrabiensis. 1802. *Art.* 26.

## ARTICULUS X.

*Episcopus Zagrabiensis nominatur Praeses Commissionis rectificationis Tricesimarum, et reformandi vectigalis.*

Informantur Status et Ordines multos abusus et exorbitantias circa Tricesimarum, et vectigalium Regiorum exactiones, et solutiones admitti; itaqve decernunt, certas Commissiones ad rectificandas ejusmodi exorbitantias esse instituendas, et qvidem in Regnis Croatiae, et Sclavoniae denominantur: pro Praeside: RR. D. Petrus Petréticz Episcopus Zagrabiensis. 1655. *Art.* 100. §. 1. 5.

## ARTICULUS XI.

*Zagrabiensis Episcopus deputatur ad complanandas querelas Civitatum Capronczae et Crisii.*

Civitas Capronczensis certum unum pagum Hlebine vocatum in territorio suo non ita pridem a D. loci illius Capitaneo locatum, certa etiam Promontoria, jura Montana, terras et faenilia, ac alia bona sua, et suae Parochiae, per antecessores moderni D. Capitanei ejusdem loci occupata, jam qvoqve per eundem D. Capitaneum detineri; Civitas vero

Crisiensis certos Sclavos, et Praedaucios, cum qvatuor circiter domibus Valachorum, in territorio superioris Civitatis locatos, debitam obedientiam antea, dum locarentur, promissam, detrectare, et alios etiam vicinos Valachos sylvas ac territoria ejusdem Civitatis alterius occupare conqveritur. Dignum proinde censent, et supplicant Regnicolae, ut praemissae justae ipsarum Civitatum instantiae, ad benignam Suae Majestatis demandationem, per specialem aliqvam particularem commissionem, medio certorum DD. Commissariorum videlicet. RR. D. Petri Petreticz Episcopi Zagrabiensis ex parte Regni ordinatorum, complanentur, et effectuentur. 1659. *Art.* 95. *Cf.* 1715. *Art.* 113. §. 1. et 13.

## ARTICULUS XII.

*Episcopus Zagrabiensis nominatur Commissarius ad Conjungendam superiorem et Inferiorem Civitatem Crisium.*

1. Cum libera ac Regia Civitas Superior et Inferior Crisiensis in duas prorsus independentes partes divisa sit, consultum censent Status et Ordines, ut eaedem partes et civitates sic divisae in unum Corpus uniri debeant; ad qvod exeqvendum RR. D. Petrus Petreticz Episcopus Zagrabiensis etc. pro Commissariis denominati sunt. 1659. *Art.* 103.

2. In locum autem demortuorum Commissariorum modernus Episcopus Zagrabiensis Comes Joannes Draskovich pro Commissariis denominantur. 1715. *Art.* 127. §. 1.

## ARTICULUS XIII.

*Episcopus Zagrabiensis ex parte Croatiae deputatur ad emendationem legum.*

Ex parte Croatiae D. Episcopus Zagrabiensis, qvibus legum, judiciorumqve emendandorum cura committitur. 1715. Art. 24.

## ARTICULUS XIV.

*Zagrabiensis* Episcopus *deputatur ad negotium Contributionis Austriacorum in Hungaria fundos possidentium.*

Pro Commissione ex parte Regni Hungariae per Status et Ordines Exc. ac Ill. D. Episcopus Zagrabiensis, denominati sunt. 1715. *Art.* 72. §. 4.

## ARTICULUS XV.

*Zagrabiensis* Episcopus *nominatur Commissarius pro transferendo Generalatu Varadinensi.*

Sacra Majestas Caesarea et Regia statuit, et resolvit: ut proxime instituenda Commissio cum interventu Episcopi Zagrabiensis, modum et occasionem transferendi Generalatus Varadinensis exqvirat. 1715. *Art.* 113.

## ARTICULUS XVI.

*Episcopus Zagrabiensis in sua Diaecesi fundationum pro juventute factarum inspectionem instituat.*

Ex paterna, qva erga juventutem fertur, clementia, Apostolicoqve erga pias fundationes

zelo, benigne decrevit Sua Majestas Sacratissima, ut modernus Episcopus Zagrabiensis, tamqvam Suae Majestatis Sacratissimae specialiter ad id delegatus, finita mox Diaeta, in sua Diacesi habitarum piarum qvarumvis fundationum, Seminariorum item, Convictuum, et Collegiorum, pro juventute Ecclesiastica, aut seculari destinatorum, inspectionem, cum Rationum qvoqve exactione, et utrum fundationi satisfiat, investigatione instituat, desuperqve fidelem relationem eidem Suae Majestati faciat, ac super eo, qvaliter comperiendos nefors defectus tolli, vel emendari posse censeret, opinionem qvoqve submittat, cum hujus executione ad superventuram eatenus benignam Resolutionem praestolando. 1729. Art. 21.

## ARTICULUS XVII.

*Episcopus Zagrabiensis scribitur simul Abbas de Thopuzka, et Comes Perpetuus de Berzencze.*

Excellentissimus, Illustrissimus ac RR. D. Franciscus Thauszy Episcopus Zagrabiensis, Abbas B. M. V. de Thopuszka, Perpetuus Comes de Berzencze, utriusqve Sacratissimae Caesareae, et Regio Apostolicae Majestatis Actualis Intimus Consiliarius. 1765. *Art.* 16.

## ARTICULUS XVIII.

*Episcopus Zagrabiensis in Ecclesiasticis deputatur.*

In Ecclesiasticis: Maximilianus Verhovacz Episcopus Zagrabiensis. 1791. *Art.* 67.

## ARTICULUS XIX.

*Episcopus Zagrabiensis ab Ecclesiasticis semet a Diaeta absentantibus poenam desumat.*

Conclusum est: ut tales, ad Diaetam per Regales invitati, qvi neqve per se in Diaeta comparerent, neqve ad eandem, si legitime impediti essent, Ablegatos suos transmitterent, vel sese sine licentia Suae Majestatis, vel D. Comitis Palatini, aut D. Personalis Praesentiae, ex Diaeta subducerent, in poena, in Art. 1. A. 1498 declarata; illi vero, qvi contra prohibitionem Suae Majestatis, vel D. Comitis Palatini, vel vero D. Personalis Praesentiae ex ipsa Diaeta abscederent, vel vero authentice admoniti, licet sub Diaeta adessent, a consessionibus tamen diaetalibus contumaciter se absentarent, in dupla convicti sint eo facto. Ac poena hujusmodi, in Sclavonia et Croatia per Magistrum Prothonotarium illius Regni, habita, qvoad Ecclesiasticas personas, cum D. Zagrabiensi Episcopo correspondentia, executio impendi possit. 1662. *Art.* 53.

## ARTICULUS XX.

*Ad revisionem terreni Episcopi Zagrabiensis inter Vunnam et Colapim siti cum Statu Militari controversi Commissio ordinatur.*

Ad avertendas confusiones, colendamqve inter Regnicolas et militiam confiniariam mutuam amicitiam, pacem atqve tranqvillitatem, ad revisionem Terreni inter Vunnam et Colapim fluvios existentis, interqve D. Episcopi

Zagrabiensis Abbatiam ac Ecclesiam, nec non idem Capitulum Zagrabiense ab una, ac militiam Confiniariam, partibus ab altera controversi accedente Suae Majestatis Sacratissimae annuentia, denominantur Commissarii. 1715. *Art.* 61.

## ARTICULUS XXI.

*Molendinum in fluvio Chernacz in praejudicium Episcopi Zagrabiensis non reaedificetur.*

Ex qvo certum in RR. D. Episcopi Zagrabiensis territorio, in decursu fluvii Chernacz, praeter scitum et reqvisitionem ejusdem Episcopi, contra Art. 33. 1618. in maximum Episcopalis, et aliorum vicinorum, territorii detrimentum, qvatuor rotarum molendinum, violenter exstructum, casu qvodam sit demolitum, ne amplius in tantum dicti Episcopi Zagrabiensis, et aliorum vicinorum detrimentum possit reaedificari, decernitur. 1635. *Art.* 41.

## ARTICULUS XXII.

*Succisio Sylvarum Episcopi Zagrabiensis Militaribus prohibetur.*

Ad damnosam roborum et lignorum in sylvis Episcopatus Zagrabiensis magno damno et praejudicio indebite usurpatam succisionem abrogandam, militaribus sua via districtim sese commissuram benignissime resolvit Sua Majestas Sacratissima, qvatenus ab excessibus hujusmodi imposterum abstinere debeant, 1751. *Art.* 34.

## ARTICULUS XXIII.

*Episcopatus Zagrabiensis Victualium depositionis locus Oppidum Welika.*

Loca depositionis Victualium erunt: Veröcze, Ujudvar et Welike. Bona Episcopatus Zagrabiensis ad Welike conducere, locareqve debeant, et teneantur. 1538. *Art.* 14. *Sclav.*

## ARTICULUS XXIV.

*Episcopus Zagrabiensis concurrit ad Academiam Ludovicaeam.*

Maximilianus Verhovacz, Actualis Intimus Status Consiliarius Episcopus Zagrabiensis, obtulit 12000 fl. 1808. *Art.* 7.

Maximilianus Verhovacz ad Summam 12000 fl. sub Comitiis A. 1808, oblatam addidit 5000 fl. 1811. *Art.* 2.

### *De Archiepiscopis Titularibus.*

## TITULUS XXV.

### *De Archiepiscopo Jadrensi.*

Petrus Archiepiscopus Jadrensis. 1384. Sedes vacat. 1435. II. *Concl.*

## TITULUS XXVI.

### *De Archiepiscopis Ragusiensibus.*

Petrus Archiepiscopus Ragusiensis. 1384. Andreas. 1405. I. *Concl.*

## TITULUS XXVII.

### *De Archiepiscopis Spalatensibus.*

Dominicus Archiepiscopus Spalatensis. 1351. Ugolinus. 1384. Andreas. 1405. I. Dionysius. 1435. II. *Concl.*

## TITULUS XXVIII.

### *De Episcopis Almisiensibus.*

### ARTICULUS I.

*Almisienses Electi Episcopi in Decretis commemorati.*

Georgius Fenyessy Electo Almisiensi. 1681. *Art.* 23. et *Concl.* Ladislao Piber Electo Almisiensis Ecclesiae Episcopo. 1715. *Art.* 39. et *Concl.* Jam mortuus. 1723. Art. 17. Paulus Olasz. 1723. 1729. *Concl.* Paulus Bartakovich. 1741. *Concl.* 1751. *Concl.* Stephanus Nic. Jaklin. 1765. *Concl.* Emericus Vajkovich. 1791. 1792. 1796. *Concl.*

### ARTICULUS II.

*Almisienses Episcopi deputati ad Commissiones limitaneas.*

1. Circa Silesiam: RR. D. Georgius Fenyessy Episcopus Almisiensis. 1681. *Art.* 23. §. 3.

2. Circa Silesiam: Episcopus Almisiensis Ladislaus Piber. 1715. Art. 39. §. 3.

3. Circa Silesiam: Loco demortui Ladislai Piber Episcopi Almisiensis, Joannes Okolichányi. 1723. *Art.* 17. §. 4.

# TITULUS XXIX.

## *De Electis Episcopis Ansariensibus.*

### ARTICULUS I.

*Electi Episcopi Ansarienses in Decretis commemorati.*

Joannes Kiss. 1715. *Art.* 59. et *Concl.* 1723. 1729. 1741. *Concl.* Paulus Orosz. 1751. Emericus Okolichanyi. 1791. 1792. Paulus Rosos. 1796. 1804. *Concl.* 1805. *Concl.* Alexander Rudnay de Eadem, et Divék Ujfalu. 1808. 1811. *Concl.*

### ARTICULUS II.

*Electus Episcopus Ansariensis ad elaborandum Systema in Politicis, Oeconomicis et militaribus deputatus.*

Honorabilis Joannes Kis Episcopus Ansariensis, et Ecclesiae Agriensis Praepositus Major. 1715. *Art.* 59. §. 2.

### ARTICULUS III.

*Concurrit ad Ludovicaeam.*

Idem Episcopus Ansariensis Canonicus Strigoniensis, et Vicarius Generalis, obtulit pro Academia Ludovicaea 1000 fl. 1808. Art. 7.

# TITULUS XXX.

## *De Electis Episcopis Arbensibus.*

### ARTICULUS I.

*Electi Episcopi Arbenses in Decretis commemorati.*

Paulus Spaczay. 1715. *Art.* 112. et *Concl.* 1723. 1729. 1741. *Concl.* Josephus Szent Jllo-

nai. 1765. C. Cajetanus a Sauer. 1795. 1792. 1796. 1802. 1805. 1807. 1808. *ubique Concl.*

## ARTICULUS II.

*Electus Arbensis Episcopus deputatur ad revisionem Controversiae Metalis inter Dominia Sztrechen, et Budetin.*

Occasione metarum in certis Possessionibus ad Sztrechen Familiae Eszterhazy et Budetin, Familiae Szunyogh Dominia Spectantibus, hactenus controversarum, pro revisione, finaliqve ejusdem causae determinatione, atqve decisione, denominati sunt pro Judicibus, seu Commissariis; Paulus Spaczay Episcopus Arbensis. 1715. Art. 112.

## ARTICULUS III.

*Episcopus Arbensis concurrit pro Academia Ludovicaea.*

C. Cajetanus Sauer, Episcopus Arbensis Insignis Ordinis S. Stephani Eqves, Capituli M. Varadinensis Praepositus Major, et Tabulae Septemviralis Assessor oblulit 2000 fl. 1808. *Art.* 7.

# TITULUS XXXI.

## *De Electis Episcopis Bacensibus.*

Liber Baro Emericus Perényi Bacensis Ecclesiae Electus Episcopus. 1791. 1792. 1796. 1802. 1805. 1807. 1808. 1811. *ubiqve Concl.* Idem Canonicus, Strigoniensis, Praepositus Major obtulit pro Academia Ludovicaea 2000 fl. 1808. Art. 7.

## TITULUS XXXII.

### *De Episcopis Belgradensibus, et Samandriensibus.*

Stephanus Kazo Electus Belgradensis. 1715. C. Franciscus Antonius Engel de Wagrain Belgradensis et Samandriensis. 1741. Stephanus Pucz Belgradensis seu Samandriensis. 1765. Nicolaus Konde. 1792. 1796. Josephus Vilt. 1802. 1805. *ubique Concl.* Alexander Bodonyi Consecratus Belgradensis, et Samandriensis Episcopus. 1808. *Concl.*.

## TITULUS XXXIII.

### *De Electis Episcopis Biduanensibus.*

#### ARTICULUS I.

**E***lecti Episcopi Biduanenses in Decretis commemorati.*

Antonius Hermannus B. Pechmann. 1723. Samuel Engelmayer. 1751. 1765. Franciscus Miklóssy. 1791. 1792. 1796. 1802. *Concl.*

#### ARTICULUS II.

**E***lectus Episcopus Biduanensis ad Commissionem limitaneam deputatus.*

Versus Transylvaniam: Franciscus Miklóssy Episcopus Biduanensis. 1791. *Art.* 68. 1802. *Art.* 26.

## TITULUS XXXIV.

### *De Electis Episcopis Bosonensibus.*

Joannes Ludovicus L. B. Schwartzer Electus Episcopus Bosonensis. 1796. *Concl.* L. B.

Carolus Perényi. 1808. 1811. *Concl.* Idem Canonicus Strigoniensis et Tabulae Septemviralis Assessor obtulit pro Academia Ludovicaea 500 fl. praeterea qvoad vixerit, annue pendendos 100 fl. 1808. *Art.* 7.

## TITULUS XXXV.

### *De Electis Episcopis Catariensibus.*

### ARTICULUS I.

*Electi Episcopi Catarienses in Decretis commemorati.*

Franciscus L. B. Mednyanszky. 1715. 1723. 1729. Stephanus Nozdroviczky. 1741. Nicolaus Konde. 1791. 67. *et ubiqve Concl.* Paulus Szegedy de Mezö Szeged. 1808. 1811. *Concl.*

### ARTICULUS II.

*Episcopus Catariensis in Juridicis Deputatus.*

In Juridicis: Nicolaus Konde Electus Episcopus Catariensis. 1791. *Art.* 67. Paulus Szegedy. 1805. *Concl.*

### ARTICULUS III.

*Episcopus Catariensis concurrit ad Academiam Ludovicaeam.*

Paulus Szegedy de Mezö Szeged Episcopus Catariensis obtulit 2000 fl. 1808. *Art.* 7.

# TITULUS XXXVI.

## *De Electis Episcopis Corbaviensibus.*

### ARTICULUS I.

*Corbavienses Episcopi in Decretis commemorati.*

Vacabat. 1384. 1405. I. *utrobiqve Concl.* Vitus. 1435. II. Joannes Salix. 1655. Mathaeus Szent Tamásy. 1659. 1662. Georgius Horváth. 1681. *Art.* 16. 23. 28. et *Concl.* C. Valentinus Drugeth. 1687. *Concl.* seu Modrusiensis et Segniensis. C. Adamus Benedictus Rathay. 1715. Nicolaus Pohmaievich. 1723. 1729. Joannes Antonius de Benzoni. 1741. Georgius Wolf Chiolich de Lewensperg Segniensis et Modrusiensis, seu Corbaviensis. 1751. Pius Manzador. 1765. Joannes Jessich. 1791. 1792. 1796. 1802. 1805.

### ARTICULUS II.

*Corbaviensis Episcopus deputatus ad Commissionem limitaneam.*

Circa Transylvaniam: RR. D. Georgius Horváth Episcopus Corbaviensis. 1681. *Art.* 23. §. 7.

### ARTICULUS III.

*Corbaviensis Episcopus deputatus ad exigendas Rationes restantiarum.*

In Partibus Superioribus: RR. D. Georgius Horváth Episcopus Corbaviensis. 1681. Art. 16. §. 2.

### ARTICULUS IV.

*Episcopus Corbaviensis deputatus ad Judicia Praelatus Tabulae.*

Pro Praelato ad Tabulam Regiam RR. D. Georgium Horváth Episcopum Corbaviensem. 1681. *Art.* 26. §. 1.

## TITULUS XXXVII.

## *De Electis Episcopis Corczolensibus.*

### ARTICULUS I.

*Electi Episcopi Corczolenses in Decretis commemorati.*

Joannes Junior Kis. 1723. Antonius de Reva. 1765. Gabriel Zerdahelyi. 1791. Art. 67. 1792. 1796. *ubique in Concl.* Comes Ladislaus Cháky. 1805. 1807. 1808. 1811. *Concl.*

### ARTICULUS II.

*Episcopus Corczolensis in Gravaminibus deputatus.*

In Gravaminibus: Gabriel Zerdahelyi Episcopus Corczolensis. 1791. *Art.* 67.

### ARTICULUS. III.

*Episcopus Corczolensis concurrit pro Academia Ludovicaea.*

Comes Ladislaus Chaky de Keresztszeg Episcopus Corczolensis, Capituli M. Varadinensis Custos et Canonicus obtulit 6000 fl. 1808. *Art.* 7.

## TITULUS XXXVIII.

### *De Electis Episcopis Drivestensibus.*

Josephus Petheö Electus Episcopus Drivestensis. 1791. 1792. 1796. 1802. *Concl.* 1805. 1808. *Concl.*

## TITULUS XXXIX.

### *De Electis Episcopis Dulcinensibus.*

#### ARTICULUS I.

*Episcopi Dulcinenses in Decretis commemorati.*

Ladislaus Szörényi Electus Episcopus Dulcinensis. 1723. *Art.* 17. 1729. *utrobiqve Concl.* Jacobus Fabri. 1741. 1751. Gabriel Ordódy. 1765. Franciscus Szányi. 1796. L. B. Stephanus Fischer. 1802. *ubiqve Concl.* Joannes Nep. Arady. 1805. 1808. Stephanus Gosztonyi. 1811. *Concl.*

#### ARTICULUS II.

*Episcopus Dulcinensis deputatus ad Commissionem limitaneam.*

Circa Moraviam: Ladislaus Szörényi Electus Episcopus Dulcinensis. 1723. *Art.* 17. §. 3.

#### ARTICULUS III.

*Episcopus Dulcinensis concurrit ad Academiam Ludovicaeam.*

Joannes Arady Episcopus Dulcinensis Lector, et Canonicus Vicarius Generalis Strigoniensis obtulit 1500 fl. 1808. *Art.* 7.

TITULUS

# TITULUS XL.

## *De Electis Episcopis Dulmensibus.*

Georgius Zorger Electus Episcopus Dulmensis. 1723. David Zsolnay. 1802. *ubiqve Concl.* 1805. Josephus Nejedly Electus Episcopus Dulmensis. 1811. *Concl.*

# TITULUS XLI.

## *De Electis Episcopis Makariensibus.*

Jacobus Makariensis Ecclesiae Episcopus. 1384. *Concl.* Waltherus de Schoppen Electus Episcopus Makariensis. 1715. Paulus Ignatius Névery. 1723. 1729. Stephanus Keczer. 1741. 1751. C. Sigismundus Keglevich. 1765. 1791. 1792. 1796. 1802. 1805. *ubiqve Concl.* Nicolaus Rauscher Electus Episcopus Makariensis. 1808. 1811. *Concl.* Obtulit pro Academia Ludovicaea 1000. fl. *Art.* 7.

# TITULUS XLII.

## *De Electis Episcopis Modrusiensibus seu Corbaviensibus et Segniensibus.*

### ARTICULUS I.

#### *Electi Episcopi Modrusienses in Decretis commemorati.*

Nicolaus Modrusiensis Ecclesiae Episcopus. 1464. Christophorus. 1495. 1498. Ferdinandus de Frangepanibus. 1508. *Concl.* Vacat. 1608. 1609. Et Segniensis Electus Episcopus. Joannes Bapt. Agatich. 1625. 1630. 1635. 1638. Frater Andreas Francisci. 1642. 1649. Petrus Mariani. 1655. 1659. *Concl. et* 1655. *Art.* 71. 1662. *Concl.*

Frater Hiacynthus Dymitri 1681. *Concl.* Vacat. 1687. C. Adamus Benedictus Ratkay. 1715. *Concl.* Modrusiensis, seu Corbaviensis et Segniensis Episcopus Nicolaus Pohmajevich. 1723. 1729. Joannes Antonius de Benzoni. 1741. Georgius Chiolich. 1751. Pius Manzador. 1765. Joannes Jessich. 1791. 1792. 1796. 1802. 1805. *ubiqve Concl.*

### ARTICULUS II.

*Episcopus Modrusiensis deputatus ad restitutionem Castri Berlegh, et revisionem metarum controversarum.*

De metis et gravaminibus, ac territoriis, reliqvisqve in Art. 32. A. 1649. contentis, renovatur idem Articulus, addito etiam gravamine Spect. ac Magnif. Comitis Georgii de Frangepanibus a Tersath super restitutione Castri Berlegh, super qvibus Commissio antea ordinata, assumatur; ad qvam ex parte Regni RR. Petrus Mariani Segniensis, et Modrusiensis Episcopus per Status et Ordines Regni Commissarii denominantur. 1655. *Art.* 71.

## TITULUS XLIII.

## *De Episcopis Noviensibus.*

### ARTICULUS I.

*Episcopi Novienses in Decretis Commemorati.*

Demetrius 1384. Vacat. 1435. Franciscus Gorup. 1659. Nicolaus Balogh. 1681. Andreas Péterffy. 1687. *Art.* 15. Joannes Okolichányi. 1715. 1723. *Art.* 17. 1729. C. Franciscus Zichy. 1741. Baro Adamus Patachich. 1751. C. Franciscus Berchthold. 1765. Andreas Szabó. 1791.

*Art.* 67. 1792. 4796. 1802. Joannes Vancsay. 1805. *ubiqve Concl.*

## ARTICULUS II.

*Electus Episcopus Noviensis ad Commissionem limitaneam deputatus.*

1. Circa Silesiam: RR. D. Andreas Péterffy Episcopus Noviensis. 1687. *Art.* 15. §. 3.
2. Circa Silesiam: Joannes Okolicsányi Electus Episcopus Noviensis, et Tabulae Majestatis Suae Sacratissimae Praelatus. 1723. *Art.* 17. §. 4.

## ARTICULUS III.

*Episcopus Noviensis in Literariis deputatus.*

In Literariis: Andreas Szabó Electus Episcopus Noviensis. 1791. *Art.* 67. Andreas Pál Electus Episcopus Noviensis. 1811. *Concl.*

# TITULUS XLIV.

## *De Episcopis Pharensibus.*

Benedictus Pharensis Episcopus. 1384. Vacat. 1435. *II.* Electus L. B. Emericus Pongrácz. 1715. 1723. Franciscus L. B. Péterffy. 1729. Antonius Baro Gaum. 1751. Emericus Carolus Raffay. 1805. *Concl.* 1807. 1808. 1811. *Concl.*

Episcopus Pharensis, et Praepositus Capituli Zagrabiensis Emericus Raffay, suo, et antelati Capituli Zagrabiensis nomine offert pro Academia Ludovicaea 5000. fl. 1811. *Art.* 2.

## TITULUS XLV.

### *De Episcopis Pristinensibus.*

Joannes Racsay Electus Pristinensis Episcopus. 1723. Antonius Mandich. 1791. *Art.* 67. 1792. 1796. 1802. 1805. In Urbarialibus deputatus. 1791. *Art.* 67. Georgius Kurbélyi. 1808. *Concl.* Ill. Princeps Ernestus a Schwartzenberg. 1811. *Concl.*

## TITULUS XLVI.

### *De Electis Episcopis Rosonensibus.*

Comes Vincentius Zucconi Electus Episcopus Rosonensis. 1625. 1630. 1635. Joannes Chrysost. de S. Petronilla. 1638. 1647. 1649. Frater Joannes Caramuel. 1655. Joannes Bapt. Bartóty. 1659. seu Barsotti. 1662. Jacobus Hasko. 1681. 1687. Comes Paulus Forgách. 1715. 1723. 1729. 1741. Joannes Terlanday. 1765. Ignatius Bärnkopf. 1805. 1808. *Ubique Concl.* Obtulit pro Academia Ludovicaea 1000. fl. 1808. *Art.* 7. Alexander Alagovich. 1811. *Concl.*

## TITULUS XLVII.

### *De Electis Episcopis Samandriensibus.*

#### ARTICULUS I.

*Episcopi Samandrienses in Decretis commemorati.*

Franciscus Folnay Electus Episcopus Samandriensis. 1655. *Art.* 30. 29. 51. 1659. 1662. Godefridus Kapaun. 1681. 1687. Et Belgradensis: Comes Franciscus Antonius Engel. 1741. Stephanus Pucz. 1765. Nicolaus Konde. 1792.

1796. Consecratus Josephus Vilt. 1802. 1805. *ubiqve in Concl.*

### ARTICULUS II.

*Episcopus Samandriensis deputatus ad Commissionem limitaneam.*

Ex parte metarum inter Regnum Hungariae, et Styriam: RR. D. Franciscus Folnay Episcopus Samandriensis. 1655. *Art.* 30. §. 6.

### ARTICULUS III.

*Episcopus Samandriensis deputatus ad investiganda Telonia sicca.*

In Partibus Ultradanubianis: RR. D. Franciscus Folnay Samandriensis Episcopus. 1655. *Art.* 29. §. 3.

### ARTICULUS IV.

*Episcopus Samandriensis nominatus pro Praelato Tabulae.*

In Partibus Cis, et Ultradanubianis ad Tabulam pro Praelato: D. Franciscus Folnay Samandriensis Episcopus. 1655. *Art.* 51. §. 3.

## TITULUS XLVIII.

*De Electis Episcopis Sardicensibus.*

Daniel Hersching Electus Episcopus Sardicensis. 1791. 1792. 1796. 1802. *ubiqve Concl.* Josephus Vurum. 1811. *Concl.*

# TITULUS XLIX.

## *De Electis Episcopis Scardonensibus.*

### ARTICULUS I.

*Episcopi Scardonenses in Decretis commemorati.*

Michael Episcopus Scardonensis. 1384. Vacavit. 1405. *I.* 1435. *II.* Electus Frater Paulus Ivanovich. 1659. Joannes Szászy. 1662. Joannes Kálmanczay. 1681. *Art.* 23. 11. Joannes Bachich. 1687. Michael Verbanich. 1715. 1723. 1729.

### ARTICULUS II.

*Episcopus Scardonensis ad Commissionem limitaneam deputatus.*

Circa Austriam: RR. D. Joannes Kálmanczay Episcopus Scardonensis, et Praepositus Posoniensis. 1681. *Art.* 23. §. 1.

### ARTICULUS III.

*Episcopus Scardonensis ad restituenda bona confiscata deputatus.*

In Partibus Transdanubianis: Joannem Kálmanczay Episcopum Scardonensem. 1681. *Art.* 11. §. 7.

# TITULUS L.

## *De Electis Episcopis Scopiensibus.*

Joannes Hedervráry Electus Episcopus Scopiensis. 1659. Vacat. 1662. Andreas Szily. 1681. Franciscus Chikulini. 1687. Joannes Bublovich. 1715. 1723. Baro Stephanus Luzsinszky. 1729. Alexander Bodonyi. 1805. *ubique Concl.*

# TITULUS LI.

## *De Electis Episcopis Scutariensibus.*

### ARTICULUS I.

*Electi Episcopi Scutarienses in Decretis commemorati.*

Joannes de Zilka Electus Episcopus Scutariensis. 1715. Paulus Zichy. 1723. Joannes Fonyó. 1751. Alexander Fonyó. 1765. Daniel Mitterpacher. 1791. *Art.* 67. 1792. 1796. 1802. 1805. 1807. 1808. 1811. *ubique Concl.*

### ARTICULUS II.

*Episcopus Scutariensis in Ecclesiasticis deputatus.*

In Ecclesiasticis: Daniel Mitterpacher Episcopus Scutariensis. 1791. *Art.* 67.

# TITULUS LII.

## *De Episcopis Serbiensibus.*

### ARTICULUS I.

*Serbienses Electi Episcopi in Decretis commemorati.*

Georgius Foglár Electus Episcopus Serbiensis. 1723. 1729. 1741. *Art.* 44. 1751. Josephus Mártonffi. 1796. *ubique Concl.*

### ARTICULUS II.

*Serbiensis Episcopi fundatio Studii Juridici Agriae.*

Laudabili, et non grata tantummodo memoria, sed et imitatione dignissimo exemplo

Illustriss. et RR. D. Georgius Foglár Electus Episcopus Serbiensis, Praepositus Albae, V. Capituli Cathedralis Ecclesiae Agriensis Lector et Canonicus, ac Exc. Ill. ac RR. D. Comitis Gabrielis Antonii de Monyoró Kerék Episcopi Agriensis etc. in Spiritualibus Vicarius et Causarum Auditor Generalis, amore boni publici pro erudienda in Jure patrio nobili juventute Agriae Studium Juridicum, virtute literarum suarum fundationalium, in Archivo praememorati Capituli repositarum, instituit. Et siqvidem hujus Instituti rite ac debite, atqve ad tenorem antelatarum Fundationalium administrandi curam Comitatui Hevesiensi, mentionato Capitulo Agriensi, et praelibato D. Comiti Episcopo, ejusdemqve in hoc Episcopatu successoribus concredidisset, Supremam vero Directionem Curiae Regiae Sacrae Regiae Majestatis commendasset; hinc ut adeo proficua antelati D. Episcopi intentio, et Instituti istius, Curiae ut praemissum est, Regiae commendata suprema directio jugi memoria teneatur, ac et hinc debitum effectum eo magis sortiatur, Status et Ordines Regni negotium fundationis praescriptae in publicis etiam Constitutionibus Regni commemorandum, et hac qvoqve ratione ab omni, qvam tractus et vicissitudo temporum inducere consvevit, oblivione praeservandum censuerunt. 1741. *Art.* 44.

## TITULUS LIII.

### *De Electis Episcopis Sibinicensibus.*

Matthaeus Electus Episcopus Sibinicensis. 1384. Vacat. 1405. *I.* 1435. *II.* Ignatius de Lovina Electus Episcopus. 1715. C. Emericus Ju-

nior Eszterházy. 1723. 1729. Franciscus Xav. Lauchaz. 1751. 1765. *ubiqve Concl.*

# TITULUS LIV.

## *De Episcopis Sirmiensibus.*

### ARTICULUS I.

*Sirmienses Episcopi in Decretis commemorati.*

Frater Thomas Episcopus Seremiensis. 1351. Joannes 1384. Vacat. 1405. *I.* Jacobus 1435. Urbanus 1462. 1464. Joannes. 1486. Stephanus 1492. Vacat 1495. 1498. Nicolaus de Bochka Electus Sirmiensis. 1500. Stephanus: 1504. Joannes Orzágh de Gut. 1508. 1514. Ladislaus Majthényi. 1608. 1609. *Art.* 70. 1622. *Art.* 43. 1618. *Art.* 12. 64. Gregorius Nagyfalvi. 1625. 1630. 1635. Nicolaus Böjthe. 1638. Petrus Mariani. 1647. *Art.* 71. 1649. *Art.* 32. Petrus Jurievich. 1655. 1659. Frater Petrus de Tauris. 1662. Franciscus Jány. 1681. 1687. Petrus Bakith. 1715. Franciscus Josephus Vernich. 1723. Gabriel Patachich. 1729. Ladislaus Szörényi. 1741. 1751. Joannes Paxy. 1765. Matthaeus Kerticza. 1791. 1792. 1796. 1802. Vacat. 1805.

### ARTICULUS II.

*Sirmiensis Episcopus cavet penes Regem de non exigenda taxa.*

Urbanus Episcopus Sirmiensis. 1462.

### ARTICULUS III.

*Sirmiensis Episcopus Locumtenens Personalis Praesentiae.*

Stephano Sirmiensis Ecclesiae Episcopo, et in Judiciis Personalis Praesentiae nostrae Locumtenente. 1504. *Concl.*

## ARTICULUS. IV.

*Sirmiensis Episcopus deputatur pro Praelato Tabulae.*

1. Nominatur in Partibus Cis, et Ultradanubianis, ad Tabulam Suae Majestatis Regiam: RR. DD. Ladislaus Majthényi Sirmiensis Episcopus. 1609. *Art.* 70. §. 3.

2. Nominatur in Partibus Regni Superioribus pro Praelatis: RR. D. Ladislaus Majthényi Sirmiensis Episcopus. 1618. *Art.* 64. §. 1. Pro Partibus Cis, et Ultradanubianis: praefatus D. Ladislaus Majthényi. 1618. *Art.* 64. §. 3.

3. In Partibus Cis, et Ultradanubianis pro Praelatis RR. DD. Ladislaus Majthényi Sirmiensis Episcopus. 1622. *Art.* 43. §. 3.

## ARTICULUS V.

*Sirmiensis Episcopus ad complanandas controversias territoriorum deputatus.*

De metis, et gravaminibus, ac territoriis circa mare Adriaticum, ac praesertim de Arcibus Starigrad, et Jablanacz, familiae Frangepanicae resignandis, et Segniensi Civitate in suam priorem libertatem vendicanda, ac Tricesima ejusdem, hactenus per Capitaneos loci in privatos usus conversa, in posterum ad publicam Civitatis illius reaedificationem deputanda; ac tandem de Arce Tersat Regno incorporanda, Articuli renovantur et Commissio superinde reassummenda decernitur, ad qvam ex parte Regni RR. D. Petrus Mariani Episcopus Sirmiensis pro Commissario deputatur. 1649. *Art.* 32.

### ARTICULUS VI.

*Sirmiensis Episcopus ad Commissionem limitaneam deputatur.*

Circa Poloniam, ac XIII. Oppida, et villas ad Arcem Lublyo pertinentes RR. D. Ladislaus Majthényi Episcopus Sirmiensis. 1618. *Art.* 12. §. 1.

### ARTICULUS VII.

*Sirmiensis Episcopus nominatus pro recipiendis bonis ad Austriam possessis.*

Ad Partes Maritimas RR. D. Petrus Mariani Episcopus Sirmiensis. 1647. *Art.* 71. §. 2.

### ARTICULUS VIII.

*Sirmiensis Episcopi Exercituatio.*

Episcopus Sirmiensis Eqvites qvinqvaginta. 1498. *Art.* 20. §. 12.

## TITULUS LV.

### *De Episcopis Stagnensibus.*

Matthias Markl Electus Episcopus Stagnensis. 1723. Joannes Pelaz. 1729. *utrobiqve Concl.*

## TITULUS LVI.

### *De Episcopo Szvidnicensi cum Ecclesia Catholica unito.*

Qvod concernit Episcopi Szvidnicensis cum Ecclesia Catholica uniti ex Monasterio Marchensi exclusionem, aliosqve contra Simeonem Philipovich insinuatos excessus, fundate indagari

curabit, superindeqve condignam animadversionem, et praeterea damnificatis competentem reparationem decerni faciet altefata sua Regia Majestas. 1741. *Art.* 46. §. 5.

## TITULUS LVII.

### *De Electis Episcopis Temnensibus.*

Joannes Sigray Electus Episcopus Temnensis. 1715. Michael Kébel. 1723. 1729. Joannes Stehenich. 1751. 1765. *ubiqve Concl.*

## TITULUS LVIII.

### *De Electis Episcopis Tinniniensibus.*

### ARTICULUS I.

*Tinninienses Episcopi in Decretis commemorati.*

Andreas Tinniniensis Ecclesiae Episcopus 1351. Paulus. 1384. Vacat. 1405. *I.* Joannes. 1435. *II.* Demetrius. 1444. Marcus. 1464. Electus et Confirmatus Brictius. 1495. 1498. 1500. 1504. 1508. Brictius de Egervára. 1514. Joannes Cherödy. 1588. *Art.* 30. 1595. *Art.* 44. Matthias Draskovich. 1601. *Art.* 7. Valentinus Lépes. 1606. *Lit. Hung. Bohemis. datae.* Georgius Mathésy. 1608. 1609. *Art.* 70. Paulus Dávid. 1618. *Art.* 12. 64. 1622. *Art.* 43. Joannes Ivánczy. 1625. 1630. 1635. Frater Georgius Bielavich. 1638. 1647. 1649. 1659. Frater Paulus Ivanovich. 1662. Blasius Jaklin. 1687. *Art.* 15. Georgius Ghilányi. 1715. 1723. Alexander Mariássy. 1729. 1741. 1751. Josephus Carolus Zbisko. 1765. *Art.* 16. Josephus Pierer. 1791. 1792. 1796. 1802. *Concl.* David Zsolnay Consecratus. 1808. *Concl.*

## ARTICULUS II.

*Tinninienses Episcopi ad Commissiones limitaneas deputati*

1. Ad Sclavoniam ad primum diem Maji in Zamobor DD. Episcopus Tinniniensis. 1550. *Art.* 44.

2. Commissarios nominant versus Moraviam: D. Episcopum Tinniniensem. 1569. *Art.* 42. §. 3.

3. Commissarii ad differentiam inter Kirchschlag et Borsmonostra, ac inter D. Kinigsberg, ac Nobiles de eorum meta revidenda, nec non terrae Székfölde restitutionem, ex parte Hungarorum deputati sunt DD. Episcopus Tinniniensis. 1574. *Art.* 29. §. 3.

4 Ad revisionem metarum, seu limitum inter Hungariam, et Moraviam jam nunc deputantur pro Commissariis DD. Episcopus Tinniniensis. 1574. *Art.* 29. §. 4.

5. Circa Silesiam: RR. D. Paulus David Episcopus Tinniniensis, 1618. *Art.* 12. §. 3.

6. Circa Moraviam: RR. Blasius Jaklin Episcopus Tinniniensis Praepositus Major Capituli Ecclesiae Strigoniensis, et Tabulae Regiae Judiciariae Praelatus. 1687. *Art.* 15. §. 2.

7. Versus Moraviam: Ill. ac RR. D. Josephus Carolus Zbisko de Kiskolacsin Episcopus Tinniniensis, Praepositus Scepusiensis. S. C. et R. Apost. Maj. Consiliarius, et Excelsae Tabulae Septemviralis Assessor. 1765. *Art.* 16.

## ARTICULUS III.

*Episcopi Tinninienses ad Judicia deputati.*

1. In Partibus ultra citraqve Danubium sitis Judicia celebrentur. Praelati, qvi eis interesse

debebunt, sunt, D. Electus Episcopus Tinniniensis. 1572. *II. Art.* 5.

2. In Appellationibus penes RR. D. Locumtenentem Suae Majestatis nominantur Praelati: RR. DD. Episcopi, Joannes Cherödy. 1588. *Art.* 30. §. 4.

3. Nominantur in Partibus Regni Cis, et Ultradanubianis ad Tabulam Suae Majestatis Regiam pro Praelatis RR. DD. Georgius Mathésy Tinniniensis Episcopus. 1607. *Art.* 70. §. 3.

4. Pro Partibus Cis, et Ultradanubianis pro Praelatis ad Tabulam Regiam RR. D. Paulus David Episcopus Tinniniensis. 1618. *Art.* 64. §. 3.

### ARTICULUS IV.

*Tinninienses Episcopi ad examinandas Rationes contributionis deputati.*

1. Regni Sclavoniae: RR. D. Episcopus Tinniniensis. 1595. *Art.* 44. §. 1.

2. Pro his Inferioribus Regni Partibus nominantur ex ordine Dominorum ad exactionem istarum Rationum RR. D. Matthias Draskovich Episcopus Tinniniensis. 1601. *Art.* 7. §. 1.

## TITULUS LIX.

## *De Episcopis Titopolitanis.*

### ARTICULUS I.

*Episcopi Titopolitani in Decretis commemorati.*

Gabriel Zerdahelyi Consecratus Episcopus Titopolitanus. 1791. *Art.* 67. Franciscus Miklóssy Consecratus. 1802. *Art.* 26.

### ARTICULUS II.

*Titopolitanus Episcopus in Gravaminibus deputatus.*

In Gravaminibus: Gabriel Zerdahelyi Consecratus Episcopus Titopolitanus. 1791. *Art.* 67.

### ARTICULUS III.

*Titopolitanus Episcopus deputatus ad Commissionem limitaneam.*

Versus Transylvaniam: Franciscus Miklóssy Consecratus Episcopus Titopolitanus. 1802. *Art.* 26.

## TITULUS LX.

*De Episcopis Traguriensibus.*

### ARTICULUS I.

*Tragurienses Episcopi in Decretis commemorati.*

Crysogonus Traguriensis Episcopus. 1384. Vacat. 1405. *I.* 1435. *II.* Andreas Kürtössy Electus. 1715. 1723. 1729. Petrus Guillielmus Castellein. 1741. Joannes Galgóczy. 1765.

### ARTICULUS II.

*Traguriensis Episcopus ad Commissionem limitaneam deputatus.*

Circa Moraviam: Andreas Kürtössy Electus Episcopus Traguriensis. 1715. *Art.* 39. §. 2.

Circa Moraviam: loco Andreae Kürtösy Episcopi Traguriensis, senio confecti, Ladislaus Szörényi. 1723. *Art.* 17. §. 3.

## TITULUS LXI.

### *De Electis Episcopis Tribunicensibus.*

Stephanus Kontor Electus Tribunicensis Episcopus. 1715. 1723. 1729. Wenceslaus Bukowszky. 1741. *Concl.*

## TITULUS LXII.

### *De Electis Episcopis Vegliensibus.*

### ARTICULUS I.

*Veglienses Episcopi in Decretis commemorati.*

Michael Mérey Electus Episcopus Vegliensis. 1715. Ignatius Albinus de Seitz. 1729. Josephus Zbisko. 1751. *Art.* 26. Matthias Huberth. 1765. Josephus Zabraczky. 1791. 1792. 1796. 1802. 1805. *Concl.* 1807. 1808. *Concl.*

### ARTICULUS II.

*Vegliensis Episcopus ad Commissionem limitaneam deputatus.*

Versus Moraviam: D. Carolus Josephus Zbisko Episcopus Vegliensis, et Consilii Regii Locumtenentialis Consiliarius. 1751. *Art.* 26.

### ARTICULUS III.

*Vegliensis Episcopus in Publico-Politicis deputatus.*

In Publico-Politicis D. Josephus Zabraczky Episcopus Vegliensis. 1791. *Art.* 67.

TITULUS

## TITULUS LXIII.

### *De Episcopis Vovadrensibus.*

Andreas Petrik Electus Episcopus Wovadrensis. 1723. Georgius Handler. 1741. *Concl.* Georgius Tajer Electus. 1811. *Concl.*

# CAPUT X.

## *De Capitulis Cathedralibus, et Collegiatis.*

## TITULUS I.

### *De Capitulis in genere.*

## SECTIO I.

### *De Capitulis in Corpore.*

### ARTICULUS I.

*Capitula Sessionem, et votum in Comitiis Regni habent.*

1. Statutum est: ut ex singulis Capitulis etc. potiores, sumptibus eorum, Posonium deligantur, per qvos (*Decretorum*) reformationis revisio recognosci debeat. 1553. *Art.* 15. §. 1.

2. Nomine Capituli Praepositus una cum Capitulo inter Regnicolas unam, et conjunctam vocem habeat. 1608. P. C. Art. 1. §. 4.

## ARTICULUS II.

*Privilegium Capitulo, vel Conventui concessum est generale, et perpetuum.*

Privilegium generale est, qvod Universitati, vel Collegio, prout Capitulo, vel Conventui conceditur; et illud est perpetuum. *P. II. T. 7. §. 3.*

## ARTICULUS III.

*Capitula qvomodo in Judiciis considerentur.*

### §. I.

*Capitulum pro actibus potentiariis collective aggravatur.*

Si Capitulum vel Conventus pro actibus potentiariis majoribus, vel minoribus, qvocunqve sententiarum genere condemnatur, tamqvam unica, et singularis persona gravatur, et non singuli singulariter debent condemnari, exceptis praemissis casibus, homicidii videlicet voluntarii, et deliberati ac criminis laesae Majestatis et Notae infidelitatis, pro qvibus omnes delinqventes modo antelato sunt puniendi; verum, si certae personae Capitulares, et non tota communitas, aliqvos Actus potentiarios de bonis Ecclesiarum perpetraverint, tunc ipsae personae seorsim a Communitatae, ex eo loco, ubi talia mala commiserunt ad judicium libere poterunt evocari, praesertim, si patrimonia non habuerint privata; et qvamvis ea habuerint, nihilominus de loco praenotato citari, et evocari qveunt, ac juxta causae meritum sententia contra eos per Judicem ferri poterit, atqve pronunciari. P. II. T. 46. §. 11.

## §. II.

### *Capitulum cum Praelato conjunctum.*

Si Praelatus cum suo Capitulo, vel Conventu fuerit ad judicium simul revocatus, tunc, si Capitulum, vel Conventus in illis juribus possessionariis, de qvibus actus ejuscemodi potentiarii, aut alia malorum genera commissa, vel patrata fuisse dicuntur, et qveruntur, indivisi fuerint comperti; Praelatus in hoc casu non separatim a suo Capitulo, vel Conventu, sed simul cum eisdem, aut absolvi, aut condemnari debet; qvoniam ratione indivisionis cum suo Capitulo vel Conventu, una communitas esse censetur. Si tamen de divisis inter eos juribus possessionariis, mala ipsa suborta, perpetrataqve fuisse comperientur, tunc Praelatus, aut Capitulum, vel Conventus separatim et seorsim condemnatur. Hinc est: qvod si Praelatus cum suo Capitulo, vel Conventu simul evocabitur, tunc ratione divisionis, vel non divisionis, etiam juramentum illis diversimode praestandum adjudicatur. Nam, si modo antelato Praelatus cum suo Capitulo, vel Conventu indivisus fuerit, tunc ipse Praelatus, cum suis conjuratoribus, tam in sua, qvam etiam totius Capituli, vel Conventus personis Sacramentum praestare debebit. Si vero divisus exstiterit, tunc tam idem Praelatus cum suis, qvam etiam Lector, aut Cantor, vel Custos, vel Decanus, in persona ipsius Capituli, vel Conventus, iterum cum suis Conjuratoribus, juxta deliberationem, et sententiam Judicis seorsim, et separatim juramenta eorum deponere tenentur. *P. II. T.* 49.

## §. III.

### *Qui Praelati annuali prorogatione gaudeant.*

Praelati Ecclesiarum a suis fratribus, Capitulo videlicet, vel Conventu divisi, a die electionis eorum, privilegio pupillari gaudent; qvibus, de vetusta Regni lege, et approbata consvetudine permissum est, et concessum, qvod etiam in causis, tempore patris eorum inchoatis, infra unius anni integri spatium, ad cujusvis instantiam respondere non tenentur, ut interim jura paterna, et literalia Instrumenta revidere, 'calcareqve *(calculare)* et deinde prosecutioni causarum suarum commode superintendere possint. Hoc tamen intellige, in facto jurium possessionariorum, et exhibitionis literalium Instrumentorum fieri, Nam in ceteris causis, praetextu actuum potentiariorum motis, in qvibus productio literarum subseqvi non debet, haec concessio minime suffragatur, qvae praemisso modo, et in praemissis casibus, et causis etiam legitimae aetatis, hoc est: aetatem qvatuordecim, juxta modernorum vero consvetudinem, duodecim integrorum annorum habentibus, a Principe semper concedi, et in judiciis observari solet. Si tamen fuerint indivisi; tunc hujusmodi permissio, et libertatis praerogativa illis patrocinari non potest. Nam Capitula, vel Conventus privilegio majorum gaudent, et aetatem perfectam, hoc est: viginti qvatuor annorum integrorum semper repraesentant, qvibus haec prorogationis libertas non competit observari. Absurdum enim videretur, ut post electionem cujuslibet Abbatis, vel Praepositi, aut Lectoris, Custodis, Cantorisqve, vel

Canonici, causa dudum mota, usqve ad anni integri revolutionem, semper in suspenso relinqveretur, et sic indecisa per aliqvot annos penderet, conclusioneqve sua fraudaretur. *P. II. T. 50.*

## §. IV.

*Qvid Officialis, vel Decanus Capitularis inter Jobagiones Capitulares agere valeat?*

Solent Capitula, ac Conventus, in eorum villis, Officiales et Villicos, qvi in medio Jobagionum suorum temporalem jurisdictionem exerceant, tenere, et conservare; qvorum judicium, et judicii impensio eam virtutem, et vigorem habere dignoscitur, sicuti personaliter fuisset per alios capitulares, aut Conventuales administratum; Decanus etiam in persona Capituli andem habet authoritatem; verum tamen extra officiolatum suum, sine literis Procuratoriis totius Capituli, pro eodem Capitulo respondere non potest. *P. II. T. 53.*

## §. V.

*Capitula per se, et pro se Fassiones celebrare non possint.*

Cum nemo sibimet testimonium dare possit, hinc Capitula qvoqve in rebus eorumdem Capitulorum communibus et propriis, exceptis Procuratoriis formalitate T. 13. P. II. emanari solitis, ac Plenipotentialibus, vigore praesentis statuti pro iisdem admissis, coram semet ipsis nullas Fassiones, jura eorumdem possessionaria, aut res qvascunqve, tangentes et a fortiori, tertii involventes, celebrare ub nullitate earumdem valebunt. Qvas Pleni-

potentiales, praevio modo celebrandas nonnisi coram aliis authenticis Locis revocare poterunt. 1723. *Art.* 41. §. 2. 3.

## ARTICULUS IV.

*Capitula cum tribus literis Inpvisitoriis, nec acqvirunt, nec retinet possessiones.*

Qvod Capitula possessionata cum tribus literis Inqvisitoriis in acqvirendis possessionibus inter Nobiles, et Ecclesias aliqvam possessionem nec acqvirere neqve retinere possint; nisi cum literis Regiae Majestatis vel aliorum Judicum Regni Ordinariorum, prout haec tempore, qvondam D. Ludovici Regis decreta, et observata dignoscuntur. 1492. Art. 77. 1351. *Art.* 20. 1486. *Art.* 57.

## ARTICULUS V.

*Capitulorum Exercituatio.*

1. Capitula possessionata secundum connumerationem jobagionum suorum exercituare debeant. 1459. *Art.* 3.

2. Capitula, Decimas habentia, secundum exigentiam proventuum suorum Decimalium, et numerum jobagionum suorum, illa vero, qvae Decimas non haberent, instar aliorum Regnicolarum, Banderia non habentium, de singulis 36. Portis, singulum unum Epvitem, armis bene dispositum, dare, et tenere debeant. 1498. *Art.* 15.

3. Capitula ultra gentes eorum, qvas ratione Decimarum conservare tenentur, similiter de viginti sessionibus ipsorum Jobagionali-

bus, singulum unum Eqvitem mittere sint obligata. 1518. *Toln. Art.* 3.

4. Capitula bona, et jura possessionaria secularia possidentia, hoc idem facere de personis eorum teneantur (*nimirum: loco illorum alios mittere.*) Et de jobagionibus nihilominus ipsorum, prout alii possessionati Nobiles, exercituare sint obligata, ita, ut tot mittantur Eqvites, qvot sunt in Capitulo Canonici; et insuper Decimas qvoqve jobagionales praenarratas mittere teneantur. 1523. *Art.* 41.

5. Capitula patrimonia, seu jura possessionaria habentia, et possidentia, pro eorum persona, singulum unum Eqvitem; insuper, de singulis decem Sessionibus eorum jobagionalibus instar aliorum Regni Nobilium singulum unum Eqvitem mittere sint obligata. 1525. *Art.* 32.

6. Capitnla ratione Decimarum, bonorumqve, et personarum suarum, pro futura generali expeditione, omnia ea, qvae in Constitutione Novizoliensi expressa sunt, subire debeant. 1542. *Poson.* Art. 26.

7. Cum ex qverelis publice propositis constet: Capitula indigne Decimis suis spoliari per nonnullos tum Dominos, tum Nobiles adeo, ut nec sustentationi eorum, nec oneribus defensionis, ratione Decimarum impositis, satisfieri possit, debebunt DD. Capitanei dare operam, ut violenti hujusmodi coerceantur, Decimaeqve iis, ad qvos spectant, reddantur. 1543. *Art.* 28.

8. Ex pretio Decimarum arendatarum, vel ex ipsis in specie perceptis, Capitula, praeter necessitates ipsorum qvotidianas, pro dignita-

te, statu, et conditione ipsorum, gentes ad defensionem Regni conservare debebunt. 1547. *Art.* 35.

9. Ex proventibus Decimarum eorum Capitulorum, qvorum redditus per Turcos magna ex parte dissipati sunt, vel occupati, ex singulis centum florenis non qvinqve Eqvites, prout in Conventu Tyrnaviensi A. 1545. fuerat conclusum, sed duo tantum modo per eadem, qvae Decimas percipiunt, ex earumdem Decimarum proventibus, in praedicta expeditione alantur. 1552. *Art.* 3. §. 6.

10. Ut ex singulis capitulis, non tot personae, sicut antea erat decretum, sed unus tantum idoneus, et ad docendum, sacraqve administranda, qvo fieri poterit, aptior, reliqvorum, domi manentium sumptibus expediatur; et qvod Capitula ditiora, in his adjuvent pauperiora. 1552. *Art.* 3. §. 7.

11. Capitula gentes suas, modo et ordine, in Articulis anno 1555. expresso, intertenere debeant. 1559. *Art.* 14. §. 2.

12. Supremus Comes, vel supremus Capitaneus ex bonis Capitulorum continuum militem non servantium, duplum exigat, et nihilominus ea ad intertentionem qvoqve cogat, sub amissione Officii. 1593. *Art.* 16.

13. Capitula, qvodlibet juxta suam facultatem, et possibilitatem, penes suam Serenitatem personaliter aderunt, exceptis inhabilibus, nec non infirmis, qvi pro se alios idoneos mittere tenebuntur. 1594. *Art.* 2.

14. Capitula beneficia habentia, ac Decimas, Nonas, Qvartas, et Sedecimas percipientia, non possessionata, mittent militem, juxta eorum conscientiam. 1596. *Art.* 14.

15. Ab hac communi patriae ipsorum defensione neqve Capitula sint exempta, verum in star aliorum Regnicolarum Eqvites ac Pedites subministrare, et insuper pro divinis peragendis, unam, vel alteram de medio sui personam, sacris initiatam, et ad id aptam, ex qvolibet Capitulo expedire, debeant. 1659. *Art.* 85. §. 3.

16. Ad hujusmodi exercituationem Capitula etiam, svadente Art. 13. A. 1543. ad instar aliorum Nobilium possessionatorum, a bonis suis modo praemisso, Eqvites, et Pedites in defensionem suam, Regni, et Ecclesiarum Dei expedire, et in Castris intertenere debeant. 1662. *Art.* 5. §. 4.

17. Casu qvo aliqvi praemissam exercituationem, in toto, vel in parte, negligerent extunc Capitula cellective pro singulis neglectae ex parte sua militiae mensibus, in homagiis suis, et insuper pro toto exercituationis tempore, in aestimatione communi bonorum suorum convicta sint eo facto. 1662. *Art.* 5. §. 23.

18. Capitula, svadente Art. 13. A. 1543. ad instar aliorum Nobilium possessionatorum ab omnibus bonis suis modo praemisso, Eqvites, et Pedites, in defensionem suam, Regni et Ecclesiarum Dei expedire, et in Castris intertenere debeant; ac insuper unum, vel alterum de medio sui, Sacris initiatum, pro divinis ibidem peragendis, dictante Art. 3. circa finem A. 1552. in Castra submittere.

19. Casu, qvo exercituationem in toto, vel in parte negligerent, ex tunc Capitula pro singulis neglectae ex parte sua militiae mensibus in homagiis suis, et insuper pro toto

exercituationis tempore, in aestimatione communi bonorum suorum convicta sint eo facto. 1681. Art. 46. §. 5. et 24.

20. Singulum Capitulum, nomine etiam collectivo sumptum, dictamine Art. 46. A. 1681. singulum Eqvitem dabit. 1741. *Art.* 63.

21. Capitulum singulum nomine collectivo sumtum singulum Eqvitem dabit; Individua vero Capitulorum, pro ratione redituum, a paritate aliorum possessorum Eqvites statuent. 1808. *Art.* 2. §. 11.

## ARTICULUS VI.

### *Capitula subsidium belli dependant.*

1. Qvod Capitula possessionata, hoc subsidium de bonis suis exsolvere debeant. 1518. *Art.* 5.

2. Capitula vigesimam partem frugum, tritici scilicet, ac siliginis et millii ad Confinia ipsa contribuere teneantur. 1538. *Cris.* Art. 15.

3. Nobilibus Regnicolis visum est, qvod ista Contributio unius floreni et sexagesimae, de Capitulorum bonis, qvi ab olim in medium Comitatus contribuere fuerant obligati, ad manus fratrum suorum, qvi in singulis Comitatibus duo, fide et integritate idonei ad id eligerentur, exsolvi deberet. 1542. *Noviz. Art.* 36.

4. Qvod ad Capitula, Decimas, Nonas, Qvartas et Sedecimas percipientia, non possessionata adtinet, ea in qvolibet Comitatu taxentur per Vicecomites, Judlium, et alios potiores Nobiles juxta eorum juramentum, qvo se ad administrandam justitiam obstrinxerunt. 1596. Art. 10.

5. Capitula Beneficia, Decimasqve, Nonas, Qvartas et Sedecimas percipientia, non

possessionata, eo modo; qvo in Art. 10. A. 1596. continetur, taxentur. 1598. *Art.* 15.

## SECTIO II.

### *De Columnatibus et membris Capitulorum in genere.*

### ARTICULUS I.

#### *De Vicariis.*

#### §. I.

*Vicarii non Exteri, sed Indigenae constituantur.*

1. Officia, seu Vicariatus Ecclesiastici in nullis Ecclesiis Regni, per qvamcunqve personam Ecclesiasticam Italis, et forensibus personis conferantur, alioqvin sententia talium irrita, et nullius vigoris habeatur. 1495. *Art.* 32.

2. Qvod Vicarii DD. Praelatorum, et aliarum personarum Ecclesiasticarum, non forenses, et alienigenae, sed Hungaricae solummodo nationis existant, ne propter non intelligentiam idiomatum, et sermonum Vicariorum, ipsi Causantes, tum in Interpretibus, qvam etiam Procuratoribus eorum, superfluas solutiones facere potissimum vero, ne in responsionibus ipsorum, medio Interpretum fiendis, deviare, causam qvoqve ipsam amittere cogantur. 1500. *Art.* 35.

#### §. II.

*Praelati Vicarios sibi substituant.*

1. Si qvis Praelatus publicis muneribus occupatus, penes Ecclesiam residere non pos-

set, Vicarium, virum sufficientem, et Ecclesiasticum, loco sui continue teneat penes Ecclesiam. 1548. *Art.* 6. §. 8.

2. Episcopi Vicarios suos, Ministrosqve sibi subjectos, eorum Officium exercere faciant. 1548. *Art.* 6. §. *init.*

3. Iidem etiam Vicarios tales ubiqve curent constituere, et omni studio undiqve conqvirere, a qvibus eorum pastorale Officium, ipsis Episcopis vel absentibus, vel legitime aliis impedimentis praepeditis, rite peragatur. 1550. *Art.* 13. §. 1.

## §. III.

*Vicarii sunt Judices in causis fori spiritualis.*

Judices Ecclesiastici in hoc casu intelligantur Vicarius et officiales Praelatorum, casu autem, qvo aliqvis Judicum Ecclesiasticorum causam non ad suum forum spectantem, coram se reciperet, et ad literas Praeceptorias in praesentiam Judicis secularis competentem non transmitteret, ex tunc talis Judex Ecclesiasticus beneficio sit privatus, et Regia Majestas Beneficium, sive Officium illius alteri conferre possit ipso facto. 1492. *Art.* 46. §. 12.

## §. IV.

*Vicarii faciant repartitionem inter Parochos exsolutionis conducendi Militis.*

De qvalitate exsolutionis conducendi per ipsos Eqvitis inter eosdem Plebanos Vicarii ipsorum limitationem peragant. 1681. *Art.* 46. §. 7.

## ARTICULUS II.

### *De Praepositis tam Ecclesiasticis, qvam Regularibus.*

### §. I.

*Praepositi sunt Praelati.*

Per Praelatos intellige, non solum DD. Archiepiscopos, et Episcopos, sed etiam Praepositos, tam Seculares, qvam Regulares omnes. *P. II. T.* 49. §. 5.

### §. II.

*Praepositurae, aliis Ecclesiis unitae, separentur.*

1. Qvod universae Praepositurae, per unionem aliis Ecclesiis post obitum Serenissimi Principis qvondam D. Matthiae Regis, felicis memoriae annexae, etiam per summum Pontificem confirmatae, demptis duntaxat Ecclesiis in decreto Generali specificatis, ab unione dissolvantur. 1518. *Bach. Art.* 11.

2. Universae Praepositurae, per unionem aliis Ecclesiis post obitum serenissimi Principis, qvondam D. Matthiae Regis, felicis memoriae annexae etiam per summum Pontificem confirmatae, demptis duntaxat Ecclesiis, in decreto generali specificatis, ab unione dissolventur, et per Majestatem Regiam, qvibus decet, conferantur. 1519. *Art.* 13.

### §. III.

*Ecclesiis Praepositi praeficiantur ut populum doceant.*

1. Ecclesiis Praepositi doctrina praediti praeficiantur, qvi et ipsi doceant verbo, et ex-

emplo gregem sibi commissum, ministrosqve sibi subjectos eorum officium exercere faciant. 1548. *Art.* 6. a)

2. Ut numerus Praelatorum augeatur, Majestas Caesarea, et Regia dignetur Praeposituras, tam Regulares, qvam Seculares, nunc vacantes, conferre personis congruis. 1567. *Art.* 24. §. 10.

3. Si qvi habent ex Praelatis Praeposituras, per Suam Majestatem ad subeunda eorum onera compellantur. 1567. *Art.* 31. §. 11.

## §. IV.

*Praepositi cum tribus literis Inqvisitoriis bona acquirere non possunt.*

Qvod Praepositi cum tribus literis Inqvisitoriis in acqvirendis possessionibus inter Nobiles et Ecclesias, aliqvam possessionem nec acqvirere, neqve retinere possint. 1492. *Art.* 77.

## §. V.

*Praepositi ob delicta Praedecessorum suorum condemnari non possunt.*

Si de bonis et juribus possessionariis cujuspiam Praepositi actus potentiarii, vel malorum genera patrarentur, atqve committerentur, et talis Praepositus, qvamdiu in humanis ageret, propterea in curiam Regiam non evocaretur, vel aliter in causam qvomodolibet non attraheretur, tunc, decedente eo, suc-

(a) Hic Praepositi est nomen generale, non in specie Praepositos denotans.

cessor suus, ratione hujusmodi actuum potentiariorum, qvantum in persona sua, condemnari, et aggravari non poterit, qvoniam bona, et jura possessionaria Ecclesiarum, nemo Praepositorum, propter suos excessus amittere, et ab Ecclesia alienare potest, successor itaqve suus, qvi non hereditario jure, sed via electionis successit, emendam capitis illius Praedecessoris sui, ex qvo evocatus non fuit, subire, compensare non tenetur. *P. II. T. 51.*

## §. VI.

### *Praepositorum Exercituatio.*

1. Praepositi possessionati secundum connumerationem Jobagionum suorum exercituare debeant. 1459. *Art.* 3.

2. Praepositi, tam religiosi, qvam seculares, Decimas habentes, secundum exigentiam proventuum suorum Decimalium, et numerum jobagionum suorum; illi vero, qvi Decimas non habent, instar aliorum Regnicolarum, Banderia non habentium, de singulis triginta Sex Portis, unum Eqvitem, armis bene dispositum dare, et tenere debeant. 1498. *Art.* 15.

3. Praepositi ultra gentes eorum qvas ratione Decimarum conservare tenentur, similiter de viginti sessionibus ipsorum jobagionalibus singulum unum Eqvitem mittere sint obligati. 1518. *Toln. Art.* 3.

4. Praepositi bona, et jura possessionaria secularia possidentes, hoc idem facere de personis eorum teneantur (nimirum loco illorum alios mittere) et de Jobagionibus nihilominus ipsorum, prout alii possessionati No-

biles, exercituare sint obligati, ita, ut tot mittantur Eqvites, qvot sunt in Capitulo Canonici; et insuper Decimas qvoqve Jobagionales mittere teneantur. Praepositi tamen seculares, duplex beneficium habentes, seu in dignitate constituti, juxta limitationem DD. Praelatorum suorum, personaliter sint obligati. 1523. *Art.* 41.

5. Praepositi patrimonia, seu jura possessionaria habentes, et possidentes, pro eorum persona, singulum unum Eqvitem, insuper de singulis decem Sessionibus eorum jobagionalibus, instar aliorum Regni Nobilium, singulum unum Eqvitem mittere sint obligati. 1525. *Art.* 32.

6. Praepositi ratione Decimarum bonorumqve, et personarum suarum, pro futura generali expeditione, omnia ea, qvae in Constitutione Novizoliensi expressa sunt, subire debeant. 1542. *Poson. Art.* 26.

7. Ex proventibus Decimarum eorum Praepositorum, qvorum redditus per Turcas magna ex parte dissipati sunt, vel occupati, ex singulis centum florenis, non qvinqve Eqvites, prout in Conventu Tyrnaviensi A. 1545. fuerat conclusum, sed duo tantummodo per eosdem Ecclesiasticos, qvi Decimas percipiunt, ex earumdem decimarum proventibus, in praedicta expeditione alantur. 1552. *Art.* 3. §. 6.

8. Ubi Sua Majestas Caesarea hortatur fideles suos, ut Praepositi de singulis centum florenis, qvos ipsi a Decimis percipiunt, singulos duos Eqvites interteneant; cum Serenissimus Rex Bohemiae, habita clementi ratione justissimae excusationis fidelium Suae Majestatis, hac in re factae, Praepositos ab hac expedien-

pediendorum duorum Eqvitum onere, clementer immunes habuerit, statutum est: ut nemo ad illorum expeditionem teneatur. Praepositi tamen gentes suas, modo, et ordine in Articulo A. 1555. expresso, intertenere debeant. 1559. *Art.* 14.

9. Praepositi qvilibet juxta suam facultatem, et possibilitatem, penes suam Serenitatem personaliter aderunt, exceptis inhabilibus nec non infirmis, qvi pro se alios idoneos mittere teneantur. 1594. *Art.* 2.

10. DD. Praepositi majora beneficia habentes, ac Decimas, Nonas, Qvartas, et Sedecimas percipientes, non possessionati, mittent militem, juxta eorum conscientiam. 1596. *Art.* 14.

11. Praepositurae, Capitulis non incorporatae, svadente Art. 13. A. 1543. ad instar aliorum Nobilium possessionatorum, a bonis suis modo praemisso Eqvites, et Pedites, in defensionem suam, Regni, et Ecclesiarum Dei, expedire, et in Castris intertenere debeant. 1662. *Art.* 5. §. 4.

12. Casu vero, qvo aliqvi praemissam exercituationem in toto, vel in parte negligerent, ex tunc Praepositi, Capitulis non incorporati, specialiter, ac singulariter, pro singulis, neglectae ex parte sua militiae mensibus, in homagiis suis, et insuper pro toto exercituationis tempore, in aestimatione communi bonorum suorum convicti sint eo facto. 1662. *Art.* 5. §. 23.

13. Praepositurae Capituli non incorporatae, svadente Art. 13. 1543. ad instar aliorum Nobilium possessionatorum, ab omnibus bonis suis, modo praemisso, Eqvites, et Pedites in defensionem suam, Regni, et Ecclesia-

rum Dei, expedire, et in Castris intertenere debeant. Praepositi vero, Capitulis non incorporati, etiam minus possessionati, in personis suis modo praemisso insurgere teneantur. Casu vero, qvo aliqvi praemissam exercituationem, in toto, vel in parte negligerent, ex tunc DD. Praepositi, Capitulis non incorporati specialiter, et singulariter, pro singulis neglectae ex parte sua militiae mensibus in homagiis suis, et insuper pro toto exercituationis tempore, in aestimatione communi bonorum suorum convicti sint eo facto. 1681. *Art.* 46. §. 4. 6. *et* 24.

14. Praepositi bona tenentes, Capitulis non incorporati possessionati, conformitate Art. 14. A. 1595. 5. A. 1662. et 46. A. *1681.* Eqvites statuent. 1741. *Art.* 63. §. 13.

## §. VII.

### *Praepositorum subsidia belli.*

1. Qvod Praepositi possessionati, cujuscunqve Ordinis, ac Religionis sint, hoc subsidium de bonis suis, et Ecclesiarum, qvibus praesident, exsolvere debeant. 1518. *Art.* 5.

2. Privatarum Ecclesiarum Praepositi, qvi juxta Decreta Regni, ratione Decimarum, ad Regni defensionem gentes non tenent, decimam partem proventuum omnium dare, et contribuere teneantur; ita tamen, ut in hujusmodi taxatione una persona Ecclesiastica per Praelatum eligatur in qvalibet Dioecesi. 1542. *Noviz. Art.* 35.

3. Nobilibus Regnicolis visum est: qvod ista Contributio unius floreni, et Sexagesimae, de bonis Praepositorum, qvi ab olim in medium Comitatus contribuere fuerant obligati,

ad manus fratrum suorum, qvi in singulis Comitatibus duo, fide, et integritate idonei ad id eligerentur, exsolvi deberet. 1542. *Noviz. Art.* 36.

4. Qvisqve de ea etiam pecunia, qvam vel mercenariis, vel aliis servitoribus eorum per annum pro mercede esset daturus, puta: de singulo floreno qvinqve numos Hungaricos, solvere tenentur, qvi ad rationem mercedis Servitorum ipsorum erunt computandi. Idem erit faciendum de Servitoribus per DD. Praepositos. 1542. *Noviz. Art.* 38.

5. Qvod ad Praepositos majora beneficia habentes, et Decimas, Nonas, Qvartas et Sedecimas percipientes, non possessionatos attinet; ii omnes in qvolibet Comitatu taxentur per Vice Comites Judlium, et alios potiores Nobiles, juxta eorum juramentum, qvo se ad administrandam justitiam obstrinxerunt. 1596. *Art.* 10.

6. Praepositi beneficia, Decimasqve, Nonas, Qvartas, et Sedecimas percipientes, non possessionati, eo modo, qvo in Art. 10. A. 1596. continetur, taxentur. 1598. *Art.* 15.

## §. VIII.

*Taxa Expeditionis Collationalium Praepositurae Majoris in Cancellaria Majori.*

Pro Praeposituris Majoribus floreni qvinqvaginta. 1609. *Art.* 73. §. 36.

## §. IX.

*Praepositi Sessionem, et votum in Diaeta habent.*

1. Nomine Capituli Praepositus una cum Capitulo inter Regnicolas pari ratione unam,

et conjunctam vocem habeat. 1608. *P. C. Art.* 1. §. 4.

2. Praepositi, qvi nulli immediate Episcopatui subjacent', sed absoluta suae Praepositurae annexa Capitula, et Conventus habent, ii etiam a suis Capitulis et Conventibus non disjungantur, sed pariter unicam conjunctam vocem habeant, si qvi Praepositorum Infulatorum, et Privilegiatorum essent, qvi sua jura possessionaria Praepositurarum in Regno habuerint, iisqve potirentur, ii qvoqve, sub nomine Statuum et Ordinum Regni comprehensi, vocem suam inter Regnicolas, juxta Constitutiones Viennenses habeant. 1608. *P. C. Art.* 1. §. 5. 6.

## ARTICULUS III.

### *De Lectoribus Capitulorum.*

1. Si Praelatus divisus exstiterit, tunc, tam idem Praelatus cum suis, qvam etiam Lector in persona ipsius Capituli, vel Conventus, iterum cum suis Conjuratoribus, juxta deliberationem et Sententiam Judicis, seorsim, et separatim juramenta eorum deponere teneantur. *P. II. T.* 49. §. 4.

2. Absurdum videretur, si post electionem cujuslibet Lectoris, causa dudum mota, usqve ad anni integri revolutionem, semper in suspenso relinqveretur, et sic indecisa per aliqvot annos penderet, conclusioneqve sua fraudaretur. *P. II, T.* 50. §. 6.

## ARTICULUS IV.

### *De Cantoribus Capitulorum.*

1. Si Praelatus divisus exstiterit, tunc tam idem Praelatus cum suis, qvam etiam Cantor

in persona ipsius Capituli, vel Conventus iterum cum suis conjuratoribus, juxta deliberationem, et sententiam Judicis seorsim, et separatim juramenta eorum deponere tenentur. *P. II. T.* 49. §. 4.

2. Absurdum videretur, ut post electionem cujuslibet Cantoris, causa, dudum mota, usqve ad anni integri resolutionem semper in suspenso relinqveretur, et sic indecisa per aliqvot annos penderet, conclusioneqve sua fraudaretur. *P. II. T.* 50.

## ARTICULUS V.

### *De Custodibus Capitulorum.*

1. Si Praelatus divisus exstiterit, tunc idem Praelatus cum suis, qvam etiam Custos, in persona ipsius Capituli vel Conventus, iterum cum suis conjuratoribus, juxta deliberationem, et sententiam Judicis seorsim, et separatim juramenta eorum deponere teneantur. *P. II. T.* 49. §. 5.

2. Absurdum videretur, ut post electionem cujuslibet Custodis, causa dudum mota, usqve ad anni integri revolutionem semper in suspenso relinqveretur, et sic indecisa per aliqvot annos penderet, conclusioneqve sua fraudaretur. *P. II. T.* 50.

## ARTICULUS VI.

### *De Archidiaconis.*

### §. I.

### *Archidiaconorum jurisdictio.*

1. Mulieres partum suum necantes, Archidiacono allatae, poenitentiam agant. *Colom. Decr. L. I. C.* 58.

2. Raptus mulierum Episcopus, seu Archidiaconus dijudicet. *Colom. Decr. L. I. C. 59.*

3. Malefici per nuncium Archidiaconi, vel Comitis inventi, judicentur. *Colom. Decr. L. I. C.* 60.

4. Adulteri Episcopo, vel Archidiacono adducti, debitis poenarum judiciis deputentur. *Colom. Decr. L. I. C.* 61.

## §. II.

*Archidiaconatus non praecise solus Rex confert.*

Majestas sua Regia cuncta beneficia Ecclesiastica, demptis simplicibus Archidiaconatibus, qvibuscunqve sola voluerit, conferat. 1525. *Hatv. Art.* 36.

## §. III.

*Episcopi doctos Archidiaconos constituant.*

Episcopi Archidiaconos tales ubiqve curent constituere, et omni studio undiqve conqvirere, a qvibus eorum Pastorale Officium, ipsis Episcopis, vel absentibus, vel legitimis aliis impedimentis praepeditis, rite peragatur. 1550. *Art.* 13. §. 1.

## §. IV.

*Archidiaconi Ecclesias libere visitent.*

1. Visitatores Archidiaconi, aut eorum substituti, in visitandis Ecclesiis, aut Dioecesibus progredientes, libere ubiqve admittantur, ut suum Officium exercere, cum omni facultate, et jurisdictione Ecclesiastica, secundum priorum Diaetarum Constitutiones possint, et valeant sine impedimento, per Patronos loco-

rum, seu qvoslibet alios praestando; et ne prohibeantur inqvirere, et punire vitia, pravitatem, seu delicta Sacerdotum. 1557. *Art.* 10. §. 2.

2. Episcopi mittant sine omni mora in omnes partes Archidiaconos, et alios, qvorum interest, ad docendam plebem, qvibus, si ipsi forte pro se sufficientes non sunt, Praedicatores boni adjungantur, ut ubiqve vetus religio, pristinusqve Dei cultus restituatur. 1548. *Art.* 6. §. 1. 2.

3. DD. Praelati Archidiaconos suos ad visitationes paragendas emittant. 1559. *Art.* 41. §. *init.*

4. Cum hactenus multis in locis ex licentia multorum Dominorum, et Nobilium homines idiotae, et plerumqve mechanici, ac alii Praedicatorum fungi officio veriti non sint; videtur Ordinibus, et Statibus Regni, ut Praedicatores, Archidiaconi, Vice-Archidiaconi, et alii, qvi modo supradicto ad reformationem Religionis per Praelatos emittentur, diligenter tales prohibere, et ad pristinam, veramqve religionem redigere curent; qvi, si resipiscere nollent, tum de bonis illis ejiciantur, et ex merito puniantur, Domini autem terrestres non solum id non impediant, sed ipsos Praedicatores, et alios ministros verbi Dei, per Praelatos emissos, juvent omnibus modis ad officium ipsorum exercendum. 1548. *Art.* 10.

## §. V.

### *De Censu Cathedratico per Archidiaconos exigendo.*

1. Qvia Archidiaconi Ecclesiarum proventus eorum Cathedraticos a Plebanis Ecclesiarum valde abusive exigere consveverunt; qva-

re, ut hujusmodi prava abusio extingvatur, statutum est: qvod a modo de singulis Ecclesiis, qvae integrae vocantur, non plus, qvam unus florenus, qvae vero mediae, medius florenus, et sic conseqventer pecuniae Cathedrales, ab ipsis Plebanis exigantur. 1498. *Art.* 53.

2. Cathedratica in possessionibus penitus, et per omnia desolatis non exigantur; in illis autem possessionibus et Ecclesiis, qvae aut ignis voragine combustae, aut pestilentiae morbo percussae, adeo desolatae dignoscuntur, ut vix aliqvi colonorum easdem inhabitarent, qvi etiam Plebanum Parochialem, vix, aut nunqvam habere possunt, solutio hujusmodi Cathedraticorum, per homines DD. Praelatorum, et virorum Ecclesiasticorum, qvorum de ipso Cathedratico intererat providere, per Vice Comites et Judices Nobilium illorum Comitatuum, ubi ipsae possessiones, et Ecclesiae existunt, deputatos, juste, recteqve moderentur. Ita videlicet, ut ubi possessio, et Ecclesia in proventu multum decrevit, juxta conscientiosam limitationem eorumdem, decrescat etiam solutio Cathedraticorum; sic tamen, ut postqvam possessiones, et Ecclesiae tales restauratae fuerint, Cathedratica consveta solvere teneantur. 1504. *Art.* 38.

3. Cathedraticum Archidiaconis solvendum esse, statutum est juxta Decretum Wladislai Regis. 1569. *Art.* 43.

## §. VI.

### *Archidiaconi Marcam a funeribus interfectionum non desumant.*

1. Nec pro funere hominum, per aliqvem, vel aliqvos interemptorum, Archidiaconi, ma-

la consvetudine, sicut usi sunt, marcam exigere valeant, atqve possint. 1351. *Art.* 2.

2. Decrevimus: qvod pro funeribus hominum per aliqvem interemptorum, Archidiaconi, seu Plebani nullam solutionem pecuniariam recipere valeant. 1439. *Art.* 39.

3. Stabilitum est: qvod pro funeribus interemptorum Archidiaconi, seu Plebani, super Interfectore, et non interfecto solutionem pecuniariam recipere valeant. 1458. *Art.* 40.

4. Qvia Archidiaconi, Vice Archidiaconi et Plebani, dum contingit aliqvem interfici, sepultura illi in Ecclesia, et etiam in caemeterio interim negatur, donec una marca argenti solvatur, statutum est: qvod ejusmodi exactionis genus perpetuo aboleatur. 1486. *Art.* 63.

5. Nemo Archidiaconorum, Vice Archidiaconorum, et Plebanorum marcam illam argenti de funere interfectorum exigere praesumat. 1492. *Art.* 29.

6. Si qvi marcam illam de funere interfectorum exegerint, talium beneficia Majestas Regia, cuicunqve voluerit, liberam conferendi habeat potestatis facultatem. 1495. *Art.* 6.

## §. VII.

### *Archidiaconorum Taxatio pro bello.*

1. Qvod ad Archidiaconos, Decimas, Nonas, Qvartas, et Sedecimas percipientes, non possessionatos attinet, ii omnes, in qvolibet Comitatu taxentur per Vice Comites, Judlium, et alios potiores Nobiles, juxta eorum juramentum, qvo se ad administrandam justitiam obstrinxerunt. 1596. *Art.* 10.

2. Ut Archidiaconi beneficia, Decimasqve, Nonas, Qvartas, et Sedecimas percipientes, non possessionati, eo modo, qvo in Art. 10. A. 1596. continetur, taxentur. 1598. *Art.* 15.

## ARTICULUS VII.

### *De Decanis Capitulorum.*

1. Si Praelatus divisus exstiterit, tunc, tam idem Praelatus cum suis, qvam etiam Decanus in persona Capituli, cum suis conjuratoribus, juxta deliberationem, et sententiam Judicis seorsim, et separatim juramenta eorum deponere teneantur. *P. II. T.* 49. §. 4.

2. Decanus in persona Capituli eandem habet authoritatem, sicuti personaliter fuisset per alios Capitulares, aut Conventuales administratum. *P. II. T.* 53. §. 1. 2.

### §. VIII.

*Archidiaconi faciant repartitionem solvendi militis inter Parochos.*

1. Ut de qvantitate exolutionis conducendi per ipsos Eqvitis, inter eosdem Plebanos Archidiaconi ipsorum limitationem peragant. 1662. *Art.* 5. §. 6.

2. Ut de qvalitate exolutionis conducendi per ipsos Eqvitis inter eosdem Plebanos Archidiaconi ipsorum limitationem peragant. 1681. *Art.* 46. §. 7.

## ARTICULUS VIII.

### *De Canonicis Capitulorum.*

### §. I.

*Canonicatus idoneis conferantur.*

1. Praelati Canonicatus juxta Art. 67. Wladislai Decreti III. aliasqve leges patrias, per-

sonis bene meritis, et idoneis conferant. 1723. *Art.* 55. §. 2.

2. Justum porro agnoscit esse altefata etiam Regia Majestas, ut ad canonicatus pariter non nisi apti, ac idonei, juriumqve, et consvetudinum Regni, et lingvae patriae gnari Hungari assummantur. 1741. *Art.* 16. §. 2.

3. Majestas Sua Regia de cetero cuncta beneficia Ecclesiastica, demptis canonicatibus, qvibuscunqve sola voluerit, juxta Decretum pro festo B. Lucae Evang. editum, conferat. 1525. *Hatvan Art.* 36.

4. Ut solum Majestas Regia, et nemo DD. Praelatorum, praeter simplicem canonicatum, beneficium conferendi habeat facultatem. Non tamen externis, sed Hungaris, et Coronae Hungariae subjectis. 1526. *Art.* 21.

## §. II.

### *Canonicorum in Judiciis conditio.*

1. Si certae personae capitulares, et non tota communitas, aliqvos actus potentiarios de bonis Ecclesiarum perpetraverint, tunc ipsae personae seorsim a communitate ex eo loco, ubi talia mala commiserunt, ad judicium libere poterunt evocari, praesertim, si patrimonia non habuerint privata; et qvamvis ea habuerint, nihilominus de loco praenotato citari, et evocari qveunt, ac juxta causae meritum sententia contra eos per Judicem ferri poterit, atqve pronunciari. *P. II. T.* 45. §. 1. 2.

2. Si una persona Capitularis bona hereditaria, et patrimonia separata non habens, in emenda sui Capitis convincetur, vel in refusione damni condemnabitur, et rebus mobilibus destitutus reperietur: qvaeritur qvaliter, et unde

adversario satisfactio fiat, qvia non de commissione Capituli mala ipsa patravit, et ex conseqventi bona Capituli propterea non videntur esse diripienda? Dicendum: qvod, qvia mala ipsa, et facinora, unde videlicet Emenda Capitis, vel damnorum refusio subsecuta est, de medio, et tamqvam de membro ipsius Capituli, illa patravit, qvae perpetrare aut non potuisset, aut locum patrandi non habuisset, si in hujuscemodi beneficio constitutus non fuisset; ideo de proventibus beneficii, ejusdem Capitularis convicti, per reliqvos Capitulares Actori, super eisdem rebus obtentis, satisfactio est impendenda. *P II. T.* 47.

3. Absurdum videretur, ut post electionem cujuslibet canonici causa dudum mota, *usqve* ad anni integri revolutionem semper in suspenso relinqveretur (*per annualem prorogationem*) et sic indecisa, per aliqvot annos penderet, conclusioneqve sua fraudaretur. *P. II. T.* 50. §. 6.

§. III.

*Canonicorum Exercituatio.*

1. DD. Capitulares ultra eas gentes, qvas ratione Decimarum alere tenentur, pro sua qvisqve persona singulum Eqvitem mittere debeant, ita tamen, ut dignitates, majores proventus habentes, simplicibus canonicis, in solutionibus Eqvitum auxilio sint, juxta proventuum qvantitatem, et divisionem. 1542. *Noviz. Art.* 34.

2. Cum et ceteri Status juvare communem defensionem debeant, DD. Capitulares, ratione Decimarum suarum, onera, in priori Constitutione Novizoliensi specificata, ferre debebunt; de bonis autem eorum possessionariis

instar Nobilium, et pro continua defensione, et pro expeditione generali, Eqvites, ratione colonorum, alant; et ratione personarum suarum, ad expeditionem praedictam generalem, pro eorum facultate, Eqvites alere debebunt. 1543. *Art.* 13.

3. Personae Capitulares, et beneficiatae, Eqvites, ratione capitum suorum teneant, juxta Constitutionem Novizoliensem priorem, ultra eos, qvos ratione Decimarum, et colonorum suorum tenent. 1545. *Art.* 22.

4. De Insurrectione generali et particulari Capitularium ratione Decimarum Constitutio anni 1552. et aliae Constitutiones eodem modo, qvo illae successu temporis mutatae et limitatae fuerunt, observentur. 1578. *Art.* 11.

## §. IV.

*Canonici de mercede Servitorum ad subsidium detrahant.*

Qvisqve de ea etiam pecunia, qvam vel Mercenariis, vel aliis Servitoribus eorum per annum pro mercede esset daturus, puta: de singulo floreno qvinqve numos Hungaricos, solvere teneatur, qvi ad rationem mercedis Servitorum ipsorum erunt computandi. Idem erit faciendum de Servitoribus per DD. Canonicos. 1542. *Noviz. Art.* 38.

## §. V.

*Taxa Collationalium Canonicatus in Cancellaria Majori.*

Pro simplicibus Canonicatibus floreni duodecim. 1609. *Art.* 73. §. 38.

# TITULUS II.

## De Capitulis in specie.

# SECTIO I.

## De Capitulis Cathedralibus.

### ARTICULUS I.

### De Capitulo E. M. Strigoniensis.

### §. I.

*Capitulum Strigoniense locus credibilis.*

1. Ut haec nostra tam concessio, qvam ordinatio sit nostris, nostrorumqve successorum temporibus in perpetuum valitura, eam conscribi fecimus in septem Paria literarum, et aureo sigillo nostro roborari, ita, qvod unum Par qvintum, in Capitulo Strigoniensi reservetur. 1222. *Art.* 31.

2. Cum amisso Superioribus annis Strigonio cum Alba-Regali, aliisqve nonnullis locis, supplicatum fuisset ab Ordinibus et Statibus Regni, Sacrae Regiae Majestati, ut in tanta paucitate Conventuum, et Capitulorum, a qvibus executiones judiciariae in Regno fieri possunt, concedere dignaretur, qvo Capitulum Strigoniense, qvod nunc Tyrnaviae residet, in omnes Regni Partes procedere, et executiones facere possit; Sacra Majestas sua ad supplicationem fidelium clementer annuerat, literis suis Regiis superinde emanatis. A qvo qvidem tempore Capitulares ipsi, juxta Commissiones Regias, judicumqve ordinariorum, in omnibus Regni Partibus, ad limites usqve Transylvaniae processerunt, in bonisqve tam Regiae Majestatis, qvam aliorum executiones fecerunt, et li-

teras de more superinde extradederunt. Sed qvia in Articulos ejus temporis, aut ullius post modum Diaetae, annuentia hujusmodi undecunqve, hactenus inscripta non fuit; ne, vel Majestas Sua, vel Ordines ac Status, futuris unqvam temporibus aliqvid detrimenti ex eo pati possint, justum, et necessarium esse, imo publicum commodum concernere visum est: ut praedicta Regia annuentia, publicusqve in eam consensus, in praesentis Diaetae Articulos inscribatur, omnibusqve processibus et executionibus qvibusvis, per dictum Capitulum Strigoniense, in bonis Regiis, vel alterius cujusvis factis, et imposterum fiendis, literisqve superinde ab ipso Capitulo emanatis, vel emanandis, vigor, et perpetua firmitas detur, omniaqve, supradicta, rata, atqve firma habeantur. 1556. *Art.* 39.

3. Decretum est: ut cessante ratione, ob qvam tenore Art. 39. A. 1556. Strigoniensi Capitulo per totum Regnum admissum fuisset, executiones peragere; a modo deinceps, ut omnis fraus, et qvorumdam Regnicolarum tacita, in praejudicium ad remotiora Capitula, et Conventus, subterfugia praecaveri possint, praemissum Capitulum pro Regnicolarum commoditae, et necessitate executiones et munia obligationum suarum, in locis Comitatibus vicinioribus, ita et Diaecesi, in qua situm habetur, executiones faciat. 1723. *Art.* 40.

4. Similiter statutum est: ut Protocolon Conventus Ecclesiae B. Mariae Virginis de Turócz, qvod nunc apud manus Dominorum Révay habetur, una cum sigillo ejusdem Conventus, ad Capitulum Strigoniense Tyrnaviam transferatur. 1578. *Art.* 21.

## §. II.

*Capitulo Strigoniensi indulgetur coemptio domorum Tyrnaviae.*

Occasione illarum controversiarum, qvae inter Venerabile Capitulum Strigoniense ab una, et Civitatem Tyrnaviensem partibus ab altera, ratione certae cujusdam concessionis, a Ferdinando I. Imperatore, et Rege felicis recordationis, ipsi Capitulo, pro emptione certarum domorum in eadem Civitate, ultra beneficiales domos, pro residentiis Canonicorum suorum, earumdemqve a Regiis taxis exemptione elargitae, ac a piae qvoqve recordationis Ferdinando II. Genitore Suae Majestatis desideratissimo confirmatae, prout idipsum sua qvoqve *Majestas* in serie Propositionum suarum repraesentare clementer dignata est, intercederent; visum est Statibus et Ordinibus: qvod illa qvidem domorum, per Capitulum fienda emptio, ex eoqve ipsi Capitulo futura applicatio earumdem, aliaqve, in eadem concessione expressa, juribus, libertatibusqve, ac Privilegiis dictae Civitatis Tyrnaviensis, eidem a divis qvondam Hungariae Regibus clementer elargitis, praejudiciosa foret. Habita tamen antelati Capituli, in eo, condigna ratione, qvod ipsum, per Tyrannidem Turcarum Strigonio pulsum, solita sua residentia esset privatum; ob hoc idem Capitulum, accedente etiam dictae Civitatis assensu; ultra beneficiales domos, pro residentiis Canonicorum suorum, octo alias domos, a Regiis taxis exemptas, qvae semper, ex totius Civitatis taxa, per Cameram defalcari debebunt, non vigore praenotatae concessionis, verum praesentis concessionis, emere, et possidere valeant; ita tamen, ut extra ta-

xas

xas Regias, omnia onera Civilia praestent, et solvant. Insuper, ut praedictas octo domos ultra decursum qvinqvaginta annorum, si eousqve Strigonium recuperari non poterit, tenere ipsi Canonici, conseqventerqve Capitulum non possit. Si vero ante effluxum illorum qvinqvaginta annorum terminum, Capitulum ipsum, Deo bene propitio, ad propria remeare poterit, tunc in priori utroqve casibus, deposita per Fiscum memoratae Civitatis, domuum praemissarum competenti, iisdem Canonicis, vel Capitulo pretio, eaedem non alio, qvam in ipsorum Fiscum possint devolvi, et derivari ipseqve easdem, servata praetacta conditione, ipso facto valeat apprehendere. 1638. *Art.* 36.

## §. III.

*Civitas Tyrnaviensis pro Capitulo Strigoniensi aperiat minorem portam.*

Ad instantiam Venerabilis Capituli Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis conclusum est: ut porta minor Civitatis Tyrnaviensis, penes Curiam Archiepiscopalem, ibidem habitam sita, ante qvoqve, temporibus maxime pacis, cum maximo incolarum ejusdem Civitatis commodo, in usu habita, per eandem Civitatem aperiatur, ejus directione, et potestate penes ipsam Civitatem permanente; qvod si facere differret, aut omitteret, vigore praesentis statuti per Ill. D. Comitem Palatinum effective cogatur. 1655. *Art.* 47.

## §. IV.

*Capitulum Strigoniense ad locum fundationis suae reducatur.*

1. Capitulum Strigoniense, nullo jam amplius metu Turcico superexstante, ut, qvam-

primum fieri poterit, Strigonium redeat, ibidemqve continuam figat mansionem, conveniens est. 1723. *Art.* 55. §. 6.

2. Desideriis Statuum et Ordinum Regni in eo etiam Sua Majestas Caesarea Regia clementer deferre dignata est, ut Sedes Archiepiscopalis, et Capituli eidem subordinati, Strigonium, locum videlicet, cui per S. Regem Stephanum insiti sunt, qvamprimum fieri poterit, postliminio transferatur. 1751. *Art.* 3.

3. Ad demissum Statuum et Ordinum postulatum, ut Metropolitanum Strigoniense Capitulum, in conseqventiam Articulorum 36. A. 1638. et 55. A. 1723. Strigonium reponatur, Sua Majestas benigne resolvere dignata est: qvod videlicet reditum Capituli Metropolitanae Strigoniensis Ecclesiae, ad fundationis suae locum, Strigonium qvippe, juxta praecitatarum legum dispositiones, per neo denominandum Archi-Episcopum et Primatem, procurabit, obligationemqve hanc Collationalibus etiam ejusdem inserendam, disponet. 1802. *Art.* 17.

## §. V.

### *Capituli Strigoniensis Exercituatio.*

Capitulum Strigoniense Eqvites ducentos. 1498. *Art.* 20. §. 21.

RR. D. Strigoniensis ratione bonorum Capituli Ecclesiae suae, gentes in Confiniis apud arcem suam, videlicet Ujvár, qvae in faucibus hostium posita est, tenere debeat. 1556. *Art.* 19. §. 3.

## §. VI.

### *Gratuiti labores ex bonis Capituli Strigoniensis.*

1. Opera, et currus de bonis Capituli, Ecclesiae Strigoniensis ad munitionem Arcis ejus-

dem D. Strigoniensis, Ujvár tradantur. 1556. *Art.* 12.

2. Bona Capituli Strigoniensis deputata sunt ad munitionem Arcis Archiepiscopalis, Ujvár. 1559. *Art.* 27.

3. Bona Capituli Strigoniensis, ac Abbatiae S. Benedicti, qvae idem Capitulum nunc habet, deputata sunt ad munitionem Arcis Ujvár. 1567. *Art.* 17.

4. Exceptis bonis Capituli Strigoniensis, uti supradictum (est *ad arcem Ujvár deputatis.*) 1556. *Art.* 16.

5. Demptis bonis Capituli Strigoniensis, in Nitriensi, Barsiensi, et Hontensi Comitatibus adjacentibus, qvae ad Arcem Szent-Benedek essent applicata. 1655. *Art.* 116. §. 9.

6. Demptis tamen bonis Capituli Strigoniensis, in iisdem Barsiensi, Hontensi, Strigoniensi, et Nitriensi Comitatibus adjacentibus, juxta Art. 116. A. 1655. penes Arcem S. Benedicti de facto etiam relictis. 1681. *Art.* 7. §. 6.

7. Bona D. Palatini deputata sunt ad Castellum Capituli Strigoniensis Zenyér vocatum. 1559. *Art.* 30.

## §. VII.

### *In Oppido S. Benedicti Capituli Strigoniensis Nobili Educillatio tantum instar coloni licita sit.*

Qvia Capitulum Strigoniense publice conqvestum est, se a Nobile qvondam Ladislao Zudar dicto, qvi in eorum Oppido S. Benedicti commoratur, maxima injuria affici, utpote, qvi praetextu cujusdam nobilitationis, et libetrationis, sibi ad huc vivente olim Serenissi-

mo Ludovico Rege, a qvodam Abbatae ejus loci concessae, multa, praecipue autem educillationem vinorum, in despectum, contumeliam, et damnum ipsius Capituli facere soleat; statutum est: ut cum, juxta jura, et Decreta Regni, Abbas ille, qvi in praejudicium successorum suorum nemini qvicqvam de juribus, et bonis Ecclesiae concedere potuerit, ejus tamen causae revisio, qvod causae post obitum Serenissimi qvondam Ludovici Regis emersae non adjudicentur, suscipi neqveat, dictus Ladislaus Zudar, vina sua imposterum, non aliter, nisi ad instar reliqvorum subditorum ipsius Capituli, in eodem Oppido commorantium, cum series ad ipsum pervenerit, educillet; suspensa vero hedera Capituli, a vinis suis educillandis supersedeat, sub poena amissionis vini educillari coepti. 1559. *Art.* 51.

## §. VIII.

*Capitulo Strigoniensi extradentur legata Georgii Archiepiscopi.*

1. Testamentum qvondam RR. D. Georgii Archiepiscopi Strigoniensis Majestas Regia executioni faciat demandare, pecunias et res alias pro Missa perpetua Capitulo Strigoniensi per eum datas reddere gratiose. 1525. *Art.* 26.

2. Testamentum RR. qvondam D. Georgii Archiepiscopi Strigoniensis executioni faciat Regia Majestas demandare; pecunias et res alias pro Missa perpetua Capitulo Strigoniensi, per eum datas, et relictas, dignetur reddere gratiose. 1525. *Hatvan. Art.* 25.

## §. IX.

*Debitum Capituli Strigoniensis in Domo Provinciali Inferioris Austriae exigatur.*

De celeriori, in vicinis Suae Majestatis Provinciis, debitorum acqvisitione, uti Venerabilis Capituli Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis, sua Majestas benigne se resolvit, sine dilatione debitam satisfactionem se procuraturam. 1655. *Art.* 33.

## §. X.

*Querela Capituli Strigoniensis contra Confiniarios.*

Conqveritur Capitulum Strigoniense, qvod milites Stipendiarii, et Confiniorum Capitanei, vel eorum Vice Capitanei, praedia, terras arabiles, Capturas piscium, et Uzonum, ac foenilia et sylvas, sine ulla dominii recognitione occupant, et qvorumcunqve colonos recipiunt, et nihilominus in prioribus bonis ipsos tuentur; statuitur itaqve, ut supradictorum Confiniorum Capitaneis Sua Majestas, tam Germanis, qvam Hungaris serio praecipiat, ut ab ejusmodi violentiis, et damnis inferendis abstineant. 1604. *Art.* 14.

## §. XI.

*Strigonienses Vicarii.*

1. Ad Tabulam Regiam Suae Majestatis loco Praelati nominatur Paulus Almásy Vicarius Strigoniensis. 1601. *Art.* 33.

2. Ad continuandam Commissionem ratione dominiorum ad Austriam possessorum ex parte sua nominant *(SS. et OO.)* Admodum

R. D. Nicolaum Böjthe Vicarium Strigoniensem. 1635. *Art.* 60.

3. Ut termini eductionum, et inductionum per A. R. D. Franciscum Szegedy, Vicarium Strigoniensem, rectificentur. 1659. *Art.* 61.

4. Joannes Arady Episcopus Dulcinensis, Lector, et Canonicus Vicarius Generalis Strigoniensis, obtulit pro Academia Ludovicaea 1500. fl. 1808. *Art.* 7.

5. Alexander Rudnay de Eadem, et Divék-Ujfalu Episcopus Ansariensis, Canonicus Strigoniensis, et Vicarius Generalis obtulit 1000. fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art.* 7.

## §. XII.

### *Capituli Strigoniensis Praepositus Major.*

1. In Judiciis Partium Ultra- et Cis-Danubianarum in Tabula Regia pro Praelato: D. Nicolaus Telegdinus Praepositus Strigoniensis. 1574. *Art.* 17.

2. Ad rectificationem metarum Regni circa Moraviam: RR. D. Blasius Jaklin Episcopus Tinniniensis, Praepositus Major Capituli Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis, et Tabulae Regiae Judiciariae Praelatus. 1687. *Art.* 15. §. 2.

3. Baro Emericus de Perény, Episcopus Bacensis, Metropolitani Capituli Strigoniensis Praepositus Major, et Canonicus, obtulit 2000. fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art.* 7.

## §. XIII.

### *Praepositus S. Georgii de Viridi Campo Strigoniensi.*

Ad rectificationem metarum versus Moraviam: R. D. Georgium Bársonyi Praeposi-

tum S. Georgii de Viridi Campo. 1662. *Art.* 37. §. 7.

§. XIV.

*Capituli Strigoniensis Lector.*

In his Partibus Cis, et Ultradanubianis ad Tabulam: R. D. Joannem Pálfalvay Lectorem, et Canonicum Ecclesiae Strigoniensis denominant. 1647. *Art.* 76. §. 4.

§. XV.

*Capituli Strigoniensis Canonici, et Archidiaconi.*

Ad differentiam qvoad limites Regni versus Silesiam. RR. DD. Josephus Bajzáth Abbas B. M, V. de Százvár Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis Canonicus, Archidiaconus Comaromiensis, et Tabulae Regiae Judiciariae Praelatus. 1765. *Art.* 16.

In Urbarialibus: Martinus Görgey de Eadem, Hereditarius in Toporcz Praepositus S. Ladislai in Comitatu Simigiensi Archidiaconus Barsiensis, Canonicus Strigoniensis, et Tabulae Regiae Judiciariae Praelatus. 1791. *Art.* 67.

In Juridicis: Nicolaus Konde de Pókatelek Episcopus Cathariensis Abbas B. M. V. de Candelis, alias Schavnik, Canonicus Strigoniensis, et Tabulae Septemviralis Praelatus. 1791. *Art.* 67.

In Literariis: Andreas Szabó Episcopus Noviensis, Abbas S. Jacobi de Silisio. Praepositus S. Joannis Bapt. de Buda, Canonicus Strigoniensis. 1791. *Art.* 67.

Ad Commissionem Jaurinensem: A. R. D. Georgius Bársonyi Archidiaconus Tornensis substitutus. 1659. *Art.* 79. §. 1.

Nicolaus Rauscher Episcopus Macariensis Canonicus Strigoniensis obtulit 1000. fl. 1808. *Art. 7.*

Ignatius Bärnkopf, Episcopus Rosonensis Canonicus Strigoniensis obtulit 1000. fl. 1808. *Art. 7.*

Georgius Riczinger Canonicus Strigoniensis obtulit 1000. fl. 1808. *Art. 7.*

Joannes Szalay Canonicus Strigoniensis obtulit 1000. fl. 1808. *Art. 7.*

Baro Carolus de Perény Episcopus Bosonensis Canonicus Strigoniensis et Tabulae Septemviralis Assessor, obtulit 500. fl. praeterea, qvamdiu vixerit, annue pendendos 100. fl. 1808. *Art. 7.*

C. Nicolaus Cháky de Keresztszegh *Capituli* Strigoniensis Cantor, et Canonicus obtulit 1000. fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art. 7.*

Paulus Beznák de Beznákfalva Custos, et Canonicus Strigoniensis obtulit 4000. fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art. 7.*

Petrus Ürményi de Eadem, Abbas, Canonicus et Ablegatus Metrópolitani Capituli Strigoniensis, obtulit 1000. fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art. 7.*

Franciscus Stipsics Canonicus Strigoniensis obtulit 1000. fl.

Alexander Alagovich Canonicus Strigoniensis obtulit 300. fl.

Joannes Benyovszky de Eadem, et Urbanov Canonicus Strigoniensis obtulit 1000. fl.

Stephanus Gosztonyi de Eadem, et Köves-Száry Canonicus Strigoniensis obtulit 1000. fl.

Georgius Keller Canonicus Strigoniensis obtulit 500. fl.

Franciscus Kramer Canonicus Strigoniensis obtulit 1000. fl.

## ARTICULUS II.

### *De Capitulo Ecclesiae Metropolitanae Colocensis.*

### §. I.

#### *Capitulum Colocense Locus authenticus.*

1. Ut haec nostra, tam concessio, qvam ordinatio sit nostris, nostrorumqve Successorum temporibus in perpetuum valitura, eam conscribi fecimus in septem Paria literarum, et aureo sigillo roborari ita, qvod unum Par Sextum in Capitulo Colocensi reservetur. 1222. *Art.* 31.

2. Capitulo Colocensi, post exactum Regni finibus Christiani nominis hostem Turcam, per magnae Memoriae Imperatorem, et Regem Carolum VI. in pristinam Sedem suam, inqve jura, et praerogativas antiqvas, postliminio reposito, Sua Majestate Sacratissima clementer admittente, restaurationem hanc, et in jura sua, una, et in sigilli authentici usum praedicti Capituli restitutionem Articulo huic inserendam decreverunt Status et Ordinis Regni. 1751. *Art.* 7.

### §. II.

#### *Capituli Colocensis exercituatio.*

Capitulum Bachiense Eqvites qvinqvaginta. 1498. *Art.* 20. §. 25.

## ARTICULUS III.

### *De Capitulo Agriensi.*

### §. I.

#### *Agriensis Capituli exercituatio.*

Capitulum Agriense Eqvites ducentos. 1498. *Art.* 20. §. 22.

## §. II.

*Bonorum Capituli Agriensis gratuiti labores.*

Oppidum Agriense muniatur per colonos Capituli Agriensis ad praesentem annum. 1574. *Art. 5. §. 3.*

## §. III.

*Capitulum Agriense locus Credibilis.*

1. Cum proximis temporibus magni saepe defectus, atqve inde Dominis et Nobilibus damna non mediocria contingerint in executionibus literarum, qvae ad Conventus de Lelesz, et Jaszow ex Sede Judiciaria Regiae Majestatis emanari solent, maxime autem Comitatibus Partium Superiorum, et trans Tybiscum, qvae ad eos Conventus necessario recurrunt, propterea, qvod ob miram Religiosorum paucitatem, in Jaszow vix unus Frater aliqvando esse dicatur; ad evitanda imposterum ejusmodi damna et defectus, statutum est: ut, usqve ad proximam Conventus celebrationem, Capitulum Agriense ad executiones faciendas, in Comitatibus Abaujvár, Zemplin, Ungh, Marmaros, Ugócha, Szolnok, Kraszna, non minori authoritate, qvam praedicti duo Conventus Lelesz, et Jászow similiter ad ea Loca, ad qvae Capitulum Váradiense potest procedere, ad qvamvis executionem libere possit exire. Interim autem Conventus, aut Capitula, maxime vero Conventus de Lelesz, contra qvem communis est qverela, non plus, qvam duodecim denarios in singulos dies, juxta Regni Decretum, executionum tempore possint accipere. Utqve Nobiles qvi pro literis, vel executione

obtinendis, ad Conventum de Jászow proficiscuntur, depositis armis, unus aut alter ordine intromittatur, tempore autem fassionis, per plures faciendae, vel juramenti depositionis, maneant foris hoc tempore pernicioso. 1550. *Art.* 63.

2. Cum propter factiones rebellium in Partibus Superioribus, Conventus de Lelesz ad juridicas executiones inter fideles Regiae Majestatis progredi non possit, supplicant Status, et Ordines, ut interea, dum Conventus ille eliberabitur, Conventum de Jaszow, ac Capitulum Agriense et Scepusiense ad executiones, ad qvas Lelesz procedere solebat, procedere jubere dignetur. 1557. *Art.* 21.

3. Cessante ratione, ob qvam tenore Art. 63. A. 1550. Agriensi Capitulo in remotioribus Trans Tybiscanis Partibus admissum fuisset, executiones peragere, a modo, deinceps praemissum Capitulum executiones, et munia obligationum suarum, in locis Comitatibus vicinioribus, ita et Dioecesi executiones faciat. 1723. *Art.* 40.

4. Pro augenda Regnicolarum commoditate Status et Ordines, benigne annuente Sua Majestate Sacratissima, statuerunt: ut Archiva qvae occasione abolitionis Conventuum Jaszoviensis et Lelesziensis, ad Capitulum Agriense translata erant, clementer jam restabilitis Conventibus praerecensitis, cum legali Credibilitatis activitate, iisdem restituantur; Expeditionibus illis, qvas Capitulum Agriense ex Instrumentis literalibus ad Conventus Jaszoviensem et Lelesziensem pertinentibus, medio tempore fecit, suapte vigorem habentibus. 1802. *Art.* 16.

## §. IV.

### *De residentia Capituli Agriensis.*

1. Qvia Capitulum Agriense post amissam Agriam, hactenus locum residentiae non habuit, ideo interim, donec Agria recuperabitur, nominatur ei loco residentiae Cassovia. 1597. *Art.* 38.

2. De Capituli Agriensis intertentione Sua Caesarea, Regiaqve Majestas, et Regnicolae, in futura Regni Diaeta de securo, et oportuno loco providebunt, si Cassoviae non poterit esse. 1606. *Pacif. Vien. ad Art. §.* 7.

3. Qvae Majestas Sua Regia de Capituli Agriensis intertentione, deqve loco aliqvo certo pro residentia eidem ordinanda, ulterius innuit: ea qvoqve, a Statibus et Ordinibus diligenter sunt perlecta, nihilqve ipsis acceptius foret, qvam, si idem Capitulum, sicut et alii status, in integrum restitui, locusqve aliqvis, pro residentia idoneus, citra qvorumvis injuriam ei assignari posset; ideo, ut Capitularium intertentioni prospectum sit, dignetur Sua Majestas usqve ad certum tempus, Tyrnaviae illis residentiam concedere, et donec illi in integrum restituantur, aut aliter illis de loco, et intertentione provisum fuerit, pro sua erga ipsos pietate prospicere, unde illi intertentionem suam interim habere possint. 1609. *Art.* 10.

4. Pro restauratione Capituli Agriensis deputatur Oppidum Jászó, ut ibi residentiam habeat, de intertentione autem Sua Majestas benigne providere dignabitur. 1613. *Art.* 3.

5. Contra direptores literarum, et literalium Instrumentorum, sub praeteritis disturbiorum temporibus ablatorum ex Capitulo Agriensi, veluti publicos Praedones, vigore Articu-

lorum superinde sancitorum, per Supremos, et Vice Comites Comitatuum procedatur. 1647. *Art.* 101. §. 3.

6. Tum ad benignam Suae Majestatis reqvisitionem, pro parte Capituli Agriensis factam, tum etiam ex eo, qvod idem Capitulum in Oppido Jászó, veluti Turcarum excursionibus, depopulationibusqve exposito, et jam in aliqva parte exusto, tute residere, et ad executiones procedere, et Causantes illuc ad necessarias illis fassiones celebrandas, secure adire non possint; ordinatur idcirco eidem Capitulo locus residentiae in libera ac Regia Civitate Cassoviensi, liberaqve domorum, ibidem coemendarum facultas, sub poena in Art. 44. A. 1609. toties, qvoties per idem Capitulum medio unius Magistri Protonotarii, vel Vice Comitis Comitatus, a dicta Civitate exigenda, eidem admittitur. 1649. *Art.* 38.

## §. V.

### *De Decimis Capituli Agriensis.*

1. Supplicant Status Suae Majestati, ut Capitulo Agriensi clementer admittere dignetur, ut suas residuas Decimas, et Qvartas in specie colligere possint, amissa maxima parte suorum proventuum, ut habeant, unde vivere possint. 1597. *Art.* 38. §. 3.

2. Ut Decimae, et Qvartae Capituli Agriensis adimantur, non videtur consultum esse; amissis enim aliis bonis, ii Sacerdotes aliunde vivere non habent, nisi ex eis Decimis et Qvartis; qvare supplicant Status Suae Majestati, ut ita hoc negotium cum ipso Capitulo tractet atqve agat, ut justam dolendi, atqve conqverendi causam non habeant. 1598. *Art.* 32.

3. Qvae Majestas Sua Regia de Capituli Agriensis intertentione innuit non ignotum esse arbitrantur Suae Regiae Majestati, qvamtopere tot bellorum motibus, internisqve dissidiis attritae sint Partes illae Regni Superiores, et Confinia destructa, atqve desolata, adeo, ut si Decimae ejusdem Capituli in Confiniis, ex qvibus salus, et permansio unice dependet, jam antea eo deputatae, et conversae, nunc alio applicentur, evitari haud possit, qvin illa extreme periclitentur, hostiumqve in manus inaugurato deveniant; ideo, ut et Confiniorum saluti et permansioni provideatur, et Capitularium qvoqve intertentioni prospectum sit, dignetur Sua Majestas, pro sua erga ipsos pietate prospicere, unde illi intertentionem suam interim habere possint. 1609. *Art.* 10.

## §. VI.

*Capitulum Agriense jure procedat contra distractores suorum clenodiorum Ecclesiasticorum.*

Justo, et pio dolore publice qverulante Venerabili Capitulo Ecclesiae Agriensis, contra nonnullos Cives Cassovienses, et alios eorumdem, suo loco, et tempore declarandos complices, violentae utpote arestationis Monstrantiarum, calicum, aliorumqve Ecclesiasticorum suorum clenodiorum, et apparamentorum, in templo S. Elisabethae intentatae exinde supervenientibus posthac seditiosis tumultibus, causatae illorum ablationis, inqve praedam actae conversionis authores, aeqvum censent Status et Ordines, ut ratione praetactorum clenodiorum proseqvendae rehabitionis, contra supramentionatos authores, et complices, eatenus praescripta amnystia ipsis minus

Suffragante, via brevium Articulorum, de violentiis editorum, comperta de praemissis rei veritate, dicto Capitulo procedere integrum sit. 1687. *Art.* 19.

## §. VII.

*Capitulum Agriense in Oppida Polgári, et Szent Margita jure suo utatur.*

Articulus (*ut DD. terrestres jure suo utantur*) ad Oppida Polgári, et Szent Margita Capituli Agriensis, juxta Tabularem determinationem, superinde jam factam, extensus esse intelligatur, ac, ad evitandos qvam plurimos excessus, et hucusqve emersas qverelas, praeattacta Oppida Polgári, et Szent Margita, virtute qvoqve Art. 73. A. 1618. et Art. 43. A. 1655. ac in iisdem citatorum, legali jurisdictioni Comitatus de Zabolch subjiciantur. 1715. *Art.* 95.

## §. VIII.

*Agrienses Vicarii.*

1. Praelatus, qvi Judiciis Eperiessiensibus intersit, erit Vicarius Agriensis. 1572. *II. Art.* 4. §. 2.

2. In Sede Judiciaria Suae Majestatis in Eperies pro Praelato intersit Franciscus Pankotanus Vicarius Agriensis. 1574. *Art.* 17.

3. Loco Praelati Judiciis Partium Superiorum Franciscus Pankotanus Vicarius Agriensis. 1575. *Art.* 3. §. 2.

4. In Partibus Superioribus pro Praelato Tabulae: A. R. D. Albertus Czeglédy Vicarius Ecclesiae Agriensis, Praepositus B. M. V. 1638. *Art.* 23. §. 2.

5. Laudabili, et non grata tantummodo memoria, sed et imitatione dignissimo exemplo Ill. et RR. D. Georgius Foglár, Electus Episcopus Serbiensis, Praepositus Albaaei, V. Capituli Cathedralis Ecclesiae Agriensis Lector, et Canonicus Exc. Ill. ac RR. D. C. Gabrielis Antonii Erdődy de Monyorókerék Episcopi Agriensis in Spiritualibus Vicarius, et Causarum Auditor Generalis, amore boni publici, pro erudienda in jure patrio nobili Juventute, Agriae Studium Juridicum, virtute literarum suarum fundationalium, in Archivo praememorati Capituli repositarum instituit, et mentionato Capitulo Agriensi concredidit. 1741. *Art.* 44.

## §. IX.

### *Capituli Agriensis Praepositi Majores.*

1. Datum per manus Cleti, Aulae nostrae Cancellarii, et Agriensis Ecclesiae Praepositi. A. 1222. *Art.* 31. §. 3.

2. In Judiciis Eperiessiensibus pro Praelato nominatur D. Benedictus Beyczy Praepositus Ecclesiae Agriensis. 1588. *Art.* 30. §. 1.

3. Putant necessarium fore, ut pro facienda informatione ad negotium confaederationis ex gremio Statuum Nuncii speciales in Poloniam expediantur, qvam ad rem nominant D. Demetrium Napragy Praepositum Agriensem. 1596. *Art.* 60. §. 2.

4. Circa modum redemptionis Castri Lublyo, et XIII. Oppidorum Scepusiensium, Status et OO. praemittendam esse censent unam decentem legationem ad Serenissimum Regem, et Status Regni Poloniae, ad qvam peragendam nominant Venerabilem D. Michaelem Maurovitium,

rovitium, Trium fontium de Beel Abbatem: et Praepositum Majorem Agriensem. 1650. *Art.* 26.

5. In Partibus Superioribus pro Praelato ad Tabulam R. D. Joannes Pálfalvay Praepositus Agriensis denominatur. 1647. Art. 103. §. 1.

6. Pro Partibus Superioribus ad Tabulam R. D. Franciscum Somogyi, Praepositum Majorem Capituli Agriensis denominant. 1649. *Art.* 76. §. 3.

7. Pro complanatione metarum, ac limitum Regni A. R. D. Franciscus Somogyi Praepositus Major Capituli Agriensis denominatur. 1649. Art. 72. §. 1.

8. Pro rectificandis abusibus, et reformando vectigali Tricesimarum in Partibus Regni Superioribus nominantur pro Commissario A. R. Andreas Makchay Praepositus Major Agriensis. 1655. *Art.* 100. §. 2.

9. Ut Civitatum Leutschoviensis, et Kesmarkiensis indemnitati contra XIII. Oppidanos consulatur, ex parte sui Commissarium A. R. Andream Makczay Praepositum Agriensem denominant. 1659. *Art.* 52. §. 2.

10. Pro Systematis elucubratione in Militaribus, Politicis, et Oeconomicis Commissarius denominatur Honorabilis Joannes Kiss Episcopus Ansariensis, et Ecclesiae Agriensis Praepositus Major. 1715. *Art.* 59. §. 2.

11. Ad Commissionem limitaneam versus Transylvaniam: Franciscus Miklóssy Episcopus Biduanensis, Cathedralis Ecclesiae Agriensis Praepositus Major, et Canonicus. 1791. *Art.* 63.

12. Versus Transylvaniam: Franciscus Miklóssy Consecratus Episcopus Titopolitanus, et Electns Biduanensis, Cathedralis Ecclesiae Agriensis Praepositus Major, et Canonicus. 1802. *Art.* 26.

## §. X.

*Praepositus S. Petri de Castro Agriensi.*

In Publico Politicis: Josephus Zabraczky Praepositus S. Petri de Castro Agriensi. 1791. *Art.* 67.

## §. XI.

*Lectores Capituli Agriensis.*

1. Praelatus, qvi Judiciis Eperiessiensibus intersit, erit Lector Agriensis. 1572. *II. Art.* 4. §. 2.

2. Loco Praelatorum, qvi Judiciis Partium Superiorum in Eperies intersint: Paulus Szegedy Lector Agriensis. 1575. *Art* 3. §. 2.

3. Ad Partes Regni superiores pro altero Praelato Tabulae Regiae A. R. D. Joannes Cheh Praepositus Mislensis Lector et Canonicus Venerabilis Capituli Ecclesiae Agriensis. 1635. *Art.* 14. §. 1.

4. V. Capituli Cathedralis Ecclesiae Agriensis Lector et Canonicus Georgius Foglár pro erudienda in jure Patrio Nobili Juventute Agriae Studium Juridicum instituit. 1741. *Art.* 44.

## XII.

*Cantor Capituli Agriensis.*

In Judiciis Eperiessiensibus pro Praelato nominatur Matthaeus Paczona Ecclesiae Agriensis Cantor. 1588. *Art.* 30. §. 2.

### §. XIII.

*Custos Capituli Ecclesiae Agriensis.*

In Publico politicis deputatur Josephus Zabraczky Custos et Canonicus Ecclesiae Agriensis. 1791. *Art.* 67.

### §. XIV.

*Capituli Ecclesiae Agriensis Archidiaconus Cathedralis.*

1. Loco Praelati Judiciis Partium Superiorum intersit Michael Sciscianus Cathedralis (Archidiaconus, ut puto) Agriensis. 1575. *Art.* 3. §. 2.

2. Antonius Makay de Eadem, Abbas B. M. V. de Gágy Metropolitanae Ecclesiae Agriensis Canonicus, et Archidiaconus Cathedralis, ac Tabulae Regiae Judiciariae Praelatus Deputatus in Banderialibus. 1808. Art. 4.

### §. XV.

*Canonicus Capituli Agriensis.*

1. Antonius Makay Abbas Canonicus, et Ablegatus Metropolitani Capituli Agriensis Tabulae Regiae Judiciariae Praelatus, obtulit 2000 fl. pro Academia Ladovicaea. 1808. *Art.* 7.

2. Josephus Vurm Canonicus, et Ablegatus Metropolitani Capituli Agriensis, obtulit pro Academia Ludovicaea 2000 fl. 1808. *Art.* 7.

## ARTICULUS IV.

*De Capitulo Albaregalensi.*

Franciscus Frideczky Canonicus, et Ablegatus Capituli Alba Regalensis obtulit pro Academia Ludovicaea 1000 fl. 1808. *Art.* 7.

## ARTICULUS V.

*De Capitulo Bosnensi.*

1. De Capitulo Bosnensi Statutum est: qvod, ex qvo ejus Canonici totaliter destructi esse dignoscuntur, pro reformatione Ecclesiae illius, qvae in honorem S. Petri constructa est, habeant facultatem ubiqve per totum Regnum pro testimonio Capitulari ambulare, adinstar Capituli Budensis. 1498. *Art.* 12.

2. Demptis Testimoniis Capituli Bosnensis Ecclesiae, qvi, in qvibuscunqve Executionibus, per totum Regnum Hungariae, et Partes sibi subjectas procedendi habet authoritatem. P. II. T. 21. §. 2.

## ARTICULUS VI.

*De Capitulo Chanadiensi.*

Venerabile Capitulum Chanadiense obtulit pro Academia Ludovicaea 500 fl. 1811. *Art.* 2.

## ARTICULUS VII.

*De Capitulo Jaurinensi.*

### §. I.

*Capitulum Jaurinense locus Credibilis.*

1. Statutum qvoqve est: ut Capitulum etiam Jaurinense, nunc Sopronii degens, a modo deinceps, tam executionibus, qvam expeditionibus, in Sua jurisdictione, et Diaecesi, libere, sicut antea procedere possit; sine tamen praejudicio Conventus B. Michaelis Archangeli de Chorna, et salvis remanentibus

libertatibus ipsius Civitatis Soproniensis. 1597. *Art.* 39.

2. Pro augenda Regnicolarum commoditate Status et Ordines, benigne annuente Sua Majestate Sacratissima, statuerunt: ut Archiva, qvae occasione abolitionis Conventuum Sacri Montis Pannoniae, et Chornensis, ad Capitulum Jaurinense translata erant, clementer jam restabilitis Conventibus praerecensitis, cum legali credibilitatis activitate iisdem restituantur; Expeditionibus illis, qvas Capitulum Jaurinense ex Instrumentis literalibus ad Conventus Sacri Montis Pannoniae, et Chornensem pertinentibus, medio tempore fecit, suapte vigorem habentibus. 1802. *Art.* 16.

## §. II.

### *Capituli Jaurinensis Jurisdictio terrestralis.*

1. Supplicant denuo Status et Ordines, ut Sua Majestas Capitulo Jaurinensi solitam, et a divis Hungariae Regibus concessam residentiam, ac jurisdictionem, in ipsorum Jaurinensi Civitate reddi, ac restitui gratiose jubeat, 1599. *Art.* 42.

2. Sacratissima Sua Majestate juribus Venerabilis Capituli Jaurinensis, qva Domini terrestris, ad supplicem ejusdem instantiam, benigne consulente, exstructionem non tantum fornacis lateritiae, hactenus per officiales bellicos Jaurinenses, in grave damnum, et praejudicium attacti Capituli impeditam, sed etiam ibidem exurendarum tegularum usuationem, ac aliis fiendam liberam distractionem, clementissime resolvit; Praesidiaria nihilominus fornace Jaurinensi, pro reparatione

duntaxat maeniorum ipsius Praesidii imperturbate permanente. Domuncularum porro super Cellario annotati Capituli exstructarum accommodatione, ad commissionem, in Articulo 43. expressam, remissa. 1715. *Art.* 62. §. 2.

3. Justum est: ut Oppidani Jaurinenses ea, qvae judicialiter determinata, et Successive per initum qvoqve contractum stabilita exstiterunt, effective qvoqve, ac eousqve, donec in talismodi statu perstiterint praestare debeant; Sacra proinde Regia Majestas, vi benignissimae Resolutionis suae, clementer disponet: ne in desumendis ejusmodi oneribus, et obligationibus Jaurinensi Capitulo militares Instantiae obicem ponant. 1741. *Art.* 35.

## §. III.

*Jaurinensis Capituli contra Episcopum Georgium Draoskvith qverelae.*

1. Qvandoqvidem Status et Ordines Regni Capitularium etiam libertatem a nemine violandam esse cupiant; itaqve decernitur: ne a modo imposterum, modernus Episcopus Jaurinensis in jurisdictionem Capituli, in juridicis ac legitimis executionibus, et bonis ejusdem temporalibus, se intromittere, libertatesqve convellere praesumat; Mulctas, ab ipsis exigendas, propria authoritate non decernat; vacantia beneficia et canonicatus, sub amissione collationis, et fructuum medio tempore perceptorum restitutione, Capitulo fienda, ultra tempus, in canonibus definitum, vacare permittat, eorumdemqve fructus ac obventiones pro se non percipiat; in bonis acqvisititiis Canonicorum, ab intestato decedentium nullam dispositionem habeat; Notarios

eorumdem non dirigat, neqve testamenta ipsorum mutet, vel qvidlibet aliud, in praejudicium, e- derogamen jurium, ad jurisdictionem eorumdem admittere attentet; Conservatoria etiam, et Sacristias violare, literasqve, et literalia Instrumenta Regnicolarum, ibidem reposita, nec convolvere, nec discutere, multo minus asportare, vel deperdere, sub amissione officii ipsius audeat. 1647. *Art.* 102.

2. Qvoniam contra RR. D. Georgium Draskovith Episcopum Jaurinensem graves admodum per Capitulum loci statibus et Ordinibus Regni essent porrectae qverelae; cujus excessus, ut ad exemplum aliorum reprimantur, contenti redduntur Status et Ordines Regni, ut, juxta benignam Suae Majestatis Sacratissimae Resolutionem, causa eadem ad instantiam injuriatorum, in termino, post Diaetam praefigendo, per Ill. DD. Archiepiscopum Strigoniensem, et Comitem Judicem Curiae Regiae, adhibitis Ecclesiasticis personis, nec non judicibus, et Tabulae Regiae Assessoribus, qvi ad manus haberi poterunt, peremptorie, judicialiter revideatur, et reali etiam executioni demandetur. 1647. *Art.* 113.

## §. IV.

### *Capituli Jaurinensis negotia cum Militaribus,*

1. Conqveritur Capitulum Jaurinense, qvod tam milites stipendiarii qvam Confiniorum Capitanei, vel eorum Vice Capitanei, praedia, terras arabiles, capturas piscium, et uzonum, ac faenilia et sylvas sine ulla Dominii recognitione occupant; statuitur itaqve: ut Majestas sua supradictorum confiniorum Capitaneis,

tunc Germanis, qvam Hungaris serio praecipiat, ut ab ejusmodi violentiis, et damnis inferendis abstineant. 1604. *Art.* 14.

2. Posteaqvam ratione violationis jurium, et jurisdictionis Capituli Jaurinensis, per supremum, et alios Capitaneos, annonae Praefectum, ceterosqve Officiales Suae Majestatis, in Praesidio Jaurinensi constitutos factae, ac inter cetera: qvod iidem Capitanei et Officiales, jurisdictionem suam in Cives et subditos ejusdem Capituli extendant, macella in fraudem lanionum Capitularium aliis assignent, libertatem educillandi per bimestre annuatim restringant, Constitutiones opificum qvorumdam, Regio diplomate confirmatas negligant, exemptionum Civilium rationem non habeant, aliaqve molestiarum genera ipsis inferant, *Sacra*, Caesarea, Regiaqve Majestas ad arbitrativam revisionem Commissariorum Hungarorum, soluta hac Diaeta, immediate eo destinandorum benignissime condescendit, eisdemqve Commissariis Hungaris in serie praesentium Articulorum, per Status et Ordines denominandis, praetacta molestiarum genera defacto complanandi, et effectuandi authoritatem attribuit. Ob hoc iidem Status, et Ordines pro Commissariis, et plenipotentiariis arbitris nominant RR. D. Joannem Telegdy Episcopum Varadinensem, Magnificum D. Nicolaum Eszterházy de Galantha, Generosos item: Benedictum Pakay personalis Praesentiae Regiae in Judiciis Locumtenentem, Suae Majestatis Consiliarios, nec non Georgium Szombathelyi, Mosoniensis, Stephanum Amade Posoniensis Comitatus Vice Comites, Stephanum Chernyel, et Nicolaum Marczaltoi. Ad qvos, ut Sua Majestas, juxta benignam suam

oblationem specialia sua mandata superinde extradare, eorumdemqve complanationem, et effectuationem pro rato, grato, et accepto habere dignetur. Interim autem, ut Officiales Suae Majestatis ab omni molestatione ipsius Capituli cessent, iidem Status et Ordines dignum censent. 1618. *Art.* 26.

3. De gravaminibus Honorabilis Capituli Ecclesiae Jaurinensis, contra jura, et jurisdictionem ipsorum, per Praesidiarios, annonariosqve Praefectos, et Officiales, ac Tricesimatorem Jaurinensem illatis, in diaeta A. 1618. Art. 26. speciale Statutum conditum, Commissionemqve superinde institutam esse Status et Ordines etiamnum recenti memoria tenent. Qvia tamen ob certa impedimenta, ejusmodi statuto hactenus satisfieri neqvivit, ideo, ex benigna Sacrae Caesareae, Regiaeqve Majestatis annuentia, merito renovandum, et qvam primum effectuandum esse decernunt eundem Articulum, commissionemqve in eodem institutam, simulqve statuunt, ut, juxta clementem Suae Majestatis Resolutionem, Statibus et Ordinibus superinde elargitam, Commissio eadem instituta, et futura, praedictis officialibus bellicis, annonariis et Tricesimatoribus, adhuc sub hac Diaeta intimetur, et ad delegandos DD. Commissarios Mandata expediantur. Ubi porro Commissio ipsa peracta fuerit, determinatio eorumdem DD. Commissariorum, pro rato, grato, et accepto habeatur; ac ut iidem omnes, et singuli Officiales, interim, donec nempe Commissio ipsa peragetur, ab omni memorati Capituli, subditorumqve ejusdem molestatione supersedere debeant, et teneantur. Nominantur autem pro Commissariis iidem, qvi in Articulo citato no-

minati fuerant, et loco demortui Stephani Chernel, Wolfgangus Mórocz Vicecomes Comitatus Posoniensis surrogatur. Deniqve pro ejusdem Capituli parte renovant etiam Status et Ordines, adimplendosqve esse decernunt, anteriorum temporum Constitutiones, praesertim Annorum 1542. Art. 21. 1555. Art. 12. A. 1552. Art. 18. et A. 1613. Art. 19. super Decimis ejusdem editas. 1622. *Art.* 50.

4. Qvandoqvidem decretis Suae Majestatis ex Consilio bellico pariter et Aulico, ratione gravaminum V. Capituli Ecclesiae Jaurinensis elargitis, per officiales bellicos, et annonarios Praesidii Jaurinensis, necdum per omnia satisfactum est, eorumdemqve Decretorum plenariam executionem Sua Sacratissima Majestas qvam primum se demandaturam clementer respondit, Status et Ordines humillime sunt contenti, et certo sibi persvadent, qverelas ulteriores eatenus cessaturas. 1635. *Art.* 77.

5. Pro peracta Commissione Jaurinensi *Art.* 50. A. 1622. instituta Sacratissimae Caesareae, Regiaeqve Majestati Domino ipsorum clementissimo fideles Status et Ordines, nominatim vero V. Capitulum Ecclesiae Jaurinensis immortales agunt gratias. 1625. *Art.* 18.

6. Cum etiam Sua Majestas Commissionis Puncta, vigore Art. 10. A. 1625. per certos DD. Commissarios pro parte V. Capituli Jaurinensis, contra Generalem Capitaneum loci ejusdem institutae, valida esse benigne recognoscat; decernitur proinde: ut, sicuti de antiqvis, ita etiam recenter per ipsum Generalem Capitaneum, sibiqve subjectos patratis injuriis, ipsi Capitulo ex aeqvo satisfiat, jusqve gladii qvoad subditos ejusdem Capituli in eo-

dem Oppido Jaurinensi penes Judicem eorumdem maneat. 1638. *Art.* 20.

7. Qvod Sacra Caesarea, Regiaqve Majestas ad humilem Instantiam V. Capituli Jaurinensis, se clementer resolvere, petitaeqve Commissioni inter idem una, parte vero ab altera Ill. D. modernum ejusdem loci supremum GeneralemCapitaneum instituendae benigne annuere, certosqve Commissarios suos benigne ordinare, ac determinare dignata est, humiles agunt gratias fideles Status et Ordines, Majestati Suae Sacratissimae; et pro parte sua iidem qvoqve Regnicolae pro Commissariis denominant RR. D. Benedictum Kisdy Electum Episcopum Varadinensem, Ill. D. Comitem Franciscum de Nadasd, A. Reverendos DD. Stephanum Rohonczy Abbatem de Szalavár, et Franciscum Folnay Praepositum Castriferrei; item Egregios Magistrum Stephanum Daras Personalis Praesentiae Regiae Protonotarium, Michaelem Majthényi de Kesselökö, et Franciscum Botka de Széplak. Supplicantes humillime Suae Majestati, ut Commissio haec qvanto ocyus adornetur, effectiveqve per hoc differentiae omnes, partes inter praenotatas sopiantur, ac Art. 18. A. 1625. realiter observetur. 1647. Art. 45.

8. Cum Jaurinensis Commissio in Art. 45. A. 1647. pro parte Capituli Jaurinensis, contra D. Generalem ejusdem Praesidii Capitaneum ordinata, necdum finem et effectum suum sortita sit; dignum proinde censent, et supplicant Suae Majestati Regnicolae, ut eam qvoqve Commissionem, ad instantiam praemissorum qverulantium, primo qvoqve tempore institui, et per denominatos ibidem

Commissarios debito fine determinari, et complanari curare clementer dignetur. 1649. *Art.* 37.

## §. V.

*Capitulum Jaurinense munimentum Patonense erigat.*

Qvandoqvidem Capitulum Ecclesiae Jaurinensis Castellum, et Possessionem Patonensem a Turcis combustam, propriis suis expensis in defensionem illius loci, et vicinarum Partium reparare, fortificare, et novum ibidem praesidiolum erigere, et subditos ibidem locandos, in militarem statum, certis sub conditionibus pro communi bono elevare se velle obtulit; idcirco communi voto statuitur: ut annotatum Capitulum locum illum sic muniendum, et subditos ad liberam, ac gratuitam militiam applicandos, ibidem erigere, et applicare, ac plenaria jurisdictione independenter, sine omni Generalis impeditione, aut dependentia gubernare valeat, atqve possit. 1649. *Art.* 50.

## §. VI.

*Jaurinensis Capituli Praepositi.*

1. Judiciis intersit Stephanus Mathésy Praepositus Jaurinensis. 1567. *Art.* 26.

2. In Judiciis Tyrnaviensibus pro Praelato nominatur D. Stephanus Mathésy Praepositus Ecclesiae Jaurinensis. 1582. *Art.* 4. §. 4.

3. In Judiciis Posoniensibus pro Praelato nominatur D. Stephanus Mathésy Praepositus Jaurinensis. 1582. *Art.* 5.

4. Praelatus, qvi Judiciis ultra, citraqve Danubium interesse debebit D. Praepositus Jaurinensis. 1572. II. *Art.* 5. §. 1.

5. Pro rectificatione metarum Regni versus Styriam: A. R. Joannes Bény Praepositus Ecclesiae Jaurinensis. 1655. *Art.* 30. §. 6.

## §. VII.

### *Lector Capituli Jaurinensis.*

In Partibus Cis, et Ultradanubianis ad Tabulam Regiam pro Praelato: R. Nicolaus Böjthe Lector, et Canonicus Jaurinensis, nominatur. 1625. *Art.* 51. §. 3.

## §. VIII.

### *Custos Capituli Jaurinensis.*

Ad Tabulam Regiam Suae Majestatis loco Praelati nominatur Valentinus Lépes Custos Ecclesiae Jaurinensis. 1601. *Art.* 33.

## §. IX.

### *Canonici Capituli Jaurinensis.*

1. Acta publica, qvocunqve loco existentia, per manus RR. Adami Acsady Praepositi S. Michaelis Archangeli de Hanta, Canonici Jaurinensis, eum in finem deputati, ad Regni Archivum reponantur. 1723. *Art.* 45.

2. In Ecclesiasticis Michael Dongo Abbas SS. Petri et Pauli Apost. de Tata Canonicus Ecclesiae Jaurinensis deputatus. 1791. *Art.* 67.

3. Alexander Balogh Praepositus, Canonicus et Ablegatus Capituli Jaurinensis obtulit 2000 fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art.* 7.

## ARTICULUS VIII.

*Munkachiensis Capituli Cantor et Canonicus.*

In Ecclesiasticis: Joannes Pasztelli Cathedralis Ecclesiae Graeci Ritus Catholici Munkachiensis Primicerius seu Cantor, et Canonicus deputatus. 1791. *Art.* 67.

## ARTICULUS IX.

*De Capitulo Neosoliensi.*

Ad majorem Regnicolarum commoditatem procurandam, benigne annuente Sua Majestate Sacratissima, Status et Ordines decreverunt, ut Conventús B. M. V. de Thurocz, Archivo adhuc A. 1780. ad Capitulum Neosoliense translato, idem Capitulum deinceps Expeditiones nomine proprio faciat, et functiones qvasvis, Locis Credibilibus competentes peragat, ac sigillo, per suam Majestatem Sacratissimam eidem benigne concesso, utatur. Functiones vero, et Expeditiones, qvas a tempore translationis memorati Archivi, Capitulum idem, nomine, et sub sigillo illius Conventus peragebat, pro vigorosis habeantur. 1802. *Art.* 15.

## ARTICULUS X.

*De Capitulo Nitriensi.*

### §. I.

*Capitulum Nitriense locus Credibilis.*

1. Judicium ferri, et aqvae in aliqva Ecclesia fieri interdicimus, nisi in Sede Episcopi, et majoribus Praeposituris, ut Posonii, et Nitriae. *Colom. Decr. L. I. C.* 22.

2. Qvia Franciscus Rédey coram plurium Comitatuum Nunciis jure jurando se nihil ex Protocolis, qvae Capitulum Nitriense apud ipsum esse asserit, habere affirmavit, ideo ab impetitione ejusdem Capituli absolvitur, de clenodiis autem reqviratur. 1609. *Art.* 39.

## §. II.

*Pons Capituli Nitriensis revideatur.*

DD. Commissarii, qvi ad Comitatum Nitriensem eatenus destinati fuerint, pontis etiam, in territorio Capituli Nitriensis existentis, statum revidere, et ex ejusdem reparatione exoriri solitas controversias determinare debeant. 1638. *Art.* 58.

## §. III.

*Nitriensis Vicarius.*

In Judiciis Posoniensibus pro Praelato nominantur Petrus Radovitius Vicarius Nitriensis. 1588. *Art.* 30. §. 6.

## §. IV.

*Nitriensis Capituli Lector.*

Ad Commissionem limitaneam versus Moraviam: in locum demortui Canonici Adalberti Prileszky, Adalbertus Borcsiczky de Eadem Capituli Nitriensis Lector, et Canonicus nominatus. 1811. *Art.* 4.

## §. V.

*Nitriensis Archidiaconus.*

In Judiciis Tyrnaviensibus pro Praelato nominatur Joannes Cherödy Archidiaconus Nitriensis. 1582. *Art.* 4. §. 4.

*Indeterminate, an Capituli Strigoniensis, vel Nitriensis Cathedralis.*

§. VI.

*Nitriensis Capituli Ablegatus Diaetalis.*

Ad emendationem legum adjungatur Venerabilis Gabriel Spatay Abbas Jánosiensis Nitriensis Capituli Ablegatus. 1715. *Art.* 24.

§. VII.

*Nitriensis Capituli Canonicus.*

Ad Commissionem limitaneam versus Moraviam Adalbertus Prileszky de Eadem, Abbas S. Spiritus de Bath-Monostra, Cathedralis Ecclesiae Nitriensis Canonicus deputatus. 1807. *Art.* 30.

ARTICULUS XI.

*De Capitulo Qvinqve Ecclesiensi.*

§. I.

*Capituli Qvinqve Ecclesiensis exercituatio.*

Capitulum Qvinqve Ecclesiense Eqvites ducentos. 1498. Art. 20. §. 24.

§. II.

*Praepositi Capituli Qvinqve Ecclesiensis.*

1. Datum Posonii per manus Venerabilis D. Matthiae de Gathalócz Praepositi Ecclesiae Qvinqve Ecclesiensis, Aulae nostrae summi Cancellarii fidelis nostri dilecti. A. 1435. II. Concl.

2.

2. Ad Commissionem limitaneam versus Austriam: R. D. Paulum Méhes Praepositum Qvinqve Ecclesiensem. 1662. Art. 37. §. 4.

3. Pro tractatu de inductione vinorum Hungaricorum, cum Austriacis R. D. Paulum Méhes Praepositum Qvinqve Ecclesiensem denominant. 1662. *Art.* 42. §. 1.

## §. III.

*Capituli Quinque Ecclesiensis Cantor et Canonicus.*

In Ecclesiasticis et Fundationalibus: Daniel Mitterpacher Episcopus Scutariensis, Ab. B. M. V. de Tzikador, Cathedralis Ecclesiae Qvinqve Ecclesiensis Cantor et Canonicus et ad Consilium Regium Locumtenentiale Consiliarius. 1791. *Art.* 67.

## §. IV.

*Canonici Capituli Quinque Ecclesiensis.*

C. Ladislaus Eszterházy de Galantha Canonicus Qvinqve Ecclesiensis obtulit 1500 fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art.* 7.

## ARTICULUS XII.

*De Capitulo Scepusiensi.*

## §. I.

*Capitulum Scepusiense locus Credibilis.*

1. Cum propter factiones Rebellium in Partibus Superioribus Conventus de Lélesz ad juridicas executiones inter fideles Regiae Majestatis progredi non possit, supplicant Status

et Ordines, ut interea dum Conventus ille eliberabitur, Capitulum Scepusiense ad executiones, ad qvas Lelesz procedere solebat, procedere jubere dignetur. 1557. *Art.* 21.

2. Capitulum Scepusiense possit interea procedere in Jurisdictione Conventus Jászoviensis. 1608. P. C. *Art.* 12. §. 3.

3. Executiones et Fassiones tam coram, qvam per Capitulum Scepusiense factae, et executae, ac imposterum qvoqve fiendae, in suo permaneant vigore. 1609. Art. 49.

## §. II.

### *Capituli Scepusiensis fundationale est Oppidum Liszka.*

1. Specialiter Majestas Caesarea et Regia, ex gratia sua admisit, ut Oppidum Liszka cum pertinentiis Praeposito et Capitulo Scepusiensi per Commissarios statim reddatur. 1567. *Art.* 32. §. 5.

2. Oppidum Liszka, cum pertineat ex antiqva fundatione ad Praeposituram Scepusiensem, conceditur qvidem et illud ipsi D. Bocskay, qvousqve cum eodem aliter conveniet, et concordabit. 1606. *Pacif Vien. ad Pers.* §. 5.

## §. III.

### *Capituli Scepusiensis Praepositi.*

1. Georgius Praepositus Zepusiensis *subscribitur Decreto.* 1444. *Concl.*

2. Ad revidendas metas Regni versus Poloniam D. Franciscus Thurzo Praepositus Scepusiensis. 1563. Art. 60. §. 3.

3. Ad intimationem rectificationis metarum, commissionisqve superinde instituendae expeditur ad Serenissimum Regem, et Status Poloniae Reverendus Ladislaus Hoszutóty Praepositus Scepusiensis. 1622. *Art.* 57.

4. Pro reambulatione metarum nominantur Commissarii circa Poloniam: R. D. Ladislaus Hoszszútóty Praepositus Scepusiensis. 1625. *Art.* 23. §. 1.

5. Nominatur pro Partibus Regni Superioribus ad Tabulam Regiam pro Praelato: A. R. D. Ladislaus Hoszszútóty Scepusiensis Praepositus. 1625. *Art.* 51. §. 2.

6. Qvoad limites Regni versus Moraviam: Ill. ac RR. D. Josephus Zbisko de Kis Kolacsin Episcopus Tinniniensis, Praepositus Scepusiensis S. C. et R. A. Maj. Consiliarius, et Excelsae Septemviralis Tabulae Assessor. 1765. Art. 16.

## ARTICULUS XIII.

### *Capitulum Segniense.*

1. Capitulum Segniense ad instar aliorum Regni Capitulorum, liberam procedendi, et expedienda expediendi in suo Processu habeat facultatem. 1647. *Art.* 57. §. 2.

2. Capitulo Segniensi admissa ea facultate, qvam Art. 57. A. 1647. denotat. 1741. *Art.* 56. §. 3.

## ARTICULUS XIV.

### *De Capitulo Transylvaniensi.*

### §. I.

#### *Transylvaniensis Capituli exercituatio.*

Capitulum Transylvaniense Eqvites ducentos. 1498. *Art.* 20. §. 23.

§. II.

*Capitulum Transylvaniense locus Credibilis.*

Capitulum B. Michaelis Archangeli Transylvaniae, universis Christi fidelibus praesens scriptum inspecturis, salutem in omnium salvatore: ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire literarum: Qvod, cum D. Andreas illustris Rex Hungariae, conscriptis libertatibus Nobilium Regni Hungariae antiqvis, insertis etiam qvibusdam Articulis, de novo concessis, eisdem Nobilibus Privilegium concesserit, et per ipsos Nobiles idem Privilegium apud nos, tamqvam in loco communi, pro eo, ut recursus facilior ad ipsum habeatur, sit depositum: Nobiles praefati, per qvosdam ex ipsis nobis supplicarunt, ut tenorem hujusmodi Privilegii rescribi facientes, sigillo nostro firmari faceremus ad hoc, ut tempore necessitatis suae eo uti possent; cujus qvidem Privilegii tenor talis est: 1291. *Exord.*

## ARTICULUS XV.

*De Capitulo Vaciensi.*

§. I.

*Vaciense Capitulum concurrit ad Academiam Ludovicaeam.*

Capitulum Vaciense obtulit 3000 fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art.* 7.

§. II.

*Vaciensis Capituli Praepositus Major.*

In Gravaminibus: Gabriel Zerdahelyi de Nittra Zerdahely, consecratus Episcopus Tito-

politanus, Electus Corczolensis, Abbas B. M. V. de Poroszlo, Cathedralis Ecclesiae Vaciensis Praepositus Major, et Canonicus. 1791. *Art.* 67.

## ARTICULUS XVI.

### *De Capitulo Varadinensi.*

### §. I.

### *Capitulum Varadinense locus Credibilis.*

1. Capitulum Agriense ad ea locca potest procedere, ad qvae Capitulum Varadiense. 1550. *Art.* 63. §. 1.

2. Capitulum Varadinense, et S. Stephani Protomartyris in Comitatibus ubiqve, ubi antea executionem fecerunt, deinceps qvoqve faciant, deqve ea re Majestas Regia ad Fratrem Georgium scribere dignetur, ut is omnino executionem hujusmodi patiatur. 1540. Art. 64.

### §. II.

### *Varadinensis Capituli exercituatio.*

Varadinense Capitulum Eqvites ducentos. 1498. *Art.* 20. §. *post* 22.

### §. III.

### *Varadinensis Capituli Praepositus.*

C. Cajetanus Sauer Episcopus Arbensis Insignis Ordinis S. Stephani Eqves, Capituli M. Varadinensis Praepositus Major, et Tabulae Septemviralis Assessor obtulit 2000 fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art.* 7.

## §. IV.

*Custos et Canonicus.*

C. Ladislaus Cháky de Keresztszegh Episcopus Corczolensis, Capituli M. Varadinensis Custos et Canonicus oblulit 6000 fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art. 7.*

## §. V.

*Varadiensis Capituli Canonicus.*

C. Franciscus Haller de Hallerkő Canonicus M. Varadinensis obtulit 2000 fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. Art. 7.

# ARTICULUS XVII.

*De Capitulo Vesprimiensi.*

## §. I.

*Vesprimiense Capitulum locus Credibilis.*

1. Statutum est: ut Capitulum Vesprimiense in Comitatibus olim consvetis, qvatenus id fieri potest, executionem faciat, cum Capitulares illi bona adhuc et proventus habeant; sigillum autem eis reformetur, et rursum eis assignetur, qvo uti possint. Interim autem Conventus de Kapornak, et Szalavár in his locis, in qvibus Capitulum Vesprimiense procedere potest, procedant. 1557. Art. 22.

2. Ex qvo Capitulum Ecclesiae Vesprimiensis ab expeditionibus literarum authenticarum, executionibusqve Capitularibus, jam olim cessaverat, jam autem ex singulari Suae Majestatis providentia, et benignitate restitutum, bonis suis fruitur, et gaudet; Decretum est: ut accepto sub hac Diaeta sigillo authentico, et literas expedire, et executionibus Capitularibus

in suo Districtu perfungi possit, et valeat. 1635. *Art.* 85.

## §. II.

### *Capituli Vesprimiensis Controversia de Qvartis Decimarum.*

1. Qvod in differentia inter Universitatem Nobilium Albensis, Simigiensis, et Szaladiensis Comitatuum ab una, ac Capitulum Ecclesiae Vesprimiensis ab alia partibus, praetextu solutionis Qvartarum Plebanorum, jam dudum intentata, in Octavis, post praesentem Diaetam primitus celebrandis, coram Regia Majestate, Judicibusqve Regni ordinariis, judicium, et justitia, ac finalis conclusio celebretur, et administretur. 1504. *Art.* 13.

2. Inter Abbatem Sacri Montis Pannoniae ab una, et Comitatum Simigiensem Partibus ab altera intuitu decimarum inita Conventio inarticulatur; Salva nihilominus Capituli Vesprimiensis praetensione qvoad Qvartas, si qvid juris eatenus haberet, intra triennium ad summum, contra Archiabbatem, et Conventum proseqvenda, permanente. 1729. *Art.* 45.

## §. III.

### *Educilla et Possessiones Capituli Vesprimiensis Praesidiarii permittant.*

Praesidiarii Vesprimienses, Egerszegienses, et Kis Komaromienses in Educillis Capituli Vesprimiensis, in bonis ejusdem qvibuscunqve habitis, sese non immisceant; sicuti etiam bona, et possessiones Capituli, et praesertim Jutas, et Faisz desertas, aut eorum

proventus qvoscunqve, in Praesidia importari solitos, et alios qvovis modo ne impediant, et molestent, omnino sub poena potentiae toties qvoties. 1647. *Art.* 141.

§. IV.

*Praepositi etc. Capituli Vesprimiensis.*

1. Ad rectificationem metarum versus Styriam: D. Paulus Kiss Cathedralis Ecclesiae Vesprimiensis Praepositus Major, et Canonicus. 1765. *Art.* 15.

2. In Contributionalibus et Commissariaticis: David Zsolnay Abbas B. M. V. de Valle Vesprimiensi Lector et Canonicus Vesprimiensis, Protonotarius Apostolicus, in spiritualibus Vicarius et Causarum Auditor Generalis. 1791. *Art.* 67.

3. In Iuridicis: Paulus Rosos de Szent Kiraly Szabadgya Praepositus S. Michaelis Archangeli de Hanta, Canonicus Vesprimiensis, et Tabulae Regiae Judiciariae Praelatus. 1791. *Art.* 67.

4. Carolus Nedeczky de Eadem Abbas, Lector, Canonicus, et Ablegatus Capituli Vesprimiensis, obtulit 1000 fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art.* 7.

ARTICULUS XVIII.

*De Capitulo Zagrabiensi.*

§. I.

*Capituli Zagrabiensis controversiae cum militia confiniaria.*

1. Ad revisionem Terreni inter Vunnam et Colapim existentis, inter Capitulum Zagrabien-

se ab una, ac militiam Confiniariam, partibus ab altera controversi, denominantur Commissarii. 1715. Art. 61.

2. In causa restitutionis in pristinum statum Arcis Sziszek Ecclesiae et Capitulo Zagrabiensi fiendae, qvod Sua Majestas Sacratissima benignum suum affectum erga hoc in passu facientes instantiam, proxime, et qvidem abunde demonstratura sit, acqviescunt Regnicolae, salva semper jurisdictione Regni permanente. 1681. *Art.* 68.

3. Periculoso exemplo factum esse, et de facto intellexerunt Regnicolae colonos et subditos Venerabilis Capituli Ecclesiae Zagrabiensis, ad arcem ejusdem Sziszek pertinentes, adversus suos Dominos terrestres tumultuarie, et manu armata insurrexisse, omnemqve subjectionem, et obedientiam ipsis debitam excussisse, operas colonicales, et redditus omnes denegasse, dominorumqve suorum obsidiones, aliaqve enormia scelera in qvasvis fideles personas perpetrasse, eamqve rebellionem etiamnum in suorum dominorum terrestrium damnum, et patriae illius perniciem continuare, nec ullis placidis mediis hactenus sopiri potuisse; qvocirca ad praecavendas rusticorum contra dominos suos terrestres insurrectiones, statuitur: ut D. Comes Banus illius Regni, et Confiniorum Sclavonicorum, et Croaticorum Generales, praetactos rebelles, veluti manifestarum seditionum authores, publicaeqve pacis, ac tranqvillitatis turbatores, statim post praesentem Diaetam sine defectu, et disputatione, auxilio brachii Regalis coercere, praescriptamqve rebellionem omnimode exstingvere, omniaqve, et singula, exinde emersa

damna complanare, et si se absqve armorum strepitu subdiderint, antesignanos nihilominus ipsorum, ad tollendas causas ulteriorum seditonum capitaliter punire, omnesqve in pristinum statum, ac debitam suis Dominis terrestribus obedientiam, non obstantibus qvibusvis impedimentis, aut ulteriore occasione forte cujusvis, in executione intervenientis impedimenti ordinatione, redigere; ac ipsimet congruo, pro ratione temporis, et effectuationis praesentium, adinvento medio, omnia, et singula effectuare possint, et teneantur. Et eum in finem mandata qvoqve suffitientia, per Suam Majestatem, praesenti Articulo conformia, ad eosdem DD. Comites Banum, et Generales, jam statim benigne elargiantur. Et casu qvo imposterum qvoqve istam rebellionem durare, aut repullulare, vel similem ibidem, aut in Regno Hungariae exsurgere contingeret, eandem, virtute duntaxat praesentis statuti, in Hungariae qvidem D. Comes Palatinus, in Croatiae vero, et Sclavoniae Regnis iidem D. Comites Banus et Generales sopire ac tollere possint, et debeant. 1655. Art. 76.

4. Qvoniam certi Valachi, in pago Oszék commorantes, in territoria V. Capituli Zagrabiensis, ad Castellum ipsorum Toplicza spectantia, violenter irrumpere, domosqve, et colonias ipsius Capituli ibidem locatas, hostiliter invadere praesumerent, ipsis vero Capitularibus, veluti Ecclesiasticis personis, violentos hujusmodi invasores armis repellere, non adeo conveniret, idcirco eidem Capitulo, pro repellendis illorum Valachorum invasionibus, assistentia D. Comitis Bani admissa est. 1662. *Art.* 46.

## §. II.

### *Capitulo Zagrabiensi restituantur Decimae Districtus Metlike.*

1. Cum V. Capitulum Ecclesiae Zagrabiensis pro Decimis Districtus Metlike, et locorum eidem adjacentium, ad idem Capitulum antiqvitus spectantibus, sed per Commendatorem de Chernomell Domus Theutonicae Ordinis Cruciferorum occupatis et usurpatis, et postmodum per Delegatos Sedis Apostolicae sibi readjudicatis, ac nihilominus, contra adjudicationem ejusmodi detentis, justitiam postulet; sua proinde Majestas administrationem justitiae eidem Capitulo per Justitiarios earumdem Partium, cum debita executione demandare, juxta clementem suam oblationem dignabitur, svadente etiam Art. 13. A. 1554. 1647. *Art.* 119.

2. Hoc loci pro parte V. Capituli Zagrabiensis renovatur Art. 119. A. 1647. 1659. *Art.* 96. §. 2.

3. Occasione Decimarum in Districtu Metlike, Capitulo Zagrabiensi cedentium hoc loci renovandi et observandi decernuntur. *Art.* 119. A. 1647. 1381. *Art.* 69.

4. Annuente benigne sua Sacra Regia Majestate, Art. 69. A. 1681. et in eodem citati circa Decimas Districtus Metlike, Capitulo Zagrabiensi restituendas, iterum renovantur, et effectuandi decernuntur. 1741. *Art.* 53. §. 1.

5. Qvoad Decimas Districtus Metlike Capitulo Zagrabiensi, tenore Art. 53. A. 1741. hic loci confirmati restituendas, accepta uberiori desuper informatione, Regiam suam as-

sistentiam clementissime resolvit Sua Majestas Sacratissima. 1751. *Art.* 35.

## §. III.

### *Capituli Zagrabiensis Praepositi.*

1. In Judiciis Posoniensibus pro Praelato nominantur D. Petrus Heresinczy Praepositus. Zagrabiensis 1582. *Art.* 5.

2. Ob certos, eosqve rationabiles respectus, Status et Ordines unanimiter concludunt: ut imposterum futuris semper temporibus Praepositus Zagrabiensis, pro tempore existens, peculiaribus literis Regalibus vocetur ad Comitia, et inter Magnates locum et vocem habeat. 1625. *Art.* 61.

3. Ad abolenda telonia sicca in Sclavonia, ad reliqvos Commissarios, in Art. 91. A. 1647. denominatos, adjungitur A. R. Nicolaus Dianesevich Praepositus Major Ecclesiae Zagrabiensis. 1649. *Art.* 69. §. 4.

4. Pro rectificatione metarum Regni circa Carinthiam, et Carnioliam: A. R. D. Michael Boczák Zagrabiensis Capituli Praepositus Major. 1681. *Art.* 23. §. 5.

5. Pro rectificatione metarum circa Carinthiam, et Carnioliam: RR. D. Stephanus Szelisztevich Zagrabiensis Capituli Praepositus Major. 1687. *Art.* 15. §. 5.

6. Metarum inter Provinciam Styriae, et Carnioliae, ac Regna Croatiae etc. vigentes controversias per denominandos Commissarios ex parte Statuum et Ordinum Paulum Cseskovich Praepositum Zagrabiensem etc. accommodandas, benigne resolvit. 1715. *Art.* 116.

7. Ad Commissionem neo acqvisticam Zagrabiae pro Assistente: Praepositus Zagrabiensis: Baro Balthasar Patachich. 1715. *Art.* 10. §. 5.

8. Episcopus Pharensis, et Praepositus Capituli Zagrabiensis, Emericus Raffay, suo et antelati Capituli Zagrabiensis nomine obtulit pro Academia Ludovicaea 5000 fl. 1811. *Art.* 2.

## §. IV.

### *Capituli Zagrabiensis Cantor.*

1. Ad rectificationem metarum versus Styriam et Carnioliam nominant Honorabilem Joannem Dombrensem Cantorem et Canonicum Ecclesiae Zagrabiensis. 1569. *Art.* 42. §. 6.

2. Ignatius Jellachich Cathedralis Ecclesiae Zagrabiensis Cantor, et Canonicus obtulit 1000 fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art.* 7.

## §. V.

### *Capituli Zagrabiensis Archidiaconi.*

1. Loco Directoris Causarum penes commissarios in Sclavoniam designatos Magister Luca, Canonicus Zagrabiensis, et Archidiaconus Chazmensis. 1550. Art. 44.

2. In Urbarialibus: Antonius Mandich Episcopus Pristinensis, Abbas B. M. V. de Monte Petri Varadini, Canonicus Zagrabiensis, Archidiaconus Sclavonicus, Protonotarius Apostolicus, SS. Theologiae Doctor. 1791. *Art.* 67. Idem in Literariis deputatus.

### §. VI.

*Canonici Capituli Zagrabiensis.*

Singuli Canonici Ecclesiae Zagrabiensis domi remanentes loco personarum suarum singulos Eqvites submittere debeant. 1659. *Art.* 85.

# SECTIO II.

## *De Capitulis Collegiatis.*

## ARTICULUS I.

### *De Capitulo Albae Regiae.*

### §. I.

*Donatio pro Ecclesia Albensi facta, valida sit.*

1. D. Rex omnes Donationes D. Elisabeth Reginae Matris suae cassabit, excepta duntaxat per eandem D. Reginam Ecclesiae Albensi facta. 1453. *Art.* 5.

2. Excepta duntaxat donatione ac eleemosynaria largitione, per ipsam D. Elisabeth, Ecclesiae Albensi Regali facta. *P. II. T.* 14. §. 34.

### §. II.

*Albense Capitulum per totum Regnum procedat.*

Demptis Testimoniis Albensis Ecclesiae, qvi in qvibuscunqve executionibus, per totum Regnum Hungariae, et Partes sibi subjectas procedendi habent facultatem. *P. II. T.* 21. §. 2.

## §. III.

*Albensis Capituli exercituatio.*

Praepositus Albensis Major, cum Capitulo suo, et Praeposito Minori ejusdem loci Eqvites centum. 1498. Art. 20. §. 26.

## §. IV.

*Capitulum Albense Restauretur.*

Circa Capituli Albensis post modernorum Praepositi, et Custodis decessum, vel mutationem suscipiendam, restaurationem, ad humillimas Statuum, et Ordinum preces resolvit clementer Majestas sua, qvod pro suo, tuendae, ac propagandae verae Religionis zelo benigne provisura sit. 1765. *Art.* 10.

## §. V.

*Albensis Ecclesia habet ex Privilegio jus in Vice Cancellaria.*

Salvo jure Albensis Ecclesiae, et Privilegio, qvod Albensis Ecclesia nostra in ipsa Vice Cancellaria habet, et habere dignoscitur ab antiqvo. 1291. *Art.* 9.

## §. VI.

*Praepositi Capituli Albensis.*

1. Datum per manus discreti Viri Magistri Theodori Albensis Ecclesiae Praepositi, Aulae nostrae Vice Cancellarii, dilecti, et fidelis nostri. *Art.* 1291. *Concl.*

2. Universa bona, qvae D. Vesprimiensis possidet, ratione Praeposituræ Albae Regalis

sunt deputata ad Arces ejusdem D. Episcopi Simeg, et Kómár. 1556. Art. 7.

3. In Gravaminibus: Sigismundus Grubanovich Abbas B. M. V. de Sáry, alias Monostra, Cathedralis Ecclesiae Alba Regalensis Praepositus, et Canonicus, Protonotarius Apostolicus. 1791. Art. 67.

4. Nicolaus Bodo Praepositus Ecclesiae Albensis Secretarius Cancellarius Regius. 1462. *Assec. penes Matthiam de non exigenda contributione.*

5. Laurentius Albensis Praepositus. 1518. *in Diaeta festi S. Georgii Concl.*

## §. VII.

*Albensis Capituli Custos.*

Custos Albensis mille aureorum Taxam (*Indigenatus.*) ex integro deponere sit obligatus. 1741. *Art.* 17.

## §. VIII.

*Gratuiti labores ex bonis Praeposituræ, et Custodiatus Albensis.*

1. Hoc adjecto, qvo universa bona, qvae D. Vesprimiensis possidet ratione Praeposituræ Albae regalis, sunt deputata ad Arces ejusdem D. Episcopi Simegh, et Kómár. 1556. *Art.* 7.

2. Ad Tihan propriae pertinentiae cum bonis A. R. D. Custodis Albensis. 1635. *Art.* 92.

3. Ad Szalavár Processus Sedis Sz. Grót, exceptis bonis praedicti D. Custodis Albensis. 1635. *Art.* 92. §. 31.

ARTICULUS

## ARTICULUS II.

### De Capitulo Budensi.

### §. I.

*Budense Capitulum per totum Regnum procedebat.*

1. De Capitulo Bosnensi statutum est: qvod habeant facultatem ubiqve per totum Regnum pro Testimonio Capitulari ambulare, ad instar Capituli Budensis. 1498. *Art.* 12.

2. Demptis Testimoniis Capituli Budensis Ecclesiae, qvi in qvibuscunqve executionibus, per totum Regnum Hungariae, et Partes sibi subjectas procedendi habent authoritatem. *P. II. T.* 21. §. 2.

### §. II.

*Budensis Capituli Praepositus interfuit Diaetae.*

Blasius Praepositus Budensis. 1518. *S. Georg. Concl.*

## ARTICULUS III.

### De Capitulo Castriferrei.

### §. I.

*Capituli Castriferrei bona revindicentur.*

1. Bona Capituli Castriferrei, per Mauritium Fyersth injuste occupata remitti faciat Sua Majestas. 1546. *Art.* 58.

2. Qvod Majestas Sua possessionem Capituli Ecclesiae Castriferrei, per D. Mauritium Fyersth, superioribus annis, occupatam, de qva etiam antea Majestati Suae est supplicatum,

jam tandem eidem Capitulo reddi, et remitti jubeat. 1547. *Art.* 38.

§. II.

*Sabariae Domus Capituli Castriferrei a censu exemptae sint.*

Siqvidem Capitulum Ecclesiae Castriferrei, una cum sigillo, et Protocolis literarum, et literalium Instrumentorum, tutioris ipsorum conservationis gratia, ex ordinaria sua priori residentia Sabariam migrare debuerit, ibidemqve a fundis ipsorum, nonnullis censibus per dominum terrestrem aggravetur; eapropter Regnicolae dignum judicant, ut annotatum Capitulum, sine qvo Partes Transdanubianae subsistere non possunt, a censu ejusdem, donec in priorem residentiam Deo favente, remeare possit, liberum sit, et exemptum, prouti censum ejusmodi, in qvantum a domibus ipsorum Capitularium provenire deberet, domibus loci terrestris semper defalcare, et Oppido Sabariensi in rationem acceptare sese obtulit, ita, ut imposterum domus illae Capitulares sint pro successoribus Capitularibus deputandae. 1647. *Art.* 120.

§. III.

*Capitulum Castriferrei locus Credibilis.*

1. In Partibus Comitatus Sopronïensis versus Chepregh et alias, extra Districtum Rábaköz, tam Capitulum Castriferrei, qvam Conventus Chornensis aeqvaliter procedere valeant. 1514. *Art.* 32. §. 3.

2. Statutum est: ut interea, donec duo illi Conventus (de Szalavár et Kapornak) reforma-

buntur, Capitulum Castriferrei, in Comitatibus Simighiensi, Szaladiensi, procedere possit, et Protocola, ac sigilla utriusqve Conventus in Capitulo Castriferrei conserventur, ut ex illis literae reqvirendae causantibus extradari qveant. 1575. *Art.* 17. §. 1. *et* 2.

3. Decretum est: ut Capitulum Castriferrei, una cum sigillo, et Protocolo, Sabariam, veluti tutiorem locum transferatur, cum ejusdem Capituli bona citra Rabum fluvium majori ex parte habeantur, ne cum Capitulares Turcis se tributarios reddiderint, Privilegia Regnicolarum ibi conservata, per hostes auferantur. 1578. *Art.* 20.

4. Qvia sigillum Capituli Castriferrei longo usu, et vetustate attritum esse perhibetur, statuendum esse censetur, ut illud de novo conficiant, sive in argento, sive in aere, ut ipsi Capitulo visum fuerit; ita tamen, ut illud vetus in Conventu ipsius Comitatus Castriferrei productum, in praesentia omnium disrumpatur. Qvia vero Protocolon Abbatiarum Szalavár, et Kapornak cum literis ibidem servatis, in Capitulum Castriferrei conservandi gratia deportatum fuit, teneatur idem Capitulum Castriferrei, legitimis Praeceptoriis literis, ad Partium instantiam reqvisitum, ea qvae illic habentur, reinvenire, et sub sigillo, more solito extradare, interim, donec, Deo volente, ipsi Conventus restaurari poterunt. 1588. *Art.* 46.

5. Qvoniam Conventuum Szalavár, et Kapornak literae, temporibus disturbiorum in Capitulum Castriferrei delatae sunt, idem Capitulum Castriferrei, eorumdem Conventuum literas, ex Protocolis, seu Conservatoriis, ad mandatum Judicum Regni Ordinariorum ex-

pedire, et petentibus extradare debeat. 1609. *Art.* 52.

6. Praesenti statuto conclusum est, ut Protocola Conventus Chornensis ad interim, donec per Dei gratiam instaurari, et in pristinum suum statum reduci poterit, in Capitulum Castriferrei transferantur, teneaturqve idem Capitulum paria literarum, ex eodem Protocolo, ad mandata Judicum Ordinariorum Regni postulantibus extradare. 1647. *Art.* 121.

## §. IV.

### *Capituli Castriferrei Praepositi.*

1. De conferendis integre Ludovico Ujlaky Praeposito Castriferrei Abbatiis Szalavár et Kapornak dignetur sua Serenitas clementer deliberare, et apud Suam Caesaream Majestatem partes suas pro eo interponere. 1596. *Art.* 39.

2. Ad revidendas differentias Incolarum Comitatuum Castriferrei, et Soproniensis cum vidua Christophori Nádasdy, nominatur Ludovicus Ujlaky Praepositus Castriferrei. 1597. *Art.* 32.

3. Pium plane, ac necessarium est, ut ratione trucidationis Reverendi qvondam Stephani Chemetey, alias Praepositi Capituli Castriferrei Comes, et Vice Comites intra anni praesentis decursum praevia Inqvisitione contra hujusmodi homicidas, et Sacrilegos, per omnia media irremissibiliter animadvertant, et jure mediante pro demeritis eorum puniri faciant. 1618. *Art.* 66. §. 2.

4. Ad Commissionem Jaurinensem denominant Franciscum Folnay Praepositum Castriferrei. 1647. *Art.* 45. §. 1.

5. Ad rectificationem metarum circa Styriam: nominatur A. R. Franciscus Folnay Praepositus Castriferrei. 1647. *Art.* 70. §. 3.

6. Ad abolenda telonia sicca in Partibus Transdanubianis nominatur A. R. Franciscus Folnay Praepositus Castriferrei. 1647. *Art.* 91. §. 5.

## ARTICULUS IV.

### *De Capitulo Chasmensi.*

1. Pro rectificatione metarum Regni Croatiae, et Sclavoniae unum, vel duos ex Capitulo Ecclesiae Chasmensis denominari cupiunt. 1662. *Art.* 38.

2. Proxime instituenda Commississio de Capituli Chasmensis, ac aliis etiam Ecclesiarum bonis, per Generalatum Varasdinensem possessis, agat, et concludat. 1715. *Art.* 113. §. 2.

## ARTICULUS V.

### *De Capitulo Posoniensi.*

### §. I.

### *Capitulum Posoniense Locus Credibilis.*

1. Judicium ferri et aqvae in aliqva Ecclesia fieri interdicimus nisi in Sede Episcopi, et Majoribus Praeposituris, ut Posonii, et Nitriae. *Colom. Decret. L. I. C.* 22.

2. Statutum est: ut interea, donec duo illi Conventus (Szalavár, et Kapornak) reformabuntur, Capitulum Castriferrei, vel eo qvoqve forte, qvod Deus avertat, deficiente, Posoniense, ad executiones peragendas, in Praescriptis Comitatibus procedere possint. 1575. *Art.* 17. §. 1.

3. Cum jam saepius Sacrae Regiae Majestati supplicatum fuerit, ut literae, et literalia Instrumenta diversorum Dominorum, ac Nobilium, qvae superioribus annis in Arce Posoniensi, nunc vero in domo Praepositurae Posoniensis, hic Posonii sunt reposita; per Jurisperitos homines, ad id specialiter deputatos, reviderentur, et iis, ad qvos pertinerent, distribuerentur, idqve hactenus factum non sit; Statutum est nunc: ut pro primo die proxime futuri mensis Augusti duo Magistri Protonotarii huc Posonium venire, et usqve ad medium mensem praefatum in perlustratione, et restitutione hujusmodi literarum iis, ad qvos spectant; a medio vero mense, usqve ad ejusdem mensis finem, alii duo Magistri Protonotarii similiter in eadem re occupari teneantur; qvibus de honestis expensis usqve ad id tempus, qvo in hac perlustratione fuerint occupati, per eos, qvi literas suas perqviri voluerint, provideatur. Ad illud autem tempus Comitatus omnes, qvi literas aliqvas conqviri optaverint, Posonium venire debeant. Qvod si qvae difficultas apud ipsos Protonotarios suboriretur, ad utros forte literae aliqvae spectarent, tales literas apud se retineant usqve ad proximum terminum Judiciorum; et tandem, ad qvos legitime pertinere videbuntur, reddantur. 1557. *Art.* 24.

## §. II.

*Milites pro Custodia Sacrae Coronae destinati, cohibeantur ab inferendis damnis Capitulo Posoniensi.*

Ut qvaelibet damna, per Custodes Coronae, aliis et praesertim Capitulo Posoniensi, hactenus infesri solita, deinceps praecaveantur, decernunt Status et Ordines. 1647. *Art.* 4.

§. III.

*Posoniensis Capituli Praepositi.*

1. In Appellationibus penes D. Locumtenentem adsint: D. Franciscus Forgách Praepositus Posoniensis. 1556. *Art.* 26. §. 2.

2. In Judiciis Posoniensibus pro Praelato nominatur D. Andreas Monozloi Praepositus Posoniensis. 1588. *Art.* 30. §. 6.

3. In Partibus Cis- et Ultradanubianis pro Praelato Tabulae Regiae: A. R. D. Michael Kopchányi Praepositus Posoniensis. 1638. *Art.* 23. §. 3.

4. Pro rectificatione metarum Regni circa Austriam: RR. D. Joannes Kálmanczay Episcopus Scardonensis, et Praepositus Posoniensis. 1681. *Art.* 23. §. 1.

5. Joannes Sóber, Abbas Praepositus Collegiatae Ecclesiae Posoniensis obtulit 2000. fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art.* 7.

§. IV.

*Posoniensis Capituli Diaetalis Ablegatus.*

Pro systematis elucubratione in militaribus, Politicis, et oeconomicis Commissarius denominatur Joannes Liptay Posoniensis Capituli Ablegatus. 1715. *Art.* 59. §. 2.

ARTICULUS VI.

*De Capitulo Sopronienst.*

Baro Franciscus a Kaysersfeld, Abbas, Canonicus, et Ablegatus Capituli Soproniensis obtulit 1000. fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art.* 7.

# CAPUT XI.

## *De V. Archidiaconis, Parochis, Beneficiatis, Capellarum, et Altarium Rectoribus, et Capellanis.*

## TITULUS I.

### *De Vice Archidiaconis.*

### ARTICULUS I.

*Vice Archidiaconi doceant plebem.*

1. Episcopi mittant sine mora in omnes partes Vice Archidiaconos ad docendum plebem. 1548. *Art.* 6. §. 1.

2. Videtur Ordinibus et Statibus Regni, ut Vice Archidiaconi, qvi modo supradicto, ad reformationem religionis per Praelatos emittentur, diligenter prohibeant homines idiotas concionari, et ad pristinam veramqve religionem redigere curent. 1548. *Art.* 10. §. 1.

3. Vice Archidiaconi, aut eorum substituti, in visitandis Ecclesiis, aut Dioecesibus progredientes libere ubiqve admittantur, ut suum officium exercere cum omni facultate et jurisdictione Ecclesiastica, secundum priorum Diaetarum Constitutiones possint, et valeant sine impedimento, per patronos locorum, seu quoslibet alios praestando; et ne prohibeantur inqvirere et punire vitia, pravitatem, seu delicta Sacerdotum. 1557. *Art.* 10. §. 2.

## ARTICULUS II.

*Vice Archidiaconi a funeribus interemptorum Marcam non exigant.*

1. Nemo Vice Archidiaconorum sub poena amissionis beneficiorum (Marcam) extorqvere praesumat. 1486. *Art.* 63.

2. A modo deinceps nemo Vice Archidiaconorum sub poena amissionis beneficiorum, Marcam illam argenti de funere interfectorum exigere praesumat. 1492. *Art.* 29.

3. De terragiis hominum interfectorum nemo Vice Archidiaconorum sub poena amissioonis beneficiorum suorum marcam illam argenti de funere interfectorum exigere possit. 1495. *Art.* 6.

## ARTICULUS III.

*Vice Archidiaconi ad taxandos Plebanos adhibeantur.*

1. Plebani ac Capellani, et Altarium Rectores per ternos florenos hoc ordine contribuant: ubi ipsi per Vice Archidiaconos coram Dicatore conscribantur; deinde, habita superinde eorumdem Vice Archidiaconorum conscientiosa limitatione, qvisqve juxta suam facultatem solvat. 1537. *Art.* 17.

2. Facta autem hujusmodi connumeratione, et limitatione, summam pecuniae solvendam Vice Archidiaconi, qvisqve scilicet ex sua ditione ad manus DD. Regni Dispensatorum administrent. 1537. *Art.* 18.

3. De qvantitate exsolutionis conducendi per ipsos Eqvitis inter eosdem Plebanos Vice-Archidiaconi ipsorum limitationem peragant. 1662. *Art.* 5. §. 6.

4. De qvalitate exsolutionis conducendi per ipsos Eqvitis inter eosdem Plebanos Vice Archidiaconi ipsorum limitationem peragant. 1681. *Art.* 46. §. 7.

### ARTICULUS IV.

*Vice Archidiaconi concurrerunt pro Academia Ludovicaea.*

1. Baro Ignatius Szepessy de Négyes, Vice Archidiaconus Agriensis obtulit 1000. fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art.* 7.

2. Nicolaus Kajtár-Bodonyi Vice Archidiaconus, et Parochus in Nagy-Káta obtulit 1000. fl. pro Academia Ludovicaea. 1808. *Art.* 7.

## TITULUS II.

*De Plebanis, sive Parochis.*

### ARTICULUS I.

*Plebani constituantur, ut plebem doceant, et Sacra administrent.*

1. Episcopi Parochos in omnibus Oppidis, et villis tales constituant, qvi veram doctrinam sapiant, et eandem doceant, Sacraqve administrent, juxta ritum Sanctae Ecclesiae Catholicae. 1548. *Art.* 6. §. 3.

2. Bona, et proventus Monasteriorum et Claustrorum, ac Capitulorum desertorum ad alendos doctos Parochos et Verbi Dei sinceros Praedicatores, qvi populum in veteri, Orthodoxa vera, Catholicaqve fide, et religione conservare, et siqvi ab ea desciverunt in hoc Regno, ad eam reducere studeant, applicentur, et convertantur. 1548. *Art.* 12.

3. Episcopi Parochos, et Concionatores tales ubiqve curent constituere et omni studio undiqve conqvirere, a qvibus eorum Pastorale officium rite peragatur, neqve qvidqvam praetermittatur, ex qvo divini cultus, pristinaeqve et verae religionis detrimentum, atqve inde animarum jactura seqvatur. 1550. *Art.* 13. §. 1.

## ARTICULUS II.

*Plebani invitis Patronis non confirmentur.*

1. Praelati Ecclesiarum, invitis Patronis Ecclesiarum Plebanos ad recipiendam investituram, seu confirmationem astringere non velint. 1498. *Art.* 66.

2. Solent nonnulli DD. Praelatorum universos Plebanos Dioecesibus ipsorum subjectos ad id coarctare, ut, postqvam ad Plebaniam eliguntur, statim Episcopo ipsorum se praesentare, ipsisqve juramentum praestare, ac ab eis literas superinde habere, et excipere teneantur; qvod in manifestam perniciem Nobilium vergit, cum a tempore S. Regis Stephani liberam semper pro se Plebanos eligendi habuerint facultatem; ideo ordinatum est: ut de cetero nemo Plebanorum ad hoc teneatur, nec qvisqvam illorum, invitis patronis confirmetur; nam aliter coloni illius possessionis, ubi id contigit, Decimas Praelato eorum reddere nullatenus praesumant; sed in conservationem Castrorum finitimorum Decimae ipsae convertantur. 1504. *Art.* 26.

3. De Praesentatione, et Corfirmatione Plebanorum renovatur, et confirmatur Art. 26. A. 1504. 1647. *Art.* 100.

## ARTICULUS III.

### *De proventibus Parochorum.*

### §. I.

*Liberi Ecclesiae dati, tantum Presbytero ministrent.*

Qvi pro animarum salute libertati mancipati fuerint, eo tenore tamen, ut Ecclesiae serviant; nisi soli Presbytero ministrent. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 30.

### §. II.

*Presbytero obtingit una pensa de fure false accusato.*

Si qvempiam deinceps tota villa furem esse proclamaverit, probent judicio, unde, si mundus apparuerit, villa persolvat solum unam pensam Presbytero. *S. Lad. Decr. L. II. C.* 4.

### §. III.

*Servi Parocho suo tres denarios dependant.*

Decretum est in Sancta Synodo ab omnibus; ut servi Ecclesiae Parochiano Presbytero tres denarios impendant. *Colom. Decr. L. II. C.* 5.

### §. IV.

*De solutionibus Plebanorum Catholicorum et Ministrorum Evangelicorum, et Stolaribus proventibus.*

1. De solutionibus: prout Evangelici Status Catholicis Plebanis, ita et Status Catholici Evangelicis Ministris, ad nullas solutiones pendendas sint obligati. Proventus porro Ecclesiae

Ungváriensis pacifice ab Evangelicis Ministris possideantur. 1647. *Art.* 11.

2. Qvantum ad solutiones miserae plebis: ubicunqve aliqvi Parochiarum, vel Templorum proventus, qvos videlicet Plebani Catholici pro sustentatione ipsorum perciperent, habentur, puta: coloni, Inqvilini, molendina, terrae, vineae, prata, vel id genus alia; in talibus locis Evangelici ad nullam solutionem cogantur, verum Plebanus illius loci contentus sit hujusmodi proventu Parochiali, et auditorum suórum solutione; sicuti et Ministri Evangelici in locis Parochiarum eorumdem. Ubi vero Parochias non haberent; auditores Evangelici solutionem pendant suae religionis Ministris, qvorum videlicet Ministerio, seu opera usi fuerint, sicut et Catholici Parochis Catholicis. Ubi autem hactenus auditores Evangelici non solvissent Plebanis Catholicis, imposterum etiam ad nullas solutiones praestandas ullo sub praetextu cogantur, prouti nec Catholici Evangelicis. Qvibus vero in locis nulli plane proventus Parochiarum haberentur; verum Plebani ex solutionibus duntaxat personalibus, seu sessionalibus sustentationes habuissent; ut in ejusmodi locis pro bono pacis deinceps tales, per Catholicos, et Evangelicos Incolas praestandae solutiones, per Judices talium locorum exigendae, in duas rectas, et coaeqvales partes dividantur, earumqve una Parocho Catholico, altera autem Evangelico Ministro, ejus, vel alterius loci, cujus videlicet ministerio usi fuerint, absqve defectu aliqvo assignetur, stolares autem proventus, seu solutiones in qvibusvis locis, Plebani Catholici, et Ministri Evangelici, a suae Religionis auditoribus totaliter percipiant. 1647. *Art.* 12.

3. Intera vero nec Catholici Ministris Augustanae, et Helveticae Confessioni addictis, nec vero, horum seqvaces Plebanis Catholicis, ad mentem Art. 11. A. 1647. solvere obligantur. 1681. *Art.* 26. §. 20.

4. Praeterea etiam eo reflectendum: ut Episcopi, et Ecclesiarum Patroni de Parochorum intertentione, et subsistentia, a populo, ubi necessum esset, praestanda prospiciant. 1723. *Art.* 71. §. 2.

5. Sacratissima Sua Majestas, auditis praevie audiendis, universalem Normam in Re stolarum ponere dignabitur, hocqve modo clementer providere, ut excessibus, qvi in exigendis Stolis hactenus evenerunt, remedium adferatur. 1751. *Art.* 12.

6. Solutio Stolae, aut Lecticalis, hactenus per Evangelicos Parochis Catholicis, et Ludimagistris, aut aliis Ecclesiae Servitoribus, seu in aere parato, seu in naturalibus, seu in laboribus praestita, imposterum ex integro cesset, et a trimestri publicationis Articulorum praesentis Diaetae computando, nuspiam amplius exigi valeat, nisi Evangelici opera dictorum Parochorum sponte usi fuerint; qvo casu, pro illis actibus Stolam cum Catholicis aeqvalem deponere tenebuntur. Qvonam autem modo Catholicis Parochis, pro amissis hisce reditibus, resarcitio praestanda sit, desuper Consilium Locumtenentiale audietur, una vero illis significabitur: nunqvam Suam Majestatem ad id accessuram, ut hujusmodi indemnisationis titulo, aut contribuenti populo, aut aerario Regio Camerali qvidpiam oneris accrescat. Occasione autem erectionis, aut reparationis templorum, Parochiarum, aut Scholarum, nec Catholica plebs Evangelicis, nec Evangelica

plebs Catholicis manuales, aut currules operas dare obligetur. 1791. *Art.* 26. §. 6.

## §. V.

### *Plebani pro funeribus interfectorum Marcam non exigant.*

1. Decrevimus: qvod pro funeribus hominum interemptorum Plebani Parochiales nullam solutionem pecuniariam recipere valeant. 1439. *Art.* 39.

2. Stabilitum est: qvod pro funeribus interemptorum Plebani super interfectore, et non interfecto, solutionem pecuniariam recipere valeant. 1458. *Art.* 40.

3. Nemo Plebanorum sub poena amissionis beneficiorum marcam argenti extorqvere praesumat. 1486. *Art.* 63.

4. A modo deinceps nemo Plebanorum sub poena amissionis beneficiorum marçam argenti de funere interfectorum exigere praesumat. 1492. *Art.* 29.

5. Qvod nemo Plebanorum sub poena amissionis beneficiorum suorum marcam argenti de funere interfectorum exigere possit. 1498. *Art.* 6.

## §. VI.

### *De Decimis, Nonis, Sedecimis et Qvartis Plebanis pendendis.*

1. Episcopi Qvartam Presbyteris in suo Episcopatu manentibus tribuant. *S. Lad. Decr. L. I. C.* 33.

2. Archiepiscopi, et Ecclesiarum Praelati, Plebanis Ecclesiarum, his scilicet, qvibus tenentur, de proventibus eorum Decimalibus Qvartas solvant. 1498. *Art.* 50.

3. In differentia inter Universitatem Nobilium Albensis, Simigiensis, et Szaladiensis Comitatuum ab una, ac Capitulum Ecclesiae Vesprimiensis, ab alia partibus, praetextu solutionis Qvartarum Plebanorum, jam dudum intentata, in Octavis, post praesentem Diaetam primitus celebrandis, coram Regia Majestate, Judicibusqve Regni Ordinariis, judicium et justitia, ac finalis conclusio celebretur, et administretur. 1504. *Art.* 13.

4. Exacto illo die (*festi S. Georgii*) liceat cuicunqve Decimas ipsas conducere, sic tamen, ut Plebanis suam persolvant Sedecimam. 1546. *Art.* 55. §. 3.

5. Si vel ipsi DD. Praelati Decimas pro se ipsis collegerint, vel aliqvibus Dominis aut Nobilibus, Decimas ipsas in arendam locaverint, teneantur Decimas Decimarum, Qvartas et Sedecimas earumdem illis, ad qvos spectant, plenarie reddere, et alia, qvae aliena sunt, sibi ipsis non usurpare, aut violenter retinere. 1557. *Art.* 12.

6. Sedecimae Decimarum ubiqve, et etiam Octava, ubi in usu fuit, Parochis Catholicis, secundum leges patrias praestetur. 1723. *Art.* 71. §. 3.

## ARTICULUS IV.

*Plebani bona Ecclesiarum conservent.*

### §. I.

*Si Presbyter Ecclesiae res alienet, triplum solvat.*

Si qvis Praesbyterorum res Ecclesiae ad propria loca duxerit, et ibi vendiderit, vel per incuriam

incuriam suam perdiderit, tripliciter Ecclesiae restituat. *S. Lad. Decr. L. I. C. 6.*

## §. II.

*Plebani bona Ecclesiarum non dissipent.*

Plebani Ecclesiarum taliter se gerant in eorum Ecclesiis, qvod bona Ecclesiarum per eos non dissipentur. 1498. *Art.* 69.

## §. III.

*Parochi bona Ecclesiae recuperent.*

Si bona qvaepiam et possessiones, ac proventus Ecclesiastici ab Ecclesiis, qvibus semel dicatae, et ad qvas possessae fuerunt, per violentiam forte aliqvorum, vel utcunqve indebite avulsae, ad manus alienas pervenissent; sive illi sint patroni earumdem Ecclesiarum, sive alii; contra tales violentos, et indebitos occupatores, juris ordine procedi, et bona hujusmodi juridice repeti debent, juxta contenta Decreti: Si autem Plebani, et Rectores ipsi beneficiorum, hoc facere nollent, aut non possent, aut non auderent; tunc Praelatis qvoqve, et Superioribus eorumdem beneficiorum idem semper liceat. 1557. *Art.* 11.

# ARTICULUS V.

*Plebanorum libertates.*

## §. I.

*Plebanorum libertates observentur.*

Plebanis etiam, et aliis Ecclesiasticis personis, cujuscunqve status libertas sua in omnibus observetur, ac inter alia: ne post mor-

tem illorum pro se occupent, vel accipiant Patroni res, et bona illorum, sive testati, sive intestati decesserint; sed neqve etiam Praelati, fratribus superstitibus eorum, qvi decesserint, bona hujusmodi occupent. 1557. *Art.* 10. §. 5.

### §. II.

*Plebani in rebus secularibus Praelatorum non occupentur.*

Qvoniam nonnulli DD. Praelatorum et Virorum Ecclesiasticorum Plebanos Ecclesiarum Parochialium, Diaecesibus eorumdem subjectorum, ad decimandum saepenumero mittere solent; illis autem Plebanis, in Decimatione vacantibus, et occupatis, plures Christicolarum, et Parochianorum, absqve salutari confessione, et Sacramenti Eucharistiae sumptione decedere, infantesqve sine baptismo exstingvi consveverunt; qvapropter ordinatum est: ut a modo imposterum nemo eorumdem Plebanorum, in factis Decimarum, vel arduis ceteris qvoqve rebus, per DD. Praelatos, et Viros Ecclesiasticos occupari compellantur. 1500. *Art.* 36.

### §. III.

*Domus Parochorum a Condescensione militum immunes sint.*

1. Gentes, et Stipendiarii qvorumcunqve, in Domibus Plebanorum nullibi condescendere audeant, neqve praesumant 1538 Cris. *Art.* 10.

2. Statutum est: ut, juxta antiqvas Regni Constitutiones, Plebanorum Domus a condescensu militum immunes sint. 1595. *Art.* 27.

3. Siqvidem Miles extraneus qvarteria pro beneplacito sibi usurpando, in Parochias con-

descendere, easdemqve expilare consvevisset; statuitur; ut a similibus liberis condescensionibus serio inhibeantur. 1681. *Art.* 22.

4. Immunitas qvarteriorum, et militarium Condescensionum in Plebaniis observetur. 1715. *Art.* 43. §. 5.

## §. IV.

### *De subsidio Charitativo Plebanorum.*

1. Qvoniam sunt nonnulli Ecclesiarum Praelati, qvi jam ex qvadam prava abusione Plebanos Ecclesiarum per impositiones taxarum, pro suo libitu plurimum opprimere consveverunt, illi vero Plebani, sub hoc onere gementes, interdum Calices, et cetera bona Ecclesiarum diripere, cum illisqve se ab hujusmodi taxis redimere; interdum vero, egestate coacti, Ecclesias eorum deserere, et alio aufugere coguntur; propter qvod ipsi DD. Praelati crebro ad Parochianos illorum Interdictum Ecclesiasticum imponere, sicqve illos aggravare non verentur; qvare statutum est: qvod ipsi Praelati Ecclesiarum, nunqvam de cetero, nisi semel pro redemptione Bullarum suarum, et hoc qvidem cum moderatione debita, a Plebanis Ecclesiarum suarum Diaccesium, charitativum potius, qvam Coarctativum subsidium petere et exigere, vel eos qvovis modo ad eorum libitum taxare; neqve etiam propter ipsos Plebanos, Parochianos eorumdem per Interdicta Ecclesiastica turbare, seu molestare debeant. 1498. *Art.* 69.

2. Qvoniam sunt nonnulli Ecclesiarum Praelati, qvi Plebanos Ecclesiarum, Diaecesibus eorum subjectarum, nomine Caritativi subsidii taxare solent adeo, ut interdum Calices, et alia Ecclesiarum bona per eosdem

Plebanos, necessitate adurgente, diripiantur; nonnullae etiam ipsarum Ecclesiarum rectore longa per tempora vacant; propterea ordinatum est: qvod a modo deinceps nullus omnino DD. Praelatorum infra qvatuor integrorum annorum, a die electionis et confirmationis suae computando, spatia, Plebanos Ecclesiarum suarum qvovis modo taxare possit. Transacto vero ipsorum qvatuor annorum spatio, semel, et nunqvam amplius Caritativum subsidium, juxta videlicet Plebanorum proventuum exigentiam, ad redemptionem Bullae suae, ab eisdem Plebanis pro se habere, et exigere valeat, atqve possit. Si vero infra terminum dictorum qvatuor annorum talis Praelatus alio beneficio, vel Praelatura potietur, seqvens Praelatus idem facere debebit. 1504. *Art.* 12.

## §. V.

### *De Censu Cathedratico, per Archidiaconos a Plebanis exigendo.*

1. Qvia Archidiaconi Ecclesiarum proventus eorum Cathedraticos a Plebanis Ecclesiarum valde abusive exigere consveverunt: qvare ut hujusmodi prava abusio exstingvatur, statutum est: Qvod a modo, de singulis Ecclesiis, qvae integrae vocantur, non plus, qvam unus florenus, qvae vero mediae, medius florenus, et sic conseqventer pecuniae Cathedrales ab ipsis Plebanis exigantur. 1498. *Art.* 53.

2. Cathedratica, in possessionibus, et Ecclesiis, penitus, et per omnia desolatis, non exigantur; in illis autem Possessionibus et Ecclesiis, qvae aut ignis voragine combustae, aut pestilentiae morbo percussae adeo desolatae dinoscuntur, ut vix aliqvi Coloni

easdem inhabitent, qvae etiam Plebanum Parochialem vix, aut nunqvam habere possunt, solutio hujusmodi Cathedraticorum, per homines DD. Praelatorum, et virorum Ecclesiasticorum, qvorum de ipso Cathedratico interest providere, perqve Vicecomites, et Judlium illorum Comitatuum, ubi ipsae Possessiones et Ecclesiae existunt, deputatos, juste, recteqve moderentur, Ita videlicet: ut ubi Possessio, et Ecclesia in proventu multum decrevit, juxta conscientiosam limitationem eorumdem decrescat etiam solutio Cathedraticorum; sic tamen, ut postqvam Possessiones, et Ecclesiae tales restauratae fuerint, Cathedratica consveta solvere teneantur. 1500. *Art.* 38.

3. Cathedraticum Archidiaconis solvendum esse, statutum est juxta Decretum Wladislai Regis. 1569. *Art.* 43.

## ARTICULUS VI.

### *Plebani, per Episcopos vocati, ad Synodos compareant.*

1. Praelati Ecclesiarum Synodum, qvam in eorum Ecclesiis, pro exstrirpandis vitiis, et plantandis moribus Plebanorum, in Diaecesibus suis constitutorum, institutione Canonica necessario celebrare debent, pro pecuniis, sicuti qvidam ex eis hactenus facere consveverunt, relaxare, aut Plebanos eosdem propter relaxationem hujusmodi Synodi in aliqvo taxare, neqve etiam Plebani qvipiam, se ipsos ab ipsa Synodo qvovis modo redimere praesumant. 1498. *Art.* 68.

2. Tempore Synodi, vel Convocationis generalis, sive particularis, teneantur omnes Plebani, vel Presbyteri qvalescunqve tam ex

bonis Dominorum, et Nobilium, qvam ex Civitatibus liberis, ad Convocationem Praelatorum suorum, qvorum Diaecesi subsunt, pro accipienda salutari doctrina, sine omni renitentia convenire. Qvod si vero aliqvi forent, qvi Plebanos ipsorum, ad vocationem Episcopi, et Praelati sui, manifesta contumacia ducti, retinere, neqve illos, praemoniti et reqvisiti, ad synodum ipsam dimittere vellent, contra tales, sive Domini et Nobiles sint, sive vero Civitates Sacra Majestas Caesarea pro tutandis, conservandis, et manutenendis libertatibus, et juribus Ecclesiasticis, munus, et Officium Principis Christiani, qvod Suae Majestati, ut Regi Hungariae incumbit, qvemadmodum se gratiose obtulit, peragere, et exeqvi dignetur. 1559. *Art.* 41. §. 12.

## ARTICULUS VII.

*Parochi Catholici sunt Ministri mixti Marrimonii.*

Proles ex matrimoniis mixtis, qvae semper coram Parochis Catholicis ineunda erunt, qvibus tamen impedimenta qvaepiam, qvocunqve sub praetextu, in contrarium ponere cautum esto, susceptae etc. 1791. *Art.* 26. N. 15.

## ARTICULUS VIII.

*Decimator apud Parochum hospitium teneat.*

Decimatores deinceps non apud Villicos, sed apud Plebanos Parochiales descendent. 1481. *Art.* 7.

## ARTICULUS IX.

*Presbyterorum circa Seditionem Rusticanam partes.*

### §. I.

*Presbyteri Seditionis rusticanae participes incarcerentur.*

DD. Praelati per eorum Visitatores ejusce sceleris participes Presbyteros exqviri statim, et perpetuis carceribus mancipari faciant; imo, si per qvospiam Nobiles, vel eorum famulos comprehendi poterunt, libere detineantur, et ad manus Praelati sui, vel Factoris ejusdem tradantur, poenam praenotatam luituri. 1514. *Art.* 48.

### §. II.

*Presbyteri eos non absolvant, qui rapta Nobilium bona non restituerint.*

Per universos DD. Praelatos, et Ecclesiarum Rectores cunctis Presbyteris, Diaecesibus eorum subjectis, imo etiam Fratribus cujuslibet Ordinis, sub excommunicationis poena committatur, ut neminem absolvant, nisi prius bona Nobilium, praeterea, qvae in praelio adepta, et consecuta sunt, reddant; imo tales, qvi habent, ubiqve publice excommunicatos denuncient. 1514. *Art.* 51. §. 5.

## ARTICULUS X.

*Exercituatio Plebanorum.*

1. Ex Plebanis Villanis Parochianis decem personae teneant unum Eqvitem, ita, ut inter sese facta collatione, is, qvi et rebus, et proventibus potior fuerit, ad intertentionem Eqvitis plus solvat. 1545. *Art.* 23.

2. Qvod communes Plebani, qvibus onus impositum erat, ut singuli decem ex iis unum Eqvitem in expeditionem suis sumptibus dimitterent, ab eo onere nunc sunt absoluti. 1552. Art. 3. §. 9.

3. De Parochis Articuli jam superinde conditi, hoc qvoqve loci pro insertis habeantur. 1659. Art. 85. §. 6.

4. Plebani pauperiores, juxta Art. 23. A. 1545. a decem ipsorum personis, unum Eqvitem conducere, et pro defensione patriae in Castris tenere sint obligati, cum ea tamen declaratione, ut de qvantitate exsolutionis conducendi per ipsos Eqvitis inter eosdem Plebanos Archidiaconi, vel Vice Archidiaconi ipsorum limitationem peragant. Ditiores vero Parochi ducentos circiter florenos annuos in proventibus habentes singuli singulos Eqvites conducant, et expediant. 1662. Art. 5. §. 6. 7.

5. Plebani pauperiores, juxta Art. 23. A. 1545. a decem ipsorum personis unum Eqvitem conducere, et pro defensione Patriae in Castris tenere sint obligati, cum ea tamen declaratione, ut de qvalitate exsolutionis conducendi per ipsos Eqvitis, inter eosdem Plebanos Vicarii, Archidiaconi, vel Vice Archidiaconi ipsorum limitationem peragant. Ditiores vero Parochi, ducentos circiter florenos annuos in proventibus habentes, singuli singulos Eqvites conducant, et expediant. 1681. Art. 46. §. 7.

## ARTICULUS XI.

### *Taxationes Plebanorum pro subsidio belli.*

1. Ecclesiarum Parochialium Plebani, et aliae personae Ecclesiasticae, qvae gentes non

conservant, pecudibus, pecoribusqve carent, decimam partem rerum eorum aurearum et argentearum, ac pecuniarum paratarum contribuant. 1521. Art. 9.

2. De Taxa Presbyterorum, superioribus diebus exacta, de qva hactenus nulla constat certitudo, qvantam summam fecerit, et qvo dispensata sit; exqviratur certitudo, qvo taxa ipsa devenit. 1521. Art. 37.

3. Data, et accepta ratione Majestas Regia ad singulos Comitatus fideles homines mittat, qvi intelligant, si de Presbyteris, Pastoribus etc. aliqva pecuniarum summa recepta fuit. 1523. Art. 4.

4. Plebani qvoqve per ternos florenos hoc ordine contribuant: ubi ipsi per Vice Archidiaconos coram Dicatore, ad id in testimonium adhibito, tempore connumerationis generalis contributionis conscribantur; deinde, habita superinde eorumdem Vice Archidiaconorum conscientiosa limitatione, qvisqve juxta suam facultatem solvat. 1537. Art. 17.

5. Privatarum Ecclesiarum Plebani, et aliae personae Ecclesiasticae, qvae, juxta Decreta Regni, ratione Decimarum ad Regni defensionem gentes non tenent, decimam partem proventuum omnium dare, et contribuere teneantur, ita tamen, ut in hujusmodi taxatione una persona Ecclesiastica per Praelatum eligatur in qvalibet Diaecesi. 1542. *Noviz.* Art. 35.

6. Privatarum Ecclesiarum Plebani, et aliae personae Ecclesiasticae, beneficia non habentes, decimam partem pecuniarum, rerum item aurearum et argentearum, aliarumqve rerum, et bonorum mobilium omnium, ad ipsam generalem expeditionem contribuere de-

beant; ad taxationem autem hujusmodi contributionis, in singulis Comitatibus Ecclesiasticus qvispiam per Praelatum Diaecesanum eligatur, et Dicatori Regiae Majestatis adjungatur. Qvi qvidem Ecclesiasticus Regio Dicatore praesente, unam qvamqve personam Ecclesiasticam taxandam ad conscientiae suae puritatem de qvantitate facultatum suarum diligenter interroget, interrogatumqve tandem Dicator ipse Regius fideliter taxare debebit. 1542. *Poson.* Art. 27.

7. Regia Majestas Articulum hunc ex speciali pietate, qva ducitur erga clerum, hoc modo dignata est moderare, ut, qvemadmodum in Articulis Constitutionis Novizoliensis continetur, hujus conditionis clerici non nisi ad decimam partem proventuum suorum contribuant. *Ex Resolut.*

8. Ecclesiarum Parochialium Plebani ad praesentem necessitatem, decimam partem proventuum suorum contribuant, exigatqve ab illis Dicator, veritate rei conscientiose cognita. 1543. Art. 17.

9. Plebani qvarumcunqve Civitatum, Oppidorum, ac Villarum, sive Regiae, sive Reginalis Majestatnm, seu Dominorum, aut Nobilium ea loca sint, teneantur de singulis personis uxoratis, sub Plebanatu unius cujusqve eorum existentibus, singulos denarios Hungaricos persolvere; ii videlicet, qvi privatos, aut proprios colonos non habent, qvibus vero coloni sunt, illi de propria bursa juxta numerum colonorum suorum denarios qvinqvaginta, praescriptis duobus terminis persolvant. 1546. Art. 7.

10. Ecclesiasticae personae, videlicet Plebani, et Concionatores, et alii extra Capitula beneficia habentes, qvi in Comitatibus colonos non habent, taxentur per Comites, et adjunctos sibi Nobiles. 1594. *Art.* 5.

11. Plebani, et Concionatores non possessionati taxabuntur juxta limitationem conscientiosam Vice Comitum et potiorum Nobilium. 1595. *Art.* 12.

12. Qvod ad Plebanos et Concionatores non possessionatos, Decimas, Nonas, Qvartas, et Sedecimas percipientes, non possessionatos, attinet, ii omnes, in qvolibet Comitatu taxentur per Vice Comites, Judlium, et alios potiores Nobiles, juxta eorum juramentum, qvo se ad administrandam justitiam obstrinxerunt. 1596. *Art.* 10.

13. Ut Plebani, et Concionatores non possessionati, et alii Beneficia, Decimasqve, Nonas, Qvartas et Sedecimas percipientes, non possessionati, eo modo, qvo in Art. 10. A. 1596. continetur, taxentur. 1598. *Art.* 15.

14. Plebani, pauperioribus tamen exceptis, secundum conscientiosam Diaecesanorum limitationem, a proportione proventuum suorum, similitudine Art. 23. A. 1545. pro hac necessitate concurrent. 1741. Art. 63. §. 18.

15. Ab hac obligatione, personaliter insurgendi eximuntur Ecclesiastici, et Religiosi, omnes, item, cujuscunqve Religionis animarum Curatores. 1808. *Art.* 2. §. 7.

## ARTICULUS XII.

*De Plebanis certorum locorum speciatim.*

1. Plebanorum etiam, de Rivuli Dominarum, Sáros Patak, Berek Szasz, Zewlews, et Ardo proventus pariter revideantur, et gentes exinde teneantur. 1525. *Art.* 14.

2. Plebani liberarum, et Montanarum Civitatum, Berek Szasz Szöllös, Sáros-Patak, et aliorum potiorum locorum, vel Patroni, qvi Plebanias ejusmodi possident, teneant juxta proventus eorum, ex singulis centum florenis Eqvites duos, sub amissione beneficiorum, et rerum suarum, ac patronatus hujusmodi. 1545. *Art.* 25.

3. Salva tamen libertate Plebanorum, in scepusio commorantium, qvibus certo eorum Privilegio, hactenus usqve, longo, et contiuuo usu observato, Nobiles de terris etiam eorum propriis, ad solvendas iis Decimas teneri perhibentur. 1563. *Art.* 70. §. 1.

4. Idonea, commoda, et sufficientia loca, pro templis, Scholis, et Parochiis, tam pro Catholicae, qvam etiam Helveticae religionis exercitiis, per Civitatem Cassoviensem, ejusdemqve Magistratum, omnino in eadem Civitate Cassoviensi assignentur. 1649. *Art.* 12. §. 1.

5. Civitas Debreczen pro struenda Parochiali Ecclesia Catholica locum assignet. 1715. *Art.* 108. §. 1.

## ARTICULUS XIII.

*Parochi concurrerunt pro Academia Ludovicaea.*

1. Joannes Drazsánszky, Oppidi S. Benedicti de et juxta Gron Parochus obtulit 500 fl.

usqve dies vitae, donec in hoc beneficio vixerit, 50 fl. 1808. *Art.* 7.

2. Franciscus Habell, Parochus Dubnicensis, obtulit 100 fl. 1811. *Art.* 2.

3. Carolus Saitler Parochus Illaviensis obtulit 100 fl. 1811. Art. 2.

4. Vachtarits Parochus Szoboticensis obtulit 100 fl. 1811. *Art.* 2.

# TITULUS III.

## *De Altarium Rectoribus, et Magistris Capellarum.*

### ARTICULUS I.

*Rectoratus Altarium non solus Rex confert.*

Majestas Sua Regia de cetero cuncta beneficia Ecclesiastica, demptis Canonicatibus, et Simplicibus Archidiaconatibus, ac Rectoratibus Altarium, qvibuscunqve Sola voluerit, conferat. 1525. *Hatvan. Art.* 36.

### ARTICULUS II.

*Altaristae de Vineis Rectoratus non decimantur.*

Altaristae Tyrnavienses, et aliorum locorum, de vineis, ad Rectoratus Altarium pertinentibus, Decimam non solvunt. 1569. *Art.* 28. §. 1.

### ARTICULUS III.

*Altaristarum Exercituatio.*

1. Ex Rectoribus Altarium decem personae teneant unum Eqvitem, ita, ut inter sese facta Collatione is, qvi et rebus, et pro-

ventibus potior fuerit, ad intertentionem Eqvitis plus solvat. 1545. *Art.* 23.

2. Qvod Rectores Altarium, qvibus onus impositum erat, ut singuli decem ex iis, unum Eqvitem in expeditionem suis sumtibus dimitterent, ab eo onere nunc sunt absoluti. 1552. *Art.* 3. §. 9.

3. Altaristae, et alii, majora beneficia habentes, ac Decimas, Nonas, Qvartas, et Sedecimas percipientes, non possessionati, mittent militem juxta eorum conscientiam. 1596. Art. 14.

4. Altaristae, sive Rectores Altarium et Magistri Capellarum Capitulis non incorporati, ducentos circiter florenos annuos in proventibus habentes, ratione beneficiorum suorum, singuli singulos Eqvites conducant, et expediant. 1662. *Art.* 5. §. 7.

5. Altaristae, seu Rectores Altarium, et Magistri Capellarum, Capitulis non incorporati, ducentos circiter florenos annuos in proventibus habentes, ratione beneficiorum suorum, singuli singulos Eqvites conducant, et expediant. 1681. Art. 46. §. 7.

## ARTICULUS IV.

### *Altaristarum, et Magistrorum Capellarum Taxatio ad bellum.*

1. Altaristae, et aliae personae Ecclesiasticae, qvae gentes non conservant, pecudibus, pecoribusqve carent, decimam partem rerum eorum aurearum, et argentearum, ac pecuniarum paratarum contribuant. 1521. *Art.* 9.

2. Altarium Rectores per ternos florenos contribuant. 1537. *Art.* 17.

3. Altarium et Cappellarum Rectores, et aliae Ecclesiasticae personae, beneficia non habentes, decimam partem pecuniarum, rerum item aurearum, et argentearum, aliarumqve rerum, et bonorum mobilium omnium, ad ipsam generalem expeditionem contribuere debeant. 1542. *Poson. Art.* 27.

4. Magistri Capellarum, et Altarium Rectores ad praesentem necessitatem decimam partem proventuum suorum contribuant. 1543. *Art.* 17.

5. Singuli etiam Rectores Capellarum, et Altarium singulos qvinqvaginta denarios in festo Laurentii persolvant. 1546. *Art.* 7.

6. Qvod ad Altarium, et Capellarum Rectores attinet, ii omnes in qvolibet Comitatu taxentur per Vice Comites, Judlium, et alios potiores Nobiles juxta eorum juramentum, qvo se ad administrandam justitiam obstrinxerunt. 1596. *Art.* 10.

7. Ut Altarium, et Capellarum Rectores, et alii, beneficia, Decimasqve, Nonas, Qvartas, et Sedecimas percipientes, non possessionati, eo modo, qvo in Art. 10. A. 1596. continetur, taxentur. 1598. *Art.* 15.

## ARTICULUS V.

### *Rectores Ecclesiarum ad Executiones non mittantur.*

Plurimae, et incredibiles enormitates, tam in fassionibus, qvam etiam literarum emanationibus committi solent, ex eo potissimum, qvod non Canonici, sed Rectores Altarium vel

Capellani ad executiones mittantur. 1486. *Art.* 10.

# TITULUS IV.

## *De Beneficatis in specie sic dictis.*

### ARTICULUS I.

#### *De Beneficiatis in genere.*

Beneficiati possessionati; conformitate Art. 14. A. 1595. 5. 1662. et 46. 1681. Eqvites statuant. 1741. *Art.* 63. §. 13.

### ARTICULUS II.

#### *De Beneficiatis Sopronionsibus.*

1. Beneficati Soprononses, et alii similes, praesertim in Art. 25. A. 1545. declarati, qvi ducentos florenos annuos in proventu possident, ratione Beneficiorum suorum, singuli singulos Eqvites conducant, et expediant. 1662. *Art.* 5. §. 7.

2. Beneficiati Sopronienses, et alii, his similes, praesertim in Art. 25. 1545. declarati, qvi ducentos florenos annuos in proventibus possident, ratione beneficiorum suorum singuli singulos Eqvites conducant, et expediant. 1681. *Art.* 46. §. 7.

3. Beneficiati Sopronienses, erga tamen limitationem Diaecesani eorumdem sensu Art. 46. A. 1681. Eqvites praestabunt. 1741. *Art.* 63. §. 14.

Finis Tomi primi.

# CONSPECTUS.

## *Tomi I.*

## CAPUT I.

## De Religione.

Pag.



)(

# INDEX.



## CAPUT II.

## De disciplina Ecclesiae Catholicae.

## CAPUT. III.

## De Ecclesia.

# INDEX.



## CAPUT IV.

## De Clero, Sacerdotibus, et Ecclesiasticis genaratim.

# INDEX.

## CAPUT V.

## De Beneficiis Ecclesiasticis.

Pag.



## CAPUT VI.

## De Bonis Ecclesiasticis.

Pag.

## CAPUT VII.

## De Praelatis.

# I N D E X.

## CAPUT VIII.

## De Episcopis in genere.

Episcoporum, qui nomine Praelatorum veniunt, Officia, ut plura beneficia non te-

CAPUT IX.

## De Episcopis in specie.

# I N D E X.

Pag.

# INDEX.

I N D E X.

# CAPUT X.

## De Capitulis Cathedralibus et Collegiatis.

# I N D E X.

## CAPUT XI.

# De Vice Archidiaconis, Parochis, Beneficiatis, Capellarum, et Altarium Rectoribus, et Capellanis.

# INDEX.

Pag.